Ex tuæ ibid.
Ad noſtram ibid.
De ſimoniacæ ibid.
Matthæus ibid.
Ad aures ibid.
De regularibus ibid.
Ex inſinuatione ibid.
Nobis ibid.
Dilectus eod.
Dilectus 2. 297
Licet Hely. eod.
Per tuas 298
Sicut ibid.
Tua nos eod.
Per tuas eod.
Conſulere eod.
Sicut ibid.
Quoniam ibid.
Audiuimus ibid.
Ad apoſtolicam ibi.
Ne Dei 299
Si quis ibid.
Mandato ibid.
*De ſchiſmaticis.* fo.301.
Quod a prædeceſſore eod.
Fraternitati eod.
*De ſortilegijs.* fo.308
Ex tuarum eod.
Eccleſia ueſtra eod.
*De ſententia excommunicationis folio* 324
Super eo eod.
Monaci eod.
Si uero eod.
Si uerò aliquis eod.
Non dubium eod.
Mulieres eod.
Porrò eo.
Nulli eod.
Parochianos 325
Ex tenore eod.
De cœtero eod.
Ea noſcitur eod.
Cum non ab homine eod.
Cum deſideres eod.
Veniens eod.
Peruenit eod.
Significauit eo.
Tua nos eod.
Ad eminentiam eod.
A nobis 326
Conqueſti eod.
Perpendimus eod.
Vniuerſitatis eod.
In audientia eod.
Quod de his eod.
Cum pro cauſa eod.
A nobis eod.
Nuper coo.
Quod in dubiis eod.
Inter alia eod.
Cum illorum eod.
De monialibus 327
Si uerè eod.
Vt famæ eod.
Contingit eod.
Relatum eod.
Sacris eod.
Per tuas 328
Si aliquando eod.
Officij eod.
Reſponſio eod.
Inquiſitioni eod.
Contingit 329.
In præſentia eod.
Quantæ eod.
Sacro eod.
Nouerit 331.
Venerabili eod.
Grauem eo.
Cum uoluntate ibid.
Duobus ibid.
Permittimus ibid.
Quamuis eod.
lib.vj. Cum medicinalis 332
lib.vj. Solet eod.
lib.vj. Statuimus 334
lib.vj Quia periculoſum eo.
lib.vj. Romana ibid.
lib.vj. Dilecti. eod.
lib.vj. Venerabilibus eod.

T

*De tranſlatione prælatorum. folio* 56
Cum ex illo eod.
Inter corporalia eod.
Quanto 57
Licet eod.
*De temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum. folio* 62
Subdiaconos ibid.
Sanè eod.
De eo eod.
Ex tenore eod.
Ad aures 63
Si archiepiſcopus eod.
Nec epiſcopi. eod.
Cum quidam eod.
Cum ſecundum 64
Ex parte eod.
Quod ad tranſlationem eod.
Cum in diſtribuendis eod.
Literas eod.
Vel non eſt eod.
Dilectus eo.
Conſultationi 65
Quæſitum eod.
*De treuga & pace tenenda. folio* 100
Treugas eod.
Innouamus eod.
*De tranſactionib.* fo.eo.
Sicut eod
Statuimus 101
Contingit eod.
Veniens eod.
Conſtitutus ibi.
De cœtero ibid.
Ex literis ibid.
Super eo 102
Præterea quando eod.
Præterea quarto loco eo.
Ex parte tua eod.
*De teſtibus & atteſtationibus. folio* 154
Placuit eod.
In nomine eod.
Quoniam eod.
In omni negocio eo.
Quotiens eod.
Inſuper ibid.
Ex parte eod.
Si qui teſtium eod.
Sicut eod.
Veniens 155
Cauſam quæ eod
Cum nuncius eod.
Super eo eo.
De cœtero eod.
In cauſis eod.
Cum tu eod.
Fraternitatis eod.
Intimauit 156.
Cauſam eo.
Perſonas eo.

Iudæi eod.
Super eo eod.
Licet eod.
In litteris ibid.
Cum ueniſſent ibid.
Series eod.
Præterea eod.
Cum a nobis eod.
De teſtibus eod.
Conſtitutus ibid.
Præſentium 157
In præſentia eod.
Tam literis ibid.
Cum olim ibid.
Ex tenore 158
Significauerunt eod.
Cum cauſam eod.
Veniens 159
Tuis eod.
Dilecto eod.
Significauit 160
Cum cauſa eod.
Albericus eod.
Cum in tua eod.
Conſtitutis 161
Conſtitutis.ij. eod.
Licet ex quadam eod.
Per tuas eod.
Licet dilectus eod.
Præſentata eod.
Nuper ibid.
Venerabili ibid.
Cum clamor ibid.
Teſtimonium 162
Vltra tertiam eod.
Non debet eod.
lib.vj. Præſentium 163
lib.vj. Romana eccleſia eod.

*De teſtibus cogendis uel non. folio* 163
Cauſam matrimonii eod.
Super eo 164
Peruenit eod.
Peruenit ij. eod.
Cæterùm eod.
Præterea eod.
Super his eod.
Cum contra eod.
Dilectorum eod.
Venerabilis eod.

*De teſtamentis & ultimis uoluntatibus* fol.238
Quorundam eod.
Quia eod.
Nos quidem eod.
Indicante eod.
Filius eod.
Si hæredes 239
Cùm in officijs eod.
Ad hoc eod.
Quia eod.
Cum eſſes eod.
Relatum eod.
Relatum ij. eod.
Cùm tibi ibid.
Officij 240
Requiſiſti ibid.
Raynutius ibid.
Tua nobis 241
Raynaldus eod.
Ioannes ibid.
*De his* eod.

*De torneamentis.* fol. 304
Relictis eod.

V

*Vt eccleſiaſtica beneficia ſine aliqua diminutione conferantur. folio* 230
Vt noſtrum eod:

*De uita & honeſtate clericorum. folio* 208
Vt layci eod.
Clerici eod.
Vt quiſque ibid.
Si quis ibid.
Clericis eod.
Clericis eod.
Monaſteria eod.
Quoniam eod.
Cum ab omni eod.
Deus eod.
Cùm decorem 208
Clerici eod.
Ex literis. eod.

*Vt lite non conte.require ſupra de lite non conteſt.*

*Vt lite pendente nihil innouetur. folio* 148
Laudabili eod.
Eccleſia eod.
Eccleſia ij. eod.
Dilectus filius eod.

*De uoto & uoti redemptione. folio* 254
De peregrinatione eod.
Veniens 255
Literarum eod.
Scripturæ eod.
Licèt ibid.
Magnæ ibid.
Quod ſuper eod.
Ex multa 256
Per tuas eod.
Poſtulaſtis eod.

*De uſuris* fol.306
Plures ibid.
Quia in omnibus ibid.
Super eo ibid.
Cum tu ibid.
In ciuitate ibid.
Conqueſtus 307
Tuas nos ibid.
Conſuluit ibid.
Quia pernicioſum eod.
Poſt miſerabilem eod.
Tuas dudum eod.
Quia fruſtra eod.
Cum in diæceſi eod.
Salubriter eod.
Michael eod.
Nauiganti eod.

*De uerb.ſigni.* fol.334
Nam & rex eod.
Nam & egò eod.
Intelligentiam eod.
Propterea eod.
Quamuis eod.
Forus 335
Pactum ibid.
Cauſa ibid.
In his ibid.
Olim tibi ibid.
Cùm in partibus ibid.
Cùm tibi ibid.
Cùm clerici ibid.
Querenti ibid.
Quid pro nouale ibid.
Venerabili ibid.
Ex parte 336
Cum olim eod.
Abbate 337
Super 338
Nouimus eod.
Dilecto eod.
Cum inter eod.
Ex parte eod.
Ex parte ueſtra eod.
Tua nobis eod.
Tranſmiſſæ eod.
Veniens 339


Elenchus Titulorum, & Capitulorum totius operis, Finis.



# a INNOCENTII[a] QVARTI Pontificis Max. in Quinque decretalium libros, & in conſtitutiones libri Sexti ab ipſo editas acutiſſima commentaria, uel ut aiunt, apparatus, maxima Sordidorum mendorum copia nunc denuò defœcatus, in ſuamque reſtitutus non uerborum modò, uerùm etiam ſententiarum puritatem.

SVMMARIVM.

1 *Ventris appellatione uenit mens apud Ezechielem ſecundum Inno.*
2 *Quæ impulerint Innocentium ad gloſſandas decretales.*
3 *Negociorum intricatio, & caſuum uarietas reddit decretales intellectu difficiles.*
4 *Decretales antea corruptæ, & ab Inn.emendatæ quæ ſint.*

PROOEMIVM.

LEGITVR in Ezechie.3.c.Ven
ter tuus comedet, & uiſcera
tua complebuntur uolumine
1 iſto, quod ego dò tibi. † per
uentrem, qui eſcas recipit, mẽs
intelligitur, quæ rerum ac ſcri
pturarum noticias recipit, co-
quit, digerit & meditatione ſo
licita & frequenti. Viſcera autem implentur, cum de-
ſiderium, uoluntas, & intentio intimo ſapore ſcri-
pturarum ſatiantur. Sunt.n.multi, qui multa legunt,
ſed uacui recedunt, qui mente quidem intellectum
percipiunt, ſed in cordis deſiderio ſeruanda non po-
nunt ſimiles illis, qui, ut dicit Hiere.uenerũt ad hau
riendum aquam, ſed uaſa ſua uacua reportauerunt,
& ideò confuſi ſunt pariter & afflicti. ¶ Vos igitur ha-
rum ſcripturarum & ſacrarum conſtitutionum le-
ctores, earum intellectum ſanum in uentre men-
tis ueſtræ percipite, coquite, & frequenti medi-
tatione digerite, & mentis deſiderio intra mentis
uiſcera ſeruanda reponite, non ad uanam gloriam,
non ad theſauros congregandos, ſed ut rectè cauſas
2 tractetis, & iuſto libramine terminetis. † Quas ut faci
lius intelligere poſſitis, quaſdam gloſſas appoſuimus,
ſicut ex diffinitionibus quotidie & continuè apud ſe-
dem Apoſtolicam emergentibus, ac ẽt ex neceſſitate
textus quarundam decretalium corruptarum in regi
ſtro eiuſdem ſedis uigilanti ſtudio inquiſitarum ple-
nius colligi potuerunt, cuius textus corruptio, & ue-
ritas ad eiuſdem loca tranſmittuntur per ordinem an
3 notata. † Nec miremini, ſi alicubi ſunt difficiles ad
intelligendum quia hoc facit intricatio negociorum
& caſuum uarietas, qui in eis, ut melius potuimus,
extricantur. Igitur tam doctor, quàm auditor, dũ in
ſcholis legunt, multa de prædictis gloſſis poterunt
omittere, & ſtudio cameræ pro diſcuſſionibus & dif-
finitionibus cauſarum pro tẽpe
reſeruare; & ſic comeſtum uolu
men iſtud diuiſim efficiet in ore
ipſorũ facile & delectabile, ſicut
mel, quod prius uidebat̃ difficile
ſolicitè attendentes, q̃ in hoc
uol.multi caſus, & articuli uti-
les & neceſſarij tam in conſiliis
animarum & pœnitentiali foro,
q̃ in regendis & diſponendis ec-
cleſiis, & rebus eccleſiaſticis, &
prælatis, & ẽt qualiter circa p-
ſonam ſuam & ſubditorum ipſi
prælati ſe habere debeant aduer
ſitatis tẽpe; ſunt expreſſi, quos
4 gloſſatores alij omiſſerũt. ¶ † Iſtę
ſunt decretales, quæ corruptæ
erant, & ſunt ſ̃m ueram literam
regeſti emendatæ. Prima eſt de
ele.bonæ me.M.in fi.ubi diceba
tur, confirmantes, debet dicere,
duximus confirmandam, ſ.quon
dam, ſ̃m q̃ in pe.gl.ibi no.Secũ
da eſt eo.ti.Auditis, in prin.& ẽt
in fi.In principio, ubi dicebatur,
unã de G.Archid.& alteram de
R.ſubdia.debet dicere, unã de
R.Archid.& alteram de magi-
ſtro R.ſubdia. Item ubi ſequit̃,
decanus cum paucioribus in ip-
ſum.R.& cantor cum pluribus
in dictum Archid.conueniſſent,
debet dicere, & cantor cum plu
ribus in G.Archi.conueniſſent.
Item ubi ſequit̃ circa fi.à noĩa-
tione dicti Archi.recedẽtes, de-
bet dicere, à noĩatione dicti V.
Archi.recedẽtes. Itẽ ubi ſequit̃
de nouo p̃latũ ſubdia.debet di-
cere, de nouo magr̃m.R.ſubdia
cum eſſet ſubdia.eligere pręſum
pſerũt. Tertia eſt de off.or.quan
to, ultra medium.ubi dicebatur
ſ̃m Abbatis conſiliũ, debet dice
re, ſ̃m arbitrij tui conſilium. Itẽ
corrigit̃ decr.de ſen.& re iud.cũ
inter uos, alia eo.ti.cum I.& A.
corrigunt̃, ſicut apparet inferius

a ¶ *Innocen.hic Inn.fuit Genuenſis & de illuſtri gente Fliſca, & ex comitibus Lauaniæ, qui hunc apparatum fecit, non ut ſibi crederetur, ut ipſe atteſtatur in c.innotuit, ante fi.infra de elec. & dicit Hoſt.in c.ſolet infra de ſent.excom.in 6. quem refert ibi Io.And.ſe multotiens audiuiſſe ab Inn.quòd nolebat, quòd iſtæ ſuæ gl.facerent ius. Scias tamen quòd arch.in c.pia infra de excep.in 6.dicit, quòd hic Inn.tanquam expoſitor excellit alios, & fuit pater & organũ ueritatis; & dicit ab.in c at ſi clerici infra de iud.quòd fuit ſubtilis nimium. & adde quòd arch.melius omnibus intellexit mentem Inno.ſecundum quod refert Imo in c.teſtimoniũ, eod.tit.de teſti. & uide eundem Imo.in l.ex diuerſo.§.fi. & ff.ſol mat. & Ana.in c.continentia, col.2.de cle.percu. qui dicunt Inn.fuiſſe nimis ſubtilem. & adde quòd Pau.de Caſt.in conſi.337.inci.quia exceptiones, in prima parte conſiliorum antiquorum ſecundum nouiſſimam impreſſ. dicit, quòd Inn.fuit pater ueritatis, & quòd poſtquam unũ dicit, ei eſſe ſtandum, refert Fel.in c.olim, col.6.de re iud.item adde quòd Inno.nos dupliciter ditauit, ſcilicet iſto ſolemni apparatu ut magiſter, & conſtitutionibus, quas fecit ut Pontifex, quas nunc in ſexto habemus ſecundum Io.And in addi.Spec.in rubr.ne ſede uacan. & ipſe Ioan.An.enumerat iura ab eo condita in addi.Spe.in rub.de ſumm.tri.et opera per eum facta uide per Platinam in libro de uita Pontifi. & in ſupplemento chronicarum. Scias tamen quod ſemper fuit nobilibus gratioſus. & ſcias quod dicit Ioan.Fab.in §.pupillus inſti.de inuti.ſtip. quòd ſi habebis opinio.Innocen.pro te, maximè in foro eccleſ.coronaberis. & dicit Anto.de But.in capitulo cum cauſam, in fine infra de uerborum ſignificatione quod ubi pro dicto Innocen.eſt gl.dicendum eſt, glo.cum quo concordat Inno.ſtandum eſſe.*

ubi ſuper eiſdem decr.no. Quarta eſt de appel. cum ſpāli, circa fi. ubi dicebat iudex ex officio ſuo ꝓcedet, debet dicere, ꝓcedit. Item corrigitur textus de app. ↄſtitutus, ut apparet inferius, ubi ſuper eadē decr.no. Quinta eſt de cle.non reſi. in eccl. uel præben. ex tuæ, in pluribus locis, primò deeſt textus, ubi dicebat, ſuas deſeruerunt eccleſias, debet addi, ut iuxta ſanctiones canonicas eis debeant meritò ſpoliari. & ſequitur, ꝙ eos procedatur, debet addi hoc modò, ut ipſos &c. Item ubi ſequitur, ab epiſcopali adminiſtratione, debet dicere ab epiſcopatuum. Sexta eſt de præbendis & dignitatib. pro illorum, circa medium, & eſt ibi defectus literæ. nam ubi dicitur, prædictum magiſtrū de præbēda & canonicatu Cantoñ. eccleſiæ &c. debet ibi addi, ꝑdictum magiſtrum cū ↄſenſu & uolūtate tua, fra ter epe, de pben. & canonicatu Santoñ. eccl'iæ &c.

GRegorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c.

REx pacificus.

S V M M A R I V M.

1 *Fidei menſura quædam eſt, ad quam quilibet tenetur, ſicut eſt credere Deum eſſe: articulos autem fidei implicitè tenentur credere rudes.*
2 *Eccleſiarum prælati & aīarum rectores fidei articulos explicite ſcire debent, deq; eis omni poſcenti rationem reddere.*
3 *Papa & ſuperiores prælati poſſunt diſpēſatiuè certis ex cauſis minus literatos in temporalibus ſuſtinere.*
4 *Clericis ob paupertatem non ualentibus ſtudio uacare an ſufficiat ſcire, ſicut ſimplicibus laicis, & in quibus caſibus non excuſentur.*
5 *An liceat clericis iuris ſcientiam, ſeu quamlibet aliam fidei cognitioni præponere.*
6 *Laici melius faciunt, ſi intendunt ingenium fidei cognitioni, quā cæteris ſciētiis, licet nō peccēt uacādo aliis diſciplinis.*
7 *Fides implicita quantam & qualem habeat uim.*

## De ſumma Tri. & fide Cath. Rub.

1 FIRMITER credimus, de fide teneas, qa † quædam eſt fidei menſura, ad quā quilibet tenetur, & quæ ſufficit ſimplicibus, & etiam fortè omnibus laicis, ſ. quia oportet quēlibet adultum accedentem ad fidē credere, quia Deus eſt, & & eſt remunerator oīum bonorum. Itē oportet eos alios artic. credere implicitè, i. credere uerum eſſe, quicqd credit Eccleſia Cathol.
2 ¶†Hanc aūt menſuram excedere debēt plati eccl'iarū, quicūq; curam aīarum habent: qa debent ſcire articulos fidei explicitè & diſtinctè, q continent in ſymbolo, ſ. Credo in vnum Deū, & quicūq; vult. 38. diſt. c. 1. & 2. & c. ſeq. Epi. n. plus ſcire debent: qa de eis ſcire debēt reddere rōnem omni poſcenti. 36. diſt. §. ecce. 38. diſt. oēs. non tū dicimus, ꝙ incōtinenti teneantur ꝑdicti de oībus rñdere: ſed phabita deliberatione, & etiā ſi oportuerit, cum ↄſilio aliorum.
3 ¶† Non negamus tñ, quin Papa, & alij ſuperiores ꝑlati poſſint diſpēſatiuè ex certis cauſis minus literatos, & minus induſtrioſos in temporalibus ſuſtinere, ꝙ de renū. niſi cum §. pro defectu.
4 ¶†De clericis aūt inferioribus ſatis uī, ꝙ ſi eſſent pauperes, q non poſſent intendere ſtudio, qa nō habēt magiſtros, uel expenſas: quia oportet eis ꝓpriis manibus quærere uictū, qđ eis ſufficiat ſcire, ſicut ſimplicib. & laicis, & aliquātulum plus, ſicut de ſacro altaris: quia oportet eos credere, ꝙ in ſacro altaris conficitur uerum corpus Chriſti, & hoc ideò, qa circa illud quotidie & cōtinuè uerſantur plus, q̄ laici. Si aūt haberent magiſtros, & expēſas ad diſcēdum, tūc peccarent, niſi plus ꝓficerēt in cognitione diſtincta fidei, q̄ laici: debet tñ ab eo, q imponit eis pniam de ignorātia, uel potius de negligētia ſciendi, ſcrutari, ut diligenter attēdant, quare in eis non ꝓficiunt uel propter duritiam ingenij, uel qa eos oportuit circa alia opera charitatis intēdere, puta circa exhibita neceſſaria cōfratribus ſuis, uel pauperibus, uel hoſpitibus; & idem dicēdum eſt de aliis operibus bonis. nam cum non teneantur ad explicitam cognitionem articulorum, bene licet clericis illis explicitæ cognitioni poſtponere alia opera
5 pietatis. ¶†Item etiam ex cā poſſunt illi ſciæ præponere alias ſcias, ut ſi uelint addiſcere ſciam iuris, ut pauperes in iudicio defendāt, ne opprimant, non peccant: tñ credimus, ꝙ non debent ita pr æponere ſciam cognitioni fidei, quin in ea ꝓficiant. & bene uī, ꝙ ſemper plus deberent intēdere circa cognitionē ꝑdictorū q̄ circa cognitionem iuris poſt, q̄ expenſas habeant ab
6 eccleſia, in contrarium eos iuſta cauſa moueat. ¶†Irē uidetur, ꝙ etiam laici, quibus Deus dat talētum ſubtilis ingenij, ꝙ melius faciunt, ſi ſuum ingenium impendant in cognitione prædictorum, quamuis non uideatur, ꝙ peccat etiam ſi eis non intendant. uidetur autem eis ſufficere, ꝙ talenta ſibi credit ut non abſcōdāt in terra, i. in terrenis: ſed bonis operibus inſiſtant. in tantum
a autem ualet implicita[a] fides, ut
7 dicunt quidam, † ꝙ ſi aliquis eā habet, ſ. ꝙ credit quicqd Eccleſia credit, ſed falsò opinatur ratione naturali motus, ꝙ pater maior, uel prior ſit filio, uel ꝙ tres perſonæ ſunt tres res à ſe inuicē diſtinctæ, ꝙ nō eſt hæreticus, nec peccat, dummodò hunc errorem ſuum non defendat, & hoc ipſum credit: quia credit eccleſiam ſic credere, & ſuam opinionem fidei eccleſiæ ſupponit: quia licet malè opinetur, tñ non eſt fides ſua, imò fides ſua fides eſt eccleſiæ, infra eo. damnatus, circa fi.

a ¶*Implicita fides. Ad de directorium iuris, quod fuit fratris Petri Caſuele ord. Minorum, lib. 1. & Hoſt. hic, qui dicit, quòd fides implicita tūc excuſat ab hæreſi, quādo factum nō cōtradicat uerbis. nā ſi cō tradiceret, non excuſat. & rō, quia facto datur uoluntas intelligi. l. reſcindenda, C. de inſti. & ſubſti. duplici ter. n. declaratur uoluntas, uerbis, ſ. & rebus, ut not. in l. de quibus, ff. de leg. & uide Car. in cle. j. eo. tit. & Spec. in tit. de hæret. ac B. Th. 2. 2. q. 2. art. 6.*

S V M M A R I V M.

1 *De fide publicè diſceptare non licet, excuſaretur tamen quis, ſi ad hæreticorum confuſionem, uel ad ueritatem elucidandam diſputaret.*

DAmnamus ergo [defendere] hoc enim nullatenus licet: imò, quod plus eſt, nec diſputare de fide licet publicè turbis coadunatus cauſa tumultus, uel ſuæ perfidiæ defendendæ, C. de fide Cath. l. penult. Si autem ad confuſionem hæreticorum, uel ad ueritatem clarificandā diſputaret ali-
b quis non crederem[b] malum, ut fecit Syluester Papa.

b ¶*Non crederem malum. Adde B. Th. 2. 2. q. 10 art. 7. quem uide diſtinguentem, & per dicta Inn. hic probatur ſua diſtin. & uide de gl. i. c. nos. 96. diſt.*

SVM-



a ¶*Etſi etiam infideles. Adde eundem Inn. in c. quod ſuper his, co lu. j. in fi. infrà de uo. & ibi ab. & ab. in c. fi. col. j. in fi. infrà e. & adde Old. in conſ. 36. inci. infraſcripti ſunt articuli, & in conſ. lj. inci. Iudæus. & in conſ. 87. inci. quæritur, an princeps Petr. de Anc. in rep. regulæ ea quæ, col. 34. uer. ſexto quæro infrà de reg. iu. in 6. & in con. 15 inc. ſpiritualis iudex & ibi de Iude. & in c. gaudemus infrà de diuor & per ab. in c. poſtulaſti, de Iude. & adde Ang. de Anch. in li. de poteſtate Papæ, & qualiter Iudæi teneantur. l. Ariana, per Alexa. de Imo. in conſi. ij. colu. ij. uer. denique, in ij. no. & uide etiam ali quid per Fr. Aret. in conſi. clvij. & ibi an Papa condendo legem generalem comprehendat Iudæos, et ſi alias poſſit eos punire pro crimine eccleſiaſtico, uel mixto. Adde tamen, quòd in concernenti bus ſalutem animarum Papa non cogit Hebræos, ita d. Bart. Soc. in conſi. 66. col. ix. uerſi. iij. in prima parte.*

b ¶ *Ex cauſa. Felyn. Hic in xiij. col. uerſ. fallit ſeptio, pro hoc dicto Inn. multa cumulat, quæ uide per te. Et ultra ea ad Inno. hic. adde. Alexa. de Imo. in conſi. lxv. col. ij. uer. accedit, in j. uol. Et etiam adde, quòd iudex propter minorem ætatem poteſt minuere pœnam ſtatuti; ita Bal. in l. ſi ſeuerior, C. de infam. & Abb. in c. ij. infra de deli. pue. refert & ſequitur Franc. de Aret. in conſi. cxxxvj. colum. fin. uer. uenio ad ſecundum.*

c ¶ *Dilucide. Car. in con. xxxvj. in prin. dicit hoc dictum ſingulare & de hoc uide latiſ. per Abb. & Felyn. hic & ultra alleg. per eos adde, quòd hoc dictum Innocen. refert etiam & ſequitur Alexand. de Imo. in conſilio lxxi. colum. j. uerſi. & ideo, in primo uolumine.*

d ¶ *Paſce oues. Adde eundem Inn. in c. quòd ſuper his, col. j. in fi. et ſequitur infrà de uot. & in c. licet ex ſuſcepto, colum. ij. infrà de fo. compe. & ibi abb. in ix. col. & in ſua diſpu. incip. Epiſcopus, & quidam rector, col. xix. & uide hic Fely. col. v. uer. & adde, qui alleg. concord.*

e ¶*Sanctorum patrum. Vide Fel. hic, & adde eundem Fel. in c. ij. col antepen. & ſe. infrà de reſcr. & in c. qualiter & quando, el. ij. infrà de accuſ. in princ.*

S V M M A R I V M.

1 *Canonum conditori, & creatori uicario ſubdita eſt omnis creatura.*
2 *Adminiſtratores cæteriq; ordinarij, ratione caſuum emergentium licitè leges tranſgrediuntur.*

## De conſtōnib. Rubr.

CAnonum ſtatuta. Non abrogatorum, ne ſit contra. 16. diſtinctione. cap. j. & 29 diſtinctione. cap. j. & 36. quæſtione ultima. cap. ult. & infrà de purg. uul. cap. fin. ¶Ab omnibus.] idest ſubditis, ne ſit contra. C. de legi. digna. hic enim non eſt bona glo.
1 † quia conditori canonum & uicario creatoris ſubdita eſt oīs creatura.
a [a] In actionibus.] idest ciuilibus. Iudicijs] idest criminalibus. xx. diſtinctione de libellis, inſtitu. de offic. iudic. in principio. ¶Suo] idest modo ſimilis expoſitio. tertia
2 quæſtione ix. puta † adminiſtratores tamen, & cæteri ordinarij quādoq; licitè ratione caſuum emergentium leges tranſgrediuntur, ut in authen. iuſiurandum, quod præſta. ab his, qui acci. circa princ. collatione iij. hoc non placet. nam ſi cut in eadem authen. continetur, utriq; parti tam in priuatis, quàm in publicis contractibus iurant ſeruare iuſtitiam; unde dicimus, quòd adminiſtratori non licet à iuſtitia diſcedere. Nec obſtat prædicta authen. ubi dicit, ſeruabo æquitatem, ſecundum quod mihi uiſum fuerit iuſtum: quia illud intelligitur extraiudicium, ut in officijs dandis. Vel etiam in iudicijs in his, quæ commiſſa ſunt eius arbitrio, ſicut in induciis dandis, & ſimilibus. ff. de iure deliberandi. l. j. iij. quæſtione 3. de induciis, & in diſpenſationibus. 1. quæſtione 8. exigunt, & in pœ-
b nis, ſaltem in extraordinariis criminibus quamuis & idem credimus in ordinariis, ſi iudex ex cauſa[b] eas uiderit temperandas. ff. de pœn. l. aut facta §. fin. ff. de pœ. capitalium. prima diſtinctione ut conſtituere tur. 86. diſtinctione tanta 23. quæſtione 5. circūcelliones, argumen 2. quæſtione 3. §. notandum. ſed illud intellige ſine cauſa, uel poſt ſententiam. in ſententia enim & in ordinario crimine pœnam temperare poteſt, ut dictum eſt, & arbitri etiam leges tranſgrediuntur. ff. de arbi. qualē, extra de renun. in præſentia. Suo.] C. de ſenten. nemo. 37. diſtin. relatum infrà eod. c. fin.

S V M M A R I V M.

1 *Conſtitutio an & quando liget ignorantem.*

COgnoſcentes & infra. Culpa] Fallit in caſibus. xxij. di. renouātes. 27. q. ij. qui multorū infra de cleri. coniug. ſane, uel etiam ibi cauſa ſuberat, & ſine culpa infra ut lit. non cōteſt. quoniam frequenter. ¶Diſpendiis] Niſi ſit iuris conſtitutio naturalis: uel niſi ſit expreſſum in re, quòd præterita reſpiciat x. q. j. ſic qui dam, C. de leg. leges infrà de uſu. cum tu. infra de elec. cum in cunctis. Diſpendiis] idest damnis, uel retracta-
1 tionibus. ¶†Ignorantes] Conſtitutio. n. non ligat ignorantē. xxxij. q. iiij. dixit Sara. lxxxij. di. ꝓpoſuiſti. 21. diſ. §. his ita, tñ, ex quo eſt publicè promulgata non prodeſt prætendere ignorantiam. xvj. diſtinct. quod dictis infra
c de poſtula. præla. cap. j. niſi fortè dilucide[c] ſuam probaret ignorantiam.
TRanſlato. In Chriſtum & ab eo in ſucceſſores eius
d ꝑ illa uerba, Paſce oues meas[d] infrà de elec. ſignificaſti uel per illa, ite docete omnes gentes, de conſe. diſtin. 4. ꝓprie. Sacerdotio] i. Leuitico, ne ſit obiectio de Melchiſedech, qui fuit ante legem. Eadem.] C. de nup. ſi libertam j. q. j. ſicut Chriſtus.
NAm concupiſcentiam Neſciebam.] & ſic nec reprobanda cenſebam. Hoc] idest concupiſcentiam prohibere. Omnia] idest omnia genera malorum. ſi. 47. diſtinc. bonorum.

S V M M A R I V M.

1 *Dictis ſanctorum patrum, uel aliorum ab eccleſia receptorum quando ſtare liceat.*

NE innitaris. Dicenda.] xxxvij. diſtinct. relatum
1 nota † quòd dictis ſanctorum patrum,[e] uel a-
e liorum ab eccleſia receptorum ſtare licet, & qui dicit, quod ipſi dicunt, non poteſt de temeritate redargui, niſi ea diceret, quæ retractata ſunt, ſicut Auguſtin. multa retractauit de dictis ſuis: uel niſi ſint per eccleſiam correcta. xxvj. diſtinct. cap. j. & ij. & xxxij. diſtinct. § j. in fine. Si uerò ſancti diuerſas opiniones inter ſe habeant; ut de corpore beatæ Mariæ aſſumpto, uel de Salomone damnato, licitum eſt cuique, quod uult dicere. Si uero nulla diuerſitas inter ſanctos inuenitur, neceſſe eſt uſque ad unum iota ſeruare, quod dicūt 15. diſtinct. cap. fin. poſtquam opuſcula eorum à ſancta eccleſia ſunt autenticata olim autem ante, quam eſſent


auten-

autenticata, licitum erat ea tenere, uel non. 9.diſt.noli, ego, quis.

S V M M A R I V M.

1 *In quibus caſibus locum habeat conſtitutio fauorabilis canonicorum reſidentiæ.*
2 *Nunquid præſentes, irrequiſitis, abſentibus, facere poßint bonam & honeſtam conſtitutionem?*
3 *An quicquid maior pars facit, totum facere uideatur.*
4 *Singularis conſuetudo eccleſiarum an ſit attendenda in qualitate & quantitate beneficiorum.*

CVm omnes. Et infra] ꝙ conſtitutio iſtorum canonicorum non fuit iuſta canonicis: quia futuris in futurum dabant pœnã, ſi abeſſent: ſed ſibi præſentibus, ſi in futurum abeſſent, nullam imponebãt pœnam; & ideò non erat lex cõmunis, uel generalis etiã circa idem. i. in pœnis imponendis in futurum abſentibus. Item ſi iſtorum conſtitutio erat ęqua in futuris, q modico tenebantur eccleſiæ, quare non erat æquior eis præſentibus, & q ex perceptione beneficiorum pręteritorum magis eccleſiæ tenebant̃? Item conſtitutio de uineis, & earum fructibus cõicandis in futurum præmiſſa ratione non erat iuſta: ſed ex eo iniuſtior apparebat, ꝙ ex radice cupiditatis ꝓcedebat: quia præter fructus uinearum ſuarum per conſtõnem ſuam debebant habere partem etiã de fructibus uinearum decedẽtium canon.
1 ¶†Sed oppones, quare non potius mandauit, ꝙ oẽs ſeruarent conſtõnem hanc fauorabilem, q̃ tendit ad reſidentiam, q̃ faceret ſeruari conſuetudinem antiquã, quę erat reſidentię contraria; & maximè cum ad hoc cogi poſſunt antiqui propter rõnem hic aſſignatam, Patere legem &c. Rñ. quia nullus erat, q hoc peteret. Item quia [a] non fuerunt uſi hac conſtitutione, licet feciſſent, & uerba cum effectu ſunt accipienda. ff. quod quiſque iur. l. j. Vel dic illud habere locũ, ubi lex teneret, licet eſſet iniuſta: ſed ubi lex non tenet, ſicut hic: quia nõ poterant facere conſti. ſine ep̃o. j̃. eo. c. pen. non habet locum [b] illud edictum, qđ quiſq; iur. &c. credimus tñ, ꝙ ſi ep̃s faceret conſtõnem iſtã, q̃ hic continet̃, excepto de uineis, qđ benè teneret, dũmodo haberet cõſenſum capituli ſui, & alia q̃ interuenire debent: quia hæc conſtõ tantum ratione conſtituentium eſt iniqua: quia ꝓ ſe tm̃ conſtituebãt, & quia illud conſtituere non poterant, & non rõne conſtituti. non. n. iniquum eſt, ꝙ antiqui canonici in ſuis conſuetudinibus remaneant, & noui, qui ſcienter legem nouam admiſerunt, ea ligent̃: quia conſtitutio futura reſpicit s̃ eo. cognoſcentes 31. diſt. ante. j̃. eo. c. fi. fateor tñ, ꝙ æquius eſſet, ꝙ oẽs hac lege ligarent̃, niſi ſcandalum impediret. ſi ergo timetur ſcandalum, bene faceret ep̃s, qui eos cõſtitutione non cõprehendit. Caueat tñ ep̃s, ne & nouis legem imponeret, q̃ ſcandalũm induceret, ſi ordinaret, ꝙ illi, qui de cætero fierent canonici, à carnibus abſtinerent, uel nigrum habitum portarent. nam hæc conſtitutio non teneret, uel de facili reuocaret̃, ar. j̃ de ui. & ho.
a cle. Deus. Quiſq;] ff. qđ quiſq; iur. l. j. ¶†Coæquetis.] Sed nonne iſti præſentes poterant omnia ſtatuere aliis irrequiſitis? ut 10. q. 2. hoc ius, & 7. q. 1. factus. j̃ de elec. cum inter vniuer. ſo. bene poſſunt facere bonam & honeſtam conſtõnem: ſed ideò hoc non ualuit: quia ꝓ ſuo cõmodo in præiudicium aliorum, & malo zelo, & contra cõſuetudinem approbatam eccleſiæ factum eſt. 4. diſtin. erit. aliquando. n. contra approbatam conſuetudinem ſine licentia domini Papæ facere non licet, & conſuetudinum quaſi præuaricatores legis habendi ſunt. 11. diſtinctione in his rebus. uel dic melius, quòd hoc non poterant ſine conſenſu epiſcopi infra eodem, cap.
3 penult. & fin. ¶†Adhuc obiicitur, quod maior pars facit, totum facere uidetur infra de his, quæ fi. à ma. par. ca. c. j. tu dic, ſi aliquid eſt cõmune pluribus non ut collegiatis, ſed ut ſingulis, non ualet, quod fit à pluribus, niſi omnes conſentiant, ſiue ſimul, ſiue ſeparatim. ff. de ſerui. ruſti. prædi. per fundum, niſi concedant rem in naturali vſu; quod facere poteſt vnus ſolus, ſociis inuitis & contradicentibus, inſtit. de rerum diui. §. religioſum, & niſi in caſu infra de iure patron. poſtulaſti. ſi uerò ſint plures ut collegium, diſtingue. aut ſunt aliqua facienda ex neceſsitate, uel utilitate eccleſiæ, ut alienationes, electiones, inſtitutiones, & ſimilia; & tunc ſufficit, quòd legitimè & bene facit maior pars infra de electio. licet, & de his, quæ fiunt à ma. parte ca. cum in cũctis, & cap. fin. dũmodo non contemnant eos, qui uocandi ſunt infra de elec. quod ſicut ex literis. Sed ex aliis, quæ neceſsitate, uel utilitate non fiunt, ſed propter utilitatem canonicorum tantum, puta cum diuiditur præbenda, non ualet, niſi omnes
c conſentiãt: [c] quia pro eodem eſt, ac ſi ageretur de iure quo ad ſingulos pertinet, ut hic, & l. per fundum: ſecus autem dicerem, ſi hæc conſtitutio, uel etiam diuiſio præbendarum fieret pro utilitate eccleſiæ: quia tunc ſufficeret maior pars infra de his quæ fi. à ma. par. ca. c. fin. & tunc conſentire debent tanquam collegium, non tanquam ſinguli infra eod. cum M. non ſegregatim, ſcilicet hodie in vno loco vnus, & cras in alio loco alius infra de elect. in Geneſi. hæc quæſtio non habet hic locum: quia nõ dicitur, ꝙ omnes canonici non fuerunt præſentes. ¶Coæquetis] argu. pro paritate beneficiorum infra cap. cum M. 16. q. 7. cap. 1. & qõ. 2. §. his, in fin. uerſi. non eius, §. pro ſocio, & §. ſicut tres. contra. infra eod. cap. fin. 12. q. 2. Vulteranæ, & cap. nobis, & cap. conceſſo, & cap. de redditibus 1. quæſtio. 2. cap. fin. 64. diſtin. conſuluit.
4 ¶†Sol. in qualitate & quantitate beneficiorum ſingularis cõſuetudo eccleſiarum attendenda eſt, quę ſi ſcripta eſt, præualet iuri ſcripto, arg. j̃. de præben. relatum, & de exceſ. præla. ad hæc, & de ſepul. certificari. Si uerò nulla appareat conſuetudo, puta quia quandoque paria ſunt beneficia, quãdoq; imparia, uel quia eccleſia de nouo conſtructa eſt, tunc dicas, ꝙ omnia, quæ de communi cellario exeunt ad quotidianum uictum, æqualiter diuidenda ſunt; & ea, quæ dantur, pro indumentis, iuxta perſonarum meritum, locum & ordinem plus uni, quàm alij diuidi debent.

a ¶ *Item quia hanc ſolu.* Reprehendit hoc Io. de Imo. & refert & ſequitur Alexan. in l. ij. in prĩ. ff. quod quiſque iuris.

b ¶ *Non habet locum.* Adde quòd idem Inn. in c. cum venerabilis; circa me. infra de except. Bald. in l. ſi quis teſtibus, col. j. C. de teſti. & etiam refert Alex. in l. j. col. ij. uerſi. in gl. in uer. noui iuris, ff. qđ quiſque iur.

c ¶ *Omnes conſentiãt.* Aduerte, quia Henr. Bohic hic in iij. col. in uerſic. Aut quæris de iis, tenet quòd imò cũ poßint ſigillatim & particulariter conſentire iuxta notata per Arch. in c. j. in glo. j. 63. diſt. Et quòd in electioni eſt ſpeciale, quòd debeant collegialiter cõſentire, refert, quòd hic tenet Io. An. in c. j. de rebus eccl. non alie. in 6. & Cõpo. in c. cum te. infra de reſcr. licet dicat Spe. tenere cõtrarium in tit. de ſyndic. in prin. & uide eundem Henr. optime diſtinguentẽ circa hoc in c. tua nuper, in ij. col. infra de his, quæ fi. à præla.



bent. nec enim eſt contra. 16. q. 7. c. 1. expone enim, ibi mouentur, i. moueri debent.

S V M M A R I V M.

1 *Nunquid laici ſtatuentes de rebus eccleſiæ malè faciant.*
2 *Statutum in alterius præiudicium an ualeat.*
3 *Lex ſeu reſcriptum in præiudicium naturalis iuris an ualeat.*
4 *Ius mere ciuile in quibus caſibus tollatur.*

1 QVæ in eccleſiarũ, & infra. ¶Conſtituerunt.† Malè faciunt laici facientes ſtatutum de rebus eccleſiæ, cum in eis non habeant iuriſdictionem.
2 10. diſt. c. 1. 96. diſt. bene. j̃. de re iud. cum cauſa. ¶† Super rebus etiam laicorum hoc conſtituere non poſſent, cum tale ſtatutum eſſet in læſionem iuris alterius, & eius iuris, quod ad aliquem ſpectat, uel acquiritur de iure naturali, ut ſunt dominia, obligationes, & huiuſmodi, & non datur à iure ciuili, uel ab imperatore, ut actiones, ut, ff. de iuſt. & iure, ex hoc, inſti. de rerum diui. §. feræ, & §. præterea quod per alluuionem. Vnde reſcriptum, uel pragmatica ſanctio, uel annotatio conceſſa in præiudicium talis iuris non ualet, C. ſi contra ius. l. fi. Nam & naturalia iura ſunt perpetua, inſti. de iure na. §. pe. Et ſicut reſcripta non ualent, ita nec leges, uel conſuetudines, cum reſcriptum ſit lex, C. de le. l. ij. In caſibus tñ ualet reſcriptum in præiudicium talis iuris, C de quadri. præſcriptio. l. fina. C. de uen. re. fiſ. l. j.
3 ¶†Et dico non ualere legem, uel reſcriptum in præiudicium naturalis, iuris niſi iuſta cã [a] interueniat, ne ſit cõtraria, C. de bo. dam. per totum, ff. de relig. ſi quis ſepul. C. pro quibus cauſis ſer. à liber. per totũ. ubi uerò reſcriptum, uel ſtatutũ læderet ius alterius in eo, ꝙ ad eũ pertinet de iure ciuili, puta in actionibus, quę ſunt proditæ de iure ciuili, ut ff. de orig. iuris. l. ij. ſi ex eo perimantur ius omnino, uel ex toto deneget agendi poteſtatem, non ualet, niſi adiiciatur, non obſtante lege aliqua, ff. de leg. 3 ſi quis ĩ principio, C. de teſta. aut̃. hoc inter liberos. Nam & ultimę uoluntates uim legum obtinent, in aut̃. de nup. §. diſponat itaque, coll. 4. Sed & tunc, ut quidam dicunt, licet ſuſtineatur, ꝙ auferat actionem; tñ quin reddat iuſtitiam, auferre non poteſt, cum eſſet contra ius naturale. ſi uerò non auferatur ius, ſed differatur, tenet. C. de preci. impe. offe. quotiens. Idem ubicũq; ſtatutum, uel reſcriptum concedit, quod lex dicit poſſe concedi, ff. de ſena. nuptæ. de iure autem naturali dixi dominia ad aliquem pertinere, i. de iure gentium, quod dicitur naturale: quia ratione inductum eſt, inſtit. de rerum diui. §. ſingulorum, ff. de acqui. re. do. adeò. §. cum quid; quod etiam dicitur naturale ius: quia apud omnes generaliter eſt, C. ſi contra ius. l. fi. inſti. de iure natu. §. ius
4 autem gentium. ¶†Poteſt autem dici, quòd ius merè ciuile modo ſupradicto tollitur, ſi ille, qui habet iuriſdictionem, ſuper eo iure de hoc facit legem municipalem, ſicut dicitur de conſuetudine ꝙ illud tollit, ut no. j̃. de conſue. c. 1. & c. cum conſue. ius autem naturale, i. gentium, non poteſt tollere in totum ius ciuile: ſed poteſt diſtinguere, detrahere, & addere, & adiuuare. nã
b dicit euangelium. [b] In ore duorum &c. infra de teſtibus. cap. in omni; & tamen canones, & leges quandoq; plura requirunt 2. q. 4. c. 1. & 2. C. de teſtibus, teſtium, C. de teſta. l. fi. ad hoc expreſsè dicũt leges, ff. de iuſt. & iu. l. ius ciuile, & l. ius autem. §. fi. Legitimo] & in aliis forma ſeruata. 10. quæ. 2. hoc ius. 12. q. 2. ſine ex. C. de ſacroſan. eccl. iubemus: ſed tunc, ſi læſa eſſet eccleſia, competeret in integrum reſt. j̃. de in integ. reſt. requiſiuit.

a ¶*Niſi iuſta cã.* Hoc refert et ſequitur Pe. de Anc. in conſ. 207. inci. in q. ſupra dicta, col. 3. circa fi. Abb. in c. 2. j̃. eo. & uide Bal. in l. fi. C. ſi contra ius uel uti pub. & Pet. de An. in cõſ. 25. inci. in q̃one ſupradic. col. 1. Et quòd ſtatutum ex iuſta cã auferat ius tertio, adde Alexã. in cõſ. 42. col. 5. uerſ. decimo & ult. in 1. uol.

b ¶*Nam dicit Euãgelium.* Et ſic ſentit hic Inno. quòd Papa põt diſpenſare, et limitare ius diuinum. Ad quod adde eũdem in c. ſuper eo, in fi. j̃. de bi. & in ca. poſt tranſlationem, in fin. & quæ ibi notaui infrà de renun.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus cum canonicis an minuere poſſit præbendas, & dignitates.*
2 *Eccleſia cathedralis ſeu collegiata nunquid ſtatutum facere poßit ſine epiſcopi conſenſu.*
3 *Rectores ab vniuerſitatibus aſſumpti an iuriſdictionem habeant, uel uniuerſitas ipſa.*
4 *Semel contra priuilegium faciens an illud perdat.*

CVm acceſſiſſent. canonici.] Iſti canonici uolentes obtinere primicæriatum pro archidiacono iſto, olim ꝓpoſuerũt corã Papa de uacatione primiceriatus. mõ aũt, quia reuocatũ erat negociũ ad audientiã Papæ per appellationẽ, uel alio mõ proponebat archidiaco. ꝓ ſe, & procurator capituli pro capitulo. proponebat aũt dictus Archidiaconus collationem primicæriatus ſibi factã auctoritate apoſtolica cõfirmari, & procurator capituli contradicebat. Tãto] ꝙ nulla iuſta cã ꝓpediti eſſent. j̃. de cõceſ. præb. qa diuerſitatẽ. 28. diſt. de Siracuſane. 2. q. 6. §. anteriorum, & §. ad hæc.
2 ¶† Sedis] ſed nũquid ep̃s cum canonicis poſſet minuere ꝑbẽdas, uel dignitates: ar. ꝙ nõ: de cõſecr. diſt. 1. uaſa. 25. q. 1. quæ ad perpetuam, & q. 2. quicũque. j̃. eo. ex parte, & j̃. de offi. archipresby. c. fi. ff. de decuri, gñalr. §. pe. dic ꝙ ep̃s cũ capitulo ex cauſa põt minuere. j̃. de inſtit. c. 1. & 2. & j̃. c. proxi. & 21. diſt. in nouo poſſunt. n. dignitates diuidere diminuere, & mutare. 16. q. 1. pręcipimus ff. de cõmu. ꝑ. ſi quis duas, & ff. de neg. ge. cũ aliter. & j̃. de ꝑb. uacante. 63. di. §. uerũ. 63. diſt. quorũ uices. ¶Item ſolus ep̃s cum canonicis eccleſiæ põt certũ numerũ canonicorũ ſtatuere. j̃. de ui. & ho. cle. qm̃, & ẽt dignitates, quas ipſi canonici ſtatuere, tollere pñt ſoli canonici: qđ intelligo uerũ, ubi collegiũ ꝑtinet ad canonicos, & ubi dotatæ ſunt ab eis dignitates: quia ſi ab aliis ſint dotatæ à laicis, ſine eorum, i. laicorum conſenſu tollere non licet. 16. q. 7. monaſterium, & c. rõnes. ¶Alij tñ dicunt, & forte melius, ꝙ nullũ ſtatutũ põt facere eccleſia ſiue cathedralis, ſiue alia ſine cõſenſu ep̃i. j̃. de cõſue. cũ cõſuedinis. j̃. de his, q̃ fi. à præla. ſine conſen. c. nouit, & c. ſeq. niſi forte eſſent aliqua minima, arg. ad hoc, qa ep̃s eſt caput cathedralis eccleſiæ, & ẽt aliarũ. j̃. de teſta. req̃ſiſti, & ſine capite nihil faciẽdũ eſt: de aliis tñ uniuerſitatibus ſatis poſſet dici, ꝙ ſuper rebus ſuis poſſent facere ſtatuta, arg. ff. qđ cuiuſq; uni. l. j. §. ij. ¶Itẽ arg. ad hoc, ꝙ ſi ꝑ ſuppoſito ſuo dãt iuriſdictionẽ ſup ſe, C. de iur. om. iud. l. fi. ergo ꝑ eandem rõnẽ poſſunt facere ſtatuta, ſed arg. ꝯ, C. de monopo. l. j. ſed illud poteſt intelligi de iniquis ſtatutis, ff. quod cuiuſq; uni. l. j. §. ij. ſed pœnam nõ poſſunt adiicere ſuo ſtatuto, cum nullam iuriſdictionem habeant ipſæ uniuerſitates, & pœnas imponere ꝑ-

tineat ad iuriſdictionem. ſi autem haberet aliquam iu-
riſdictionem, poſſet pœnam adiicere, arg.ff.ſi quis ius
dicen.non obtemp.l.j.uniuerſitates autem, quæ habent
iuriſdictionem, poſſunt facere ſtatuta ſuper oībus, quæ
ad iuriſdictionem ſuam pertinent, ſicut & conſuetu.in-
3 ducere poſſunt.ff.de legi.de quibus. ¶†Et eſt notandū,
ꝙ rectores aſſumpti ab uniuerſitatibus habent iuriſdi-
ctionem,& non ipſæ uniuerſitates: aliqui tamen dicunt,
ꝙ ipſæ uniuerſitates, deficientibus rectoribus, poſſunt
exercere iuriſdictionem, ſicut rectores; quod non cre-
4 do.c.dilecta,de exceſ.prxla.¶†Cōtrauenerint]Hic col-
lige,ꝙ ſi quis facit ſemel contra priuilegium, perdit il-
lud.j̃.c.proxi.j̃.de præben.pro illorum.11.q.3.priuile-
gium,C.de iure do.l.ſi creditor, arg.contra.C.de epiſ.
& cle.l.generaliter,& delictum perſonæ.16.q.6.ſi epm.
infra de arbi.cum tempore infra de priui.accedētibus.
nam,ut ibi dicitur,priuilegium non amittitur,niſi prę-
ſcriptum fuerit cōtra illud per 40 annos ſo.notauit hic
Iunc.quòd priuilegium aut datur ad faciendum; & tunc
ſi is, qui impetrauit, non utitur ſpacio 10 annorum,
perdit illud,ff.de nundi.l.j.aut conſiſtit in non faciēdo;
& tunc, ſi Papa reſeruauit ſibi aliquid iuris in eo iu-
re, quod renunciat, uel eo loco, non poteſt tali, pri-
uilegio expreſsè renunciari infra de ar. cum tempore:
ſed tacitè poteſt ſpacio 40 annorum de priui.acceden-
tibus: uel in tali caſu poteſt opponi priuilegium contra
renuntiationem,uel ſententiam.ſi non fiat pręiudicium
Romanæ eccleſiæ etiam poſt ſententiam infra de priui-
leg.cum olim. ſi autem nihil ſibi reſeruauerit in eo,
poteſt illi ſpacio 30 annorum renunciari.7.q.1.quàm
periculoſum.j̃.de priui.ſi de terra.¶Sed Ioan.no.hic,ꝙ
ſi ille, qui impetrauit priuilegium, uoluntariè & dire-
ctè nullo exigente, qui ius eligendi diceret ſe habere,
faciat contra illud, etiam unico actu perdit illud, ut
hic, & c.proxi.& infra de præben.pro illorum, C.de
pac.inter emp.& uen.commiſſoriæ. ſi uerò non ſeruat
priuilegium, uel non tuetur ſe eo, perdit priuilegium
legitimo tempore infra de priui. accedentibus. in illa
autem decre.accedentibus. & ſi de terra, intelligitur
ſoluiſſe fortè non uoluntariè: ſed quia fortè execraba-
tur lites, ff.de ali.iud.mu.cau.fa.l.iij.uel quia priuile-
gium non habebat paratū ad manus,arg. 2.q.7. pleriq;
Item conuentus non fecit cōtrà, ſed unus tantum. ¶Itē
cum ex præſumptione nitamur tantum,non ita de faci-
li præſumitur renuntiare decimis, ubi nullam recipit
compenſationem, ſicut priuilegium dignitatis excluſæ,
ubi recipit compenſationem: quia & ſi redditus minuan
tur canonicorum: dignitas tamen augetur. magis enim
delinquit, ſi directè uenit contra priuilegium, quàm
ſi non utitur eo, arg.84.diſtin.quiſquis infra de ſen.ex-
commu.contingit.C.de excu.tu.uoluntariè.C.de his,
qui ſpon.mu.ſu.l.j.lib.11.quoniam leuiter perdit pri-
uilegium, ff.de diuor.l.fin. Alij dicunt, quòd ſi priuile-
gium eſt odioſum,perditur per unum actum. ſi fauora-
bile non perditur, niſi legitimo tempore præſcribatur
contra priuilegium: uel melius, ſi priuilegium datum
eſt fauore perſonæ ſi ſemel facit contra priuilegiū,per-
ditur. ſi datum eſt in fauorem eccleſiæ,uel religionis,
non perditur,niſi contra illud fuerit præſcriptum legi-
timè; plus placet quod no.j̃.de priuil.accedentibus.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid ualeat proteſtatio proprio facto contraria.*
2 *Canonia quid ſit, & quid præbenda.*
3 *Laicus canonicus eſſe non poteſt, licet præbendarius eſſe ualeat.*
4 *Recepti in canonicos & fratres an electionibus & aliis capitu li tractatibus intereſſe debeant.*
5 *Pactum de iure factum an ſimoniacum ſit.*
6 *Electio ad uacaturas præbendas an ualeat.*
7 *Præbendæ quo caſu communicari non debeant.*
8 *Diligentia alicuius in re aliqua an ſibi obeſſe poſſit.*
9 *Nunquid contra ius innouata ualeant,*
10 *Voluntaria alienatio rei litigio. licet prohibeatur, an prohi beatur etiam neceſſaria.*

CVm M. ſociis] Quorū procurator erat. Veniē
tes] ff.de leg.& ſen.de quibus ſupra cap.proxi.
hæc allegatio eſt partis: quia non uenerat con
tra conſtitutionem præbendarum, licet canonicos ele-
gerint ultra numerum præbendarum. uel dic quòd cō-
ſtitutio erat, quod tantum.14.eſſent canonici. Duos]
Et malè. unde non tenuit electio infra de præben.ma-
ioribus, & cap.tuæ. quamuis ibi loquatur de electione
præbendarum, & non iure canonicatus, in quibus eſt
magna diuerſitas, ut not.infra de præben.dilecto. un-
de, illis capitulis non obſtantibus, uidetur tenere ele-
ctio. ſi enim non teneret hæc electio, quare infra man-
daretur de eorum prouiſione ad eam] ideſt ea uacante
duos elegerunt. non enim elegerunt ad prębendam:ſed
ſimpliciter in canonicos: alioquin caſſanda eſſet ele-
ctio infra de præben.tuæ. nec etiam præbēda inter eos
diuidi debebat: alioquin caſſaretur electio, infra de
preben.dilecto. Vel dic, quòd præbenda inter eos di-
uidi debebat: ſed non erant electi ad præbendam diui-
dendam: ſed ſimpliciter electi in canonicos, & poſtea
ſeparatim ſimpliciter ordinauerunt de præbenda diui-
denda;quod fuit illicitum infra de præben.c.uacante.&
ſic tenebat, quod factum eſt de electione, & non quod
factum fuit de diuiſione. non enim ſe contingunt præ-
dicti actus, ſcilicet actus electionis, & actus conſtitu-
tionis illius,ſcilicet quòd ſimul fructus præbendæ inter
ſe diuiderent infra de re.permu.ad quæſtiones. plus pla
cet, quod no.infra de præben.dilectus filius.T.& c.tuæ.
Alium] de quinto non fit hæc mentio: quia forte capi-
tulum non confitebatur de electione eius: uel melius,
ideo inferius ſupprimitur de quinto:quia una præben-
1 da uacabat,q̃ uni ex quinque poterat aſſignari.¶†Præ-
iudicio] Hæc proteſtatio non prodeſt, quin infringa-
tur numerus canonicorum: ſed numerus præbendarum
non fuit infractus, ut hic apparet: quia & ſi ſine prote-
ſtatione elegiſſent, non fuiſſet infractus,ut hoc patet.j̃.
de præben.relatum, & dilectus, & ut no.de appel.ſoli-
citudinē, ar.cōtra quod metus cauſa,perlatum.31.q.2.
Lotharius, ff.qui mo.pig ſol.ſi debitori.§.j.j̃.de in inte.
reſt.c.2.Sol. ubi quis per contrarium factum cōtradi-
cit ſuæ, proteſtationi, nec ſe ſimul proteſtatio, & fa-
ctum compatiuntur, non ualet proteſtatio, niſi iuſta
cauſa interueniret, ut in capitulo perlatum, & 22.q.2.
nec artificioſo, & aliquando plus ualet proteſtatio,
quàm appellatio, C.de fil.fam.l.ij.libro 10.ualet ergo
proteſtatio, ubi dupliciter aliquid intelligi poteſt, ut
in reſponſione rei facta narrationi actoris, quæ poteſt
fieri animo conteſtandi litem, uel animo tantum in-
ſtruendi iudicem, argumen.ff.de pac. iuriſgentium. §.
quod ferè. uel ubi crederet ſuo iuri renunciare, ut ſi
proteſtetur, ꝙ uelit dicere in perſonas teſtiū.j̃.de teſti.
p̄ſentium,ff.de reli.& ſump.fun.ac ſi quis.§.interdum, &
2 §.plerique. ¶†Canonicos] aliud eſt canonia, aliud eſt
prębēda. Canonia eſt quoddā ius, quod prouenit ex ele
ctione



ctione & receptione & inſtitutione in fratrē,ut hic,& j̃.
de præben.dilecto. Præbenda eſt, quæ procedit ex inſti
tutione,& officio: quia ex quo habet quis officium, de-
bet habere & beneficium: & ſi perdit vnum, debet per-
dere alterum, infra de priuil. inter cætera.81.diſtin. ſi
quis ſacerdotum, & c.eos; ad hoc facit infra de reſcr.
eam te. ubi dicit,recipiant in canonicum & in fratrem,
& prębendam conferant. ¶Et forte poſſet dici,quòd ubi
certus eſt numerus canonicorum,& præbēdæ diſtinctæ,
ſi quis ſimpliciter eligatur in canonicum ultra nume-
rum, tenet electio, & non debet habere partem in præ-
bendis diſtinctis:ſed ſi aliquid eſt in bonis eccleſiæ præ-
ter præbendas, de eo debet ſibi prouideri,ut hic, & in-
fra de præben. inter cætera dilect. fi.T. uel ut primò ſe
facultas obtulerit, ut ibidem. Si uerò eligatur ad præ-
bendam, quæ non uacet, uel plures eligantur ad præ-
bendam, non tenet: quia uel eſt contra conciliū Turo-
nen.uel Lateranen. infra de præben.maioribus,tuæ. uel
3 ibi loquitur de rigore, hic de miſericordia. ¶†Et nota
hic uim, quòd laicus non poteſt eſſe canonicus, licet
poſſet eſſe præbendarius,argum.infra de inſti.in eccle-
ſia: quidam tamen dicunt contra: credo tamen, quòd
licet habeat laicus aliquam præbendam, uel reditum,
ſicut pauper, uel peregrinus, uel alia de cauſa, ut 16.
q.1.poſſeſsiones: non tamen habebit iura ſpiritualia,ſci
licet quòd interſit electionibus, uel aliis contractibus,
qui fiunt de ſpiritualibus, argum.16.q.7.in noua. infra
4 de elect.cauſam, niſi eſſet conuerſus. ¶† Sed quæritur,
an huiuſmodi recepti in canonicos, & in fratres debēat
intereſſe electionibus, & aliis tractatibus capituli? Re-
ſpondeo, ſi eis eſt aſſignatum ſtallum in choro, ea fa-
cient in ordine ſuo, quæ ad chorum pertinent, puta le-
ctiones legent, cantabunt, & ſimilia. & ſi eſt eis aſſigna-
tus locus in capitulo, ea facient in ordine ſuo, quæ ad
capitulū pertinent, puta electionibus interueniunt alie
nationibus, & aliis huiuſmodi. nam cum per hoc appa-
reat eos eſſe de conuentu, uel de congregatione, ele-
ctioni intereſſe debent, argum.huius, quod dicitur de
clauibus datis, & inſtrumento reddito.ff.de pact.l.ij.ff.
de contrahenda empt.l.clauibus, & not.infra de conſan
guin.cap.ij. & argum.infra de electio. cap.ij. 16.quæſt.
ult cap.ult. 18.quæſt.2. abbate, & cap.cum ſit,infra de
priuile.dilecto, niſi contraria eſſet conſuetudo. Si au-
tem nulla eſſet conſuetudo de inſtallando, ſed tantùm
ſimpliciter eligitur, tunc credo, quòd ex electione &
confirmatione ſit canonicus, & ob hoc ipſe omnia iura
canonici habebit,& quotidianas diſtributiones,infra de
5 præbē.dilectus. ¶†Perciperent] Nec fuit pactum iſtud
ſimoniacum: quia de iure eſt, ex quo non habet præ-
bendam, nec de communibus prouentibus, uel aliqui-
bus temporalibus, debet habere partem: quia ſecun-
dum eaſdem partes intelliguntur diuiſa omnia tempo-
ralia communia,ſecundum quas diuiſæ ſunt præbendæ:
ſed hoc non placet, & expreſsè cōtradicit infra de prę-
bend. dilectus. dic ergo,quòd bene fuit ſimoniacum, ſi
intellexerunt hoc uerbum, ut de canonia, de præben-
dis diuiſis, & aliis communibus prouentibus nihil per-
ciperet: ſi uerò intelligebant tantum, quòd de præben
dis diuiſis nihil perciperet, tunc erat ibi pactum id, ad
quod etiam ſine pacto tenebatur, & iccircò licitum eſt,
non ſimoniacum infra de præben.ſignificatum. uel dic
melius, quòd hic nullo modo potuit eſſe ſimonia: quia
nulla interuenit inter electores & electos pactio,uel cō
uentio.1.quæſt.2. quàm pio: ſed tantum electores ſta-
tutum hoc fecerunt, ſcilicet quòd nihil perciperet. in
faciendo autem ſtatutum ſiue bonum, ſiue malum, non
cōmiſerunt ſimoniam, licet alias peccauerint:ſed ſi poſt
ea, quando ſibi nunciauerunt electionem, nunciarunt
vnanimiter & ſtatutum, uel conſtitutionem,& ipſe tunc
ſeruare promitteret, tūc eſſet ſimonia.8.q.3.Artaldus,
& præal.c.q̃ pio. ſed ſi non peteret ab eo, quod ꝓmit-
teret ſeruare ſtatutū,nec ꝓmitteret, licet ſtatutum ſer
uaret, ꝓpter hoc non eſſet ſimonia. licet.n.cuiq; ius ſuū
poſtponere. Derogationem] quātum ad numerum ca-
nonicorum,cui derogatum eſt,cū plures elegerunt,non
quātum ad diſtinctionem p̄bendarum,cui nullo mō de-
6 rogatur,ut no.j̃.de præben.dilecto. ¶†Vacaturas] Va-
caturas autem eis dare intendebant: non tamen eos eli
gebant ſic, eligimus uos ad uacaturas præbendas: quia
tunc electio non teneret, & non mandaret dominus Pa
pa ei prouideri de ſuper excreſcentibus redditibus, ſed
electionem caſſari infra de præbendis.tuæ. ubi autem
ſimpliciter & purè eliguntur in canonicos: ſed promit-
tuntur futuræ præbendæ, quod licitum eſt, tenet, ſci-
licet receptio in canonicū: ſed promiſſio uacaturæ non
ualet; imò non primam, ſed quàm cito obtulerit ſe fa-
cultas, habebit præbendam infra de præben.dilectus,&
cap.relatum, ut ibi de hoc no.uel hic loquitur de mi-
ſericordia: aliter autem de rigore obtinet. plus placet
7 quod no.j̃.de præben dilectus filius T. ¶†Integritate]
ſed quare non cōmunicant cum aliis, cum ipſi uenerint
contra conſtitutionem ſuam: vnde nō debent gaudere
conſtitutione ſupra eodem. cum acceſſiſſent, & non de-
bet canonicus carere præbenda infra de præben. rela-
tum. Reſpondeo. quidam dicunt cōmunicationem iſtā
iuſtam eſſe: ſed hic non fuit facta, impediente petitio-
ne eorum.petierant enim tātum ſuper excreſcentes red
ditus, ſicut ex litera apparet. uel dicas quòd non debe-
bant communicari præbendæ, licet ſuper numerū præ-
bendarum canonicos elegiſſent, cum ſtatutum eſſet tā-
tum ſuper numero præbēdarum, contra quem non ue-
nerant. ¶Sed quæres, ſi non uenerant contra numerum
præbēdarum,quare ſuper excreſcentes redditus fuerūt
eis aſſignati, & non communiter aſſignati, ſicut ſtatue-
rant? Reſpondeo, quia conditio ſtatuti extiterat,ſ.niſi
per alias literas non ſit iuriſdictio reuocata.alioquin nõ
tenet,ar.j̃.de offi.dele.ex literis:ſed certe illa decre. nõ
loquitur in illo caſu,quando in executores fertur ſentẽ
tia.ſed quando ipſi executores ferunt in alios,qui turbãt
8 iuriſdictionem eorum. ¶ † Idem, quod dictum eſt in
executore,q dicit ſe dubitare;ubi nõ ẽ dubitãdũ, dicẽdũ
eſt in executore qui dicit ſe certũ,exequatur,ubi dubitã
dum eſt,quamuis non improbabiliter dici poſſet, ꝙ in
hoc caſu lata in eũ ſententia ab eo,contra mandatum cu
ius exequitur mandatum alterius iudi. tenet. & hoc ea
rõne,quia turbat eius iuriſdictionem,quæ eſt iuſta cau-
ſa excommunicationis,infra de offi.deleg.c.j.hæc autem
cauſa ceſſat in alio,ſ.quando non exequitur. quia nullo
modo turbat.melius tamen eſt inter tales procellas iu-
di.quieſcere,& neutrum iuuare,quam alterum iuuare,
& alterum lædere.14.q.5.denique.23.q.2.primum.& in
tantum eſt uerum,ut dicunt quidam, ꝙ tenet ſententia
lata in hunc executorem,qui exequitur, ꝙ etiam ſi po-
ſtea appareat reuocata iuriſdictio huius executoris.te-
net tñ propter dubium ſñia lata in turbatores ante,q̃ ſu
per iuriſdictione reuocata ſit pronũciatũ,cũ ante utroſ
que iudices iuriſdictionẽ habere cõſtet. & hæc uera ſunt
niſi nimis magna & notoria & inexcuſabilis eſſet excuſa
tio,& ignorãtia prædictorũ:quia tunc teneret ſentẽtia.

OLim ex literis interpoſitam. ] Infrà de præben.ac
cedens. Detinebat ] No.Sequeſtrari.] Quod fieri
non debet niſi ex cauſa, infrà de ſequeſtra. ad hoc.
C.de prohi.ſe.l.j.ij.q.vj.quotiens Omnia] Vel ad alterũ
ſ.ſi probaret canonicam inſtitutionem.uel dic unum. ſci
licet falſitatem probabit ut ualeant literæ: quia aliter
non reuocaſſet Papa iuriſdictionem ab Abbatibus, niſi
propter falſitatem. ſecundum autem probare tenetur,
ut eccleſiam habeat Super aliis] Arg.ſuprà eo.ex parte
infrà de reſti.ſpo.ex conqueſtione.ff.de excu.tu. qui re-
ſtituere,contra,infrà de conceſ.præb.accedens, infrà de
præbe.cum iam dudum infrà de app. ſignificauit Super
alijs ] i.ſuper collatione eiuſdem eccleſiæ ſibi facta.

SVMMARIVM.

1 *In literarum impetratione non ſufficit narrare factum,niſi quis narret cauſam facti.*
2 *Non ualent literæ ab excommunicato impetratæ tacente de ſua excommunicatione,et an ſi per huiuſmodi literas aliquid actum fuit,retractabitur habes in num. 3.*
4 *Valet proceſſus habitus per literas tacentes de excommunicatione ante,quàm excipiatur de excommunicatione.*

DIlec.ſi. Abbas. Amouendos.] Generales tamen
uiſitatores amouere non poſſunt aliquos, infra
1 de ſta.mo.in ſingulis &c.ſe.† Sine cauſa ] Nõ ſuf
ficit narrare factum, ut exſpoliationem, niſi quis narra-
ret cauſam facti, ſi talis eſt cauſa, qua expreſſa pręſumi
debet literas non eſſe conceſſas,ut hic,& C.de adop.l.3.
& etiam modum facti,quando modus cauſam dandi,uel
negandi præſtaret.C.de tranſac.ut reſponſum nam ali-
ter ſcriberet,ſi in modum inquiſitionis actum eſſet, ali-
ter,ſi alio modo,ar.ij.q.i.in primis,infra de ac.qualiter,
el.ij.infra de ſym.c.licet.Excommunicationis]Si enim ſe
excommunicatum dixiſſet, nullas literas obtinuiſſet, cũ
2 ci interdicatur agere. † Viribus carere] Quomodo te-
nentur facere mentionem de cauſa amotionis, cum di-
cant nullam ſubeſſe.Reſpon.& ſi non ſubſit,debet facerę
mentionem de ea,quam prætendit uiſitator, præſumi-
tur enim doloſe ſeriem negocij tacere,ſi non facit men-
tionem de cauſa,quam prætendat iudex,infra de coha.
cle.& mulie.ſuper eo.Sed obijcies fortius,quare non di
xit,ſi non fecit mentionem de re iud.ab Abbate? reſpõ.
qa ad hoc,ut obſtet exceptio rei iud.oportet,ut eædem
perſonæ ſint ff.de re iudi.cum quęritur.hic autem fortè
fuerunt aliæ.in primo enim iudicio fuerunt partes, Ab-
bas,& amoti.in ſecundo autem forte amoti,& ep̃s,uel e-
xecutores,qui eum expulerunt,uel ſubrogati loco eorũ
item oportet,ꝙ cauſa agendi ſit eadem,ff.de exce. rei iu
di.& an eadem.hic autem non eſt eadem, cum cã primæ
accuſationis fuerit crimen.cauſa autẽ huius eſt expolia
tio.item alia actio,licet ſententia feratur in cauſa pro-
prietatis:non tamen parit exceptionem in cauſa poſſeſ-
ſionis;ſic nec è conuerſo.ff.de excep.rei iud.& an eadem
in ſi.ff.de ui & ui ar.cum fundus,ff.de acqui.poſ.& natu-
raliter.uel dic,ꝙ debeant facere mentionem de cã amo
tionis,& de ſententia Abbatis ꝑꝑ quam amoti ſunt ab e-
piſcopo,uel executoribus,in qua ſententia crimen, pro
quo amoti ſunt,continetur.ueritas.n. eſt, ꝙ de ſententia
mentionem facere oportet.nec obſunt prædicta:quia nõ
obſtat exceptio rei iud. ubi non eædem ſunt perſonæ, &
cauſa,&c. quia hic non opponitur exceptio rei iud.con
tra literas,quia ſi de ſententia mentionem feciſſet,lite-
3 ras non habuiſſet.¶ † Sed quid ſi aliquid per tales lite-
ras actum ſit,nunquid retractabitur?ar ꝙ ſic ſ̃ eo. conſti
tutus,cum dilecta,infra de offi.uica.c. ſua.xxxv.q.ix.ue-
niam.ff.de iudi.ſi prætor,j̃.de ſen.excom.cum pro cau-
ſa j̃.de re iudi.cum olim.nec obſtat.iij.q.vj.§. excep. ubi
dicitur,ꝙ exceptio non admittitur poſt ſententiã. quia
non tenet,quod ibi dicitur ubi agitur de falſo j̃.de pro-
cu.in noſtra,& de proba.licet.& hæ literæ bene poſſunt
dici falſæ propter ſuppreſſionem talis ueritatis, imò,qa
replicatio omiſſa ante ſententiam proponitur,poſt ex cã
ut ff.quando ac.de pe.eſt an l.ij.multofortius exceptio.
ad idem j̃.de re iudi.ad probandum j̃.de deſpon. impu.
ad diſoluendum in ſi. in contrarium uidetur,quia per ta
les literas datur iuriſdictio,licet elidi poſſit per exce-
ptionem ſ̃ eo.ſi autem.ff.de bo.poſ.ſecundum tabu.l.pe.
§.teſtatio.Vnde ſi ſciuit ſibi exceptionem competere,&
non propoſuit,imputet ſibi ſi non ſciuit prætextu exe-
ptionis de nouo repertæ non debet retractari ſenten-
tiam

tiam,infrà de re iudi.inter mona. ad idem. ff. de manu. teſt.cum ex falſis.ff.de hære.inſti.l.ſi.dicunt quidam ſententiam latam occaſione huiuſmodi literarum retractā dam per integ.reſti.alij dicunt per tales literas non dari iuriſdictionem,& ſic nulla ſententia ipſo iure,ſi iudex ex tali falſo iniuſtam tulit ſententiam.j.de re iudi. cum I.& A.C.ſi ex fal.inſtru.falſam.tu dic,ut not. ſuprà eod. conſtitutus,in fi.glo.& j.de re iudi.cum Bertoldus, & ſ. e.cum dilecta.¶ Et dic, ꝙ proceſſus per eas habitus ualet ante,ꝗ excipiatur de excommunicatione.literæ.n.nō afficiuntur excommunicatione impetrantis. quid enim nocet excōmunicatio impetrantis,quin Papa poſſit cauſam,cui uult delegare, licet afficiantur excommunicatione facientis?iij.q.v.conſanguineos j. de proc.c. ſi. ubi no.ſed in odium excommunicati datur exceptio dilatoria ꝯ literas.de ſententia autẽ amotionis ſemper proponi poteſt, ſed in modum dilatoriæ habet ꝑponi ante lit. conte.C.de proba.excep.j. de litē. conte.exceptionis.

2 *Legales dictæ quot milliaria continent.*
3 *A fine diœceſis computatur dieta: nō autem à loco,ubi res eſt,uel ubi habitat.*
4 *Deleg. ſe.apo. non poteſt ultra duas dietas trahere.*
5 *Partes etiam ſi conſentiant in iudices, non tamen poterit ultra duas dietas eos trahere,niſi expreſſè conſentiant quòd ultra duas dietas eos trahant.*
6 *Delegatus ſi cepit abeſſe ultra duas dietas,& non in breui reuerſurus:tamē ſi reus uult litem proſequi,etiam ipſe actor,ſi non apparet eum tacitè in eum conſenſiſſe etiam longius morantem,obtinere poterit à ſuperiore reuocari huiuſmodi delegatum.*
7 *Præſumitur impetrator habere mandatum,niſi probetur contrarium.*
8 *Quæ ſunt illæ perſonæ à quibus non debet exigi de iure mandatum, habes remiſſiue.*
9 *Nati de nefarijs & inceſtis nuptijs non ſunt nominandi filij nec alendi.*

*ratū,ita car.ſ. cō.30. co.4.uer. ad prædicta et an beneficij appellatione ueniat etiā penſio,uide latiſſime per Fel.in c. in noſtra infra eo. titu.*

b ¶ *Vel redditum. Ad de quòd Cal.in tit.de proba.conſ.30. reprobat Inno.hic, & ibi dicit,quòd ſi per canonicos aſsignatur dimidia præbenda uniſacriſtæ ad eius ſuſtentationem,talis ſacriſta impetrans beneficium non tenetur de hoc facere mentionem & ſequitur Fel.infrà e.in c.in noſtra,col.3 uer.j.*

SVMMARIVM.

1 *Nunquid modicum habens beneficium teneatur de eo in impetratione alterius beneficij facere mentionem: & quid de habente beneficium ſufficiens, & tamen non facit mentionem, eſt tamen paratus reſignare an ualeant literæ,habes in num.2.*

Poſtulaſti. Paternis.] Quia huic quæſtioni non reſpondit,uī,ꝙ de bonis paternis nō debeat mentionem facere j. de præſum.nonne. ſed quidam contra:quia talis indignè accipit beneficium eccleſiaſticum.xvi.q.j.quoniam quicquid xij.q.j.illi autem.ad idē j.de præben.tuis,& c.eps:non tñ fateor,ꝙ indignè accipiat,dummodò bene diſpenſet Cum ſecundum j.de præben.cum ſecundum Beneficio. nomine enim beneficij [a] intelligitur 1 præbenda.1.q.3.ex multis.¶† Sufficientis] Ar.ꝙ de modico & ſic minus ſufficienti beneficio non debet facere mentionem;ad idem de con ceſ.præben.cum dilectus,el.ij.arg. ff.de uen.inſpi.l.j.in fi.in contrariū uidetur: quia quamuis modicum ſit beneficium:tamen illi deſeruire tenetur,& manibus uictum quærere debet xcj.diſt.clericus. Reſpon. ſi per ſimplicitatem non fiat mentio,nihilominus ualēt literę, arg. ſuprà eo.ſuper.ſed ſi doloſè,ſecus. j.eo.ſi proponente,& no. de hoc j. 2 eo.mandatum.† Sed quid ſi habens beneficium ſufficiens non fecit mentionem,ſed ſit paratus reſignare? dicimus non ualere literas:quia tēpus datæ inſpiciēdum eſt ſuprà eā te;& quod dicit de uicaria, ide intellige,ſi habeat aliquam poſſeſſionem ab eccleſia.16.q. 1. poſſeſſio- b nes,uel redditum [b],uel penſionem infrà e.ad audientiam:ſed ſecus de patrimonio.

a ¶ *Beneficij appellatione beneficij quid ueniat, uide glo. in cle. auditor,in uer. beneficio,de reſcri.in cle. j. in uer.beneficium, ut lit.pen.& in cle.ſi Romanus pontifex, ſuper uer.beneficio, de præben.& glo. in cle. j.in uer.beneficiali,de cauſa poſ.& proprie. & inquantum hic dicitur,quòd uenit præbendā, intellige lato ſumpto uocabulo. Ita Rot.de conceſ. præbē. deciſ.vij. Item adde, quòd appellatione beneficij uenit papat.Ita ab in c.ad aures, de pœnis;eſt tex.in c. j. de maledi.Et uide gl. in cle.j.de re. permu. ubi appellatione beneficij, uenit hoſpitale: no.tamen,quod ſi Papa concedit poteſtatē alicui de prouidēdo alicui de beneficio, non uenit tūc beneficiū cū*

SVMMARIVM.

1 *Reus ultra duas dietas originaliter citari non debet.*

Nonnulli.Reus.] Actor.n.bene poteſt citari ultra duas dietas.nam ſi Roman.conueniat Anglicū ultra duas dietas,& poſteà Anglicus reconueniat Romanū ultra duas dietas corā eiſdē iud.bene citabitur ultra duas dietas:quia aliter cā ꝓcedere non pōt, niſi alter alteri ꝓpinquaret ꝗuis poſſet dici,ꝙ actor potius dr̄ citare,ꝗ citari.¶† Itē dr̄,ꝙ originaliter reus nō dēt citari ultra duas dietas.nā ſecus eſt,ſi actor fiat reus,ut in cā 1 appellationis,uel alio mō,quia ſemper a foro rei originalis computandæ erunt duæ dietæ, licet uideretur contrarium: quia cū illius tñ,ad quem appellatur, ſit forū attendendum,& ab illo foro duæ tñ dietæ ſunt computandæ ſed reſpon.ꝙ licet iudex appellationis poſſit cognoſcere,ſi uellet:tñ ex quo pp alienationem partium alijs committit,potius ſequetur forum,& fauore rei originalis,ꝗ actoris.& idem dicimus,ſi actor reconueniat: quia bene poterit is ultra duas dietas citari, dummodo à foro rei non diſtet ultra duas dietas: arg.3.q.8. cuius in agendo. † Vltra duas dietas] Legales ſm̄ ꝙ 20. millia- 2 ria dantur in die.ff.de uerb.ſigni.l.3.nos intelligimus de uulgaribus,arg.j.de ſpon.ex literis. ff. de ſuperfi.l.labeo j.de conſue.cum dilectus,ff.de leg.3. non aliter,diſt.iiij. crit.¶Dietas ] † Hæ autem duæ dietæ computantur à fine diœceſis.ubi habet domicilium reus,ſi perſonali agatur,uel ubi eſt res,ut hic,ſi agatur reali,& j.eo. c. proxi. arg.j.de fo.comp. ex parte nō aūt credimus computandas à finibus] diœceſis, ubi ꝯtus celebratus eſt,uel delictum commiſſum.nam cum ibi trahi non poſſit ꝑ iudicē ordinarium,niſi ſibi inueniat,ut no.j.de fo.cōpe.dilecti eodem mō nec ꝑ literas apoſtolicas trahi debet ad locū illi uicinū ꝑ duas dietas.alij contra Diœceſi.] No.dietam computari à fine diœceſis, nō à loco, ubi res eſt, uel ubi habitat. † Per literas] Hic collige,ꝙ hæc conſtitu- 4 tio in foro dele.ſe apo.locum habet nam ordinarij epiſcopi,& archiepiſcopi,&etiam legati ſe. apo. bene trahunt ultrà duas dietas:imo uī,ꝙ dele.archiepiſcoporum & legatorum ultra duas dietas trahere poſſunt, quia nō eſt prohibitum. alij contra † Impetrate] Supple,ꝙ tra- 5 hatur ultra duas dietas. dicunt enim iſti quòd etiam ſi partes



a ¶ *Pro coniunctis. Adde, quòd coniunctus in his, in quibus requiritur ſpeciale mādatum, non agit pro coniuncto;Bar.in l.j. ff.de mino.Part. & doc.poſt gl.in l.uero procuratori.ff de ſol. & d.Bar.Sozi.in conſil.154.col.2.uerſic. ſecūda ratio. et quādo coniunct.us admittatur pro coniuncto cum cautione rati, uel cū iuratoria cautione per eundem do. Bar.Sozi.in cōſ.120. col.2. uerſicu.1.probatur, & uerſ.poſtremo, & in conſ.231. colum.2.uerſic. circa ſecundum. adde tamen, quòd quando ſunt plures cōiuncti, qui uolunt agere pro cōiuncto, ſemper admittitur proximior; ita Alex. de Imo in conſi.26.colum.fina. uerſic.poſtremo, & in conſil.71.colu.2. in fin.in 1.uolumine. Et quo ad acquirendum an coniunctus æquiparetur procuratori, uide per eundem Alexan.in conſil.41.colum.2. uerſic. Tertio quia, in 5.uolumine. Et uſq; ad quem gradum dicatur quis coniunctus, per Alexan. in conſil. 4. in 2. uolumine.*

b ¶ *Naturales tantum. Adde an tales comprehendātur appellatione coniunctorum & affinium, uide per Alexand. in conſil.60. columna 2.circa finem. in 2.uolumine. Et ibi, quid de ſpurio. Et quid de baſtardo per eunden Alexand. in conſil.2.columna 11. in primo uolumine. Et adde Innocen.hic adde Anto.de Roſel. in arbore affini. columna 14.*

partes conſentiant in iudices; non tñ poterūt ultra duas dietas eos trahere,niſi expreſſè conſentiāt, ꝙ ultra duas dietas eos trahant. & de hoc poterit conſtare uel per confeſſionem partium, uel alio modo,etiam ſi in literis non contineatur, nō obſtante conſtitu.de duabus dietis. alij dicunt, ꝙ ex quo conſentiūt in iudices,nō poſſunt ꝯ eos proponere,ꝙ eos trahe- 8 rēt ultra duas dietas, niſi forte ad tam remota loca traherent, ꝙ ēt ſi eſſet hic clauſula,ſ.nō ob conſti. de duabus dietis &c.tñ appellare poſſunt pp grauamen: tñ quare hoc non poſſunt proponere,nō uideo,ſ.ꝙ trahat ultra duas dietas, cū iſte conſenſus non tollat aliud partibus,niſi ꝙ eos nō poſſunt recuſare: ſed ſi grauētur, bene licet ab eis appellare. ¶Itē credimus, ꝙ ſi conſenſerunt in iudices, qui diſtabant ultra duas dietas,dummodo citēt eos ad loca, ubi lares habēt ipſi iudices, & cōiter ibi habitent:& credimus,ꝙ ſi in diuerſis locis haberent loca, ubi habitarent,tunc ſi unus habitaret in uno loco, & alius in alio, ꝙ ad locum, ubi quiſquis eorum habitat, poſſet citare partes: quia in hoc conſenſiſſe uidētur tacitè:quia æquitas ſuadet, ꝙ partes cōpareant corā iudice, & nō iudex corā parti- 6 bus.C.de epi & cle.iubemus. †Impetratæ] Si delegatus cępit abeſſe ultra duas dietas,& non in breui reuerſurus, tunc ſi reus uult proſequi litem, ēt ipſe actor,ſi nō apparet eū tacite in eū conſenſiſſe ēt longius morantē,obtinere poterit à ſuperiore reuocari hmōi delegatū.ff.de uaca.mu.l.pen.§.ſi. ff.de ꝓcu.poſt litē,& l.aut longa. & hac ratione uī, ꝙ ſi hmōi delega.ſubdeleget cām hmōi,& poſtea incipiat abeſſe, uel ēt tpe ſubdelegaberat,ꝙ licet ad eū ſit appellādū,ſi mediū cāę cōmiſit.j.de of. deleg.ſuper qō. tñ nec appellans, nec appellatus ad eū ire debebit, ſed ad primū delegantē,ut alij cōmittat cām appel.facit. 2.q.6.biduum.Conſtitutione].j.de æta.& quali.eā te. & nō habet hic locū, ꝙ ſpāle dero gat gñali,ut ſ.eo.paſtoralis. ſed hoc iō eſt:qa nō pſumit dn̄m Papā, ꝗ ignorat dietas, uelle cōcedere ultra duas dietas. Suſcitare querelas] Quod eſt ꝯ ius.C.de trāſa.l.cās.C.de ſen.reſcin.l.ſi.Eas] Si darentur aduerſario.Indebita] Quia non per literas legitimè impetratas, uel ſup-

7 ple,maximè.† Mandato] Præſumimus impetratorē habere mandatū,niſi probet ꝯ.non.n.eſt præſumendum,ꝙ pecuniā ſuā iactat.ff.de prob.cū de indebito, & ꝙ maioribus laboribus ſe fatiget; & ſic eſt præſumptio,ꝗ probationē iactat in negantē.ff.de ꝓba.ab ea. Mādato] Ad impetrandū. quātūcūque.n.alias gñale mandatū habet ad negocia,& lites: tñ non poterit impetrare, niſi habeat ad impetrandū ſpeciale conſuetudo tñ curiæ Roma.eſt,ꝙ ſi cōtradictor negat impetratorē habere man datum, impetratori incumbit probatio ante impetra- 8 tionē ſed poſtea nō.† Perſonis].ff.de procu.ſed & hę.hi ſunt aſcendentes, & deſcendentes in infinitū. de collateralibus aūt non inuenit in lege,niſi de fratribus.Sed qbuſdam uidetur,ꝙ ēt oēs agnati, ſ.qui per uirilē ſexum deſcendunt, & oēs cognati. qui per muliebrem, impe- a trare & agere poſſunt ꝓ coniunctis [a] perſonis, dūmodo ſint in gradu, quo eis ſuccedere poſſint. & hoc dicunt, ar.ff.de procura.ſed & hæ pſonæ. ubi dicit,ꝙ inter coniunctas pſonas numerantur affines; ex quo colligitur, ꝙ ſi affines ſint in gradu,inter perſonas coniunctas computantur quo ad procurationes; multoſortius agnati, uel cognati. ¶Alij tamen dicūt,ꝙ quo ad procu.iſtā nō reputant coniunctos collaterales,niſi fratrē, & ſororē. nec ualet ar.de affinibus:qa nec affines collaterales admittendi eſſent,ſed tñ aſcendentes, ut ſocer pro ſocero,& deſcendentes, ut gener pro genero, ar.pro his,ff. de poſt.l.j.§.ſi.& l.ſeq.nec faciunt uim quātū ad hāc ꝓcreationem inter naturales & legitimos, uel naturales b tñ, [b] cū & ipſi multis priuilegiis gaudeāt,ut in auc.qui. mo.na.effi.legi.§.ij.& §.ſeq.idē dicūt quidā de ſpuriis,& natis de inutilibus nuptiis,& de inceſtis, dūmodò certū ſit,ꝙ de certo patre nati ſunt: qa & ſi eis nō ſint agnati: tñ eis ſunt cognati,ar.inſti.de ſuc cog.§.uulgò quę:quia 9 uulgò qſiti nō habent agnatos. ¶† Alij tñ aīr dicūt: qa nati de nefariis & inceſtis nuptiis nō ſunt noīandi filij, nec alēdi,& oī pn̄a ſubſtātia indigni,i auc.q.mo.na.eſ. ſi.leg.§.ſi.& idē vr̄ de ſpuriis,& oībus aliis prohibitis pter naturales,ar.ff.de ſta.ho.uulgo.ff.de i ius uo.qa ſp, inſti.de ſuc.cog.§.uulgò: imò qdā dicūt de naturalibus tñ; arg.C.de natu.li.l.ult. ſed nos hoc non credimus.

SVMMARIVM.

1 *Vbi quis reali conuenitur actione, & noīe rei ſortitur forū;cō putandæ ſunt dietæ à diœceſi ,in qua res eſt, cum ibi conueniri debeat.*
2 *Iuriſdictio priorum iudicum eſt ſuſpenſa,ubi cauſa appellationis eſt commiſſa ex certa ſcientia.*
3 *Iudices appellationis cognoſcere debent,an ſit legitimè appellatum, & an appellatio ſit legitima.*

1 Dilectus filius erat eccřia] † Vbi.n.reali cōuenit qs actione,& noīe rei ſortit forū, ut hic,cōputādæ ſunt dietæ à diœceſi,ubi res eſt,cū ibi debeat conueniri, ut j.de fo.cōp.ſanè, C.ubi in rē ac.l.ſi. idē eſt, & ſi perſonali actione agaī, ſi tñ in rē ſcript a.j. de fo.cōp.ex parte.ſi aūt perſonaliter conueniatur, poterunt cōputari dietæ ab oī loco,ubi habet beneficia,ſi eſt ibi plenè inſtructus,ut no.j.de fo.cōp.ex parte, cum ubiq; poſſit conueniri. ¶Et quòd diximus in reali, ſcilicet quòd non poteſt trahi ultra duas dietas à re, de qua agitur, intelligas dictum propter odium trahentium extraordinarium iudi. nam alias bene licet etiam in reali actione reum conueniri,ubi habet domicilium, & ſi ibi non ſit res, C.de præſcriptio.long. tempo. l.ſi.

 † Pro-

2 † Procedentes] & malè, cum iuſta cā eſſet appellationis. ex quo enim tenet appellatio,qñ proponitur, iuſta cā eſſet appellationis, & ſi ſit falſa.j.de app. ut debitus, iudex ſuperſedere debet.C.de appel.qñ.ff.app.pen. per totum.j.de offi.dele.paſtoralis hoc non placet.j.de appel. Romana. Si uerò non fuerit appellatum, & tñ fingens ſe appellaſſe, literas impetrauit, uel ſi appellatio non tenuit,quia ſine rationali cā,uel quia tertiò in eadem cā appellauit; nihilominus procedat iudex prior, quouſq; impetrentur literæ appellationis: iudex tñ appellationis alias ſemper cognoſcet appel.ut no.ſ.eo. pa
3 ſtoralis,in prin. † Cognoſcere] ſupra c.paſtoralis cōtrà ſ.eo.cum contingat.Solu.illud habet locum,qñ diuerſi iudices contendunt ſe habere iuriſdõnem principalem: hic,qñ non habent iuriſdictionem principalem. alij in cauſa appellationis. nam ad iudices appellationis pertinet cognoſcere, an ſit appellatum, & an uera & iuſta ſit cauſa appellationis, ut hic. Pertinere] .i.an ſit uera cauſa appellationis, an non ſit uera,& ſic iuriſdictio ſua debet remitti ad priores iudices, infra de appellatio. ut debitus. nam quandiu cognoſcit iudex appellationis, an ſit recipienda appellatio, non debet prohibere priores iudices, à quibus appellatum eſt ante ſententiam, procedere.j.de app.Romanæ Eccl.

SVMMARIVM.

1 *Secundæ literæ impetratæ nulla habita mentione de primis elidi poſſunt per exceptionem.*
2 *Exceptio odioſa etiam ex alieno facto competit.*
3 *Literæ ſecundæ niſi faciant mentionem de primis receptis, non ualent.*
4 *Electio eorum, qui priuati non ſunt poteſtate eligendi, ualet.*
5 *Is, cui ſemel pro pluribus ſcribitur.ſ.ut eos recipiat in canonicos, debet tamen tantùm recipere primum,& non ſecũdum.*
6 *Non poteſt aliquis auctoritate literarum, quæ elidi poſſunt aliquid petere.*

CApitulum S. Crucis. Conſimili] .i.prebendali, uel conſimili: qa uterq; debeat obtinere beneficium,cum uacaret,i.primo uacaturũ.& dicunt quidam ſecus,ſi in literis diceret, ꝙ aſſignarent ei pbendam,cum primò facultas ſe offerret: qa tunc utraq; lrẽ ualerent & primæ,& ſecundæ, & utriq; eſſet ꝓuidendũ, ſed primò priori, & poſt illum ſecundo. Alij tñ dicunt, & fortè non malè: quia ſiue in literis utriuſq; dicatur, ꝓuideatis ei de prima uacatura pbenda,ſiue ꝓuideatis ei,q̃citò facultas ſe obtulerit, ſemper lrẽ ſecundò præſentatæ poſſunt elidi p exceptionem, qa nunquã uř eſſe intentio Papæ, ꝙ ſimul plures uacaturæ in vna eccſia debeantur.ſed ſi poſt exceptionem primi, & poſtq̃ eſſet aſſecutus pbendam, ſcriberetur ꝓ alio, bene ualerent ſecundæ lrẽ,etiam ſi in eis nõ diceret, non ob.ſi ꝓ aliis ſcripſimus. illud aũt certum eſt,ꝙ ſi in pdictis literis cõtineatur, nõn ob.ſi ꝓ aliis ſcripſimus, ꝙ ſemꝑ ſecundæ lrẽ ualent, etiã ſi primus nõdum ſit receptus. Non habi
1 ta mētione] † & idcirco elidi poſſunt p exceptionē.ſ.eo. cæterum,ſi ſup eodem beneficio primo uacaturo erant ſecundæ,ſup quo erãt primæ. Appellationem] ex cã, qa primò mandatum ſup primo beneficio ꝓ alio receperant. uel tenet appellatio pp illam cãm iuſtã; & ſm hoc expones, Relaxetis,quãtum ad iſtam ſniam.i.nullã ꝓnunctetis. Si uerò nullam cãm appſoni adiecit tenuit excõicatio,uel ſuſpẽſio;& tunc non eſt neceſſaria expõ. Sed opp.ſi nullã adiecit cãm appſoni, excõicatus eſt iuſtè: quia exigente contumacia,uel negligentia capituli, licet B iniuſtam cauſam ꝓſequeret: quia in ſuis literis non fecit mētionem de prioribus;ergo non debet abſolui,niſi ſniæ pareatur.j.de uerb.ſig.cum olim,& c.ex parte. Sed rñ.quod non abſoluenť,niſi pareant ſniæ,& bene parent,ſi præſtant cautionem de parendo iuri: qa ꝓ ſola contumacia erant excõicati. nã cũ non eſſet lis conteſt.adhuc non poterant excõicari, niſi eum reciperent ſm hec iura,ne ſit ꝫ.j.de eo,q mit.in poſ.eũ.alij aũt. rñ. illud loqui,qñ ſine pjudicio alterius põt parere,qđ hic non erat:imò erat in pjudicium primi,ar.j.de re iud.cũ ſuper. ¶Sed dices,nũquid,factum eſt pjudicium primo, cum ſciuerit agi ſuper præbẽda ſibi debita? Reſpon.nõ, cum ſm agentem non potuerit ꝓhibere, & non utatur eo iure,quo ſecundus ff.de re iud.ſæpe,in ſi.quãuis quidam dicant,& fortè melius,ꝙ qa utuntur eodem iure,ſ. mandato domini Papæ ſup eadem pbenda,ꝙ idcircò ſit pjudicium, ſicut eadem lex eſt in arg.de hoc no.j de re iud.quãuis. ſententia aũt excõicationis lata ꝑ c.fuit iuſta,cum nullus ſe opponeret:cum tamen ſcirent,& fuit lata non pmiſſa appſone. vnde ab ea abſoluẽdi nõ erũt, niſi eum reciperent, ut hic dř. Eos] C uel R ſm aliam literam. Eo] j.de pb.ꝓ illorum. ubi no. primo uideť, ꝙ ꝫ B. c.non habuit excep. ex literis à C impetratis cũ non ſint ſuæ literæ, nec pro eo impetratæ,ſed ꝫ illum?
2 ¶†Item mirabile uř, cum capitulum non receperit C, q̃uo ei datur excep. ex perſona alterius,uel literis. Reſpon.nõ datur exceptio ex literis, uel perſona alterius: ſed exceptio hæc oritur ex maleficio B ſi ſcienter ueritatem tacuit in literis, uel etiã ſi ignoranter. uel dic ꝙ exceptio odioſa etiã ex facto alieno cõpetit; & ſic uolũt quidam colligere ex hac decr.ꝙ ſi aliquis impetrat literas in aliqua eccſia,ubi Papa ꝓuidit aliis,non ualeť, niſi expreſsè ibi ſit clauſula,non obſtante ſi ꝓ aliis ſcripſimus,etiam ſi ante impetrationem lrãrum ei erat ꝓuiſum ibi. Sed nos contrarium dicimus,ſ.ꝙ etiã ſi nulla clauſula, uel conditio ꝓ uel contra apponať in lrĩs, ꝙ ſecundo debet in eadem eccſia ꝓuideri. & hæc decr.loquitur,quando primo ſcribiť pro vno,ut ſibi prouideať in primo uacaturo beneficio,& ante, q̃ prouideatur primo,ſcribitur ꝓ ſecundo eodem mõ. in quo caſu ſecũdę non ualent:non quia in eadem eccſia alij prouiſum ſit, ſed quia ſecundæ literæ ſuper eadem re non ualent,niſi de primis fecerint mētionem ꝫ eo. paſtoralis.§.j. & idē dicimus,ſi ſcribatur,ꝙ ſibi prouideatur, q̃ primò ſe facultas obtulerit,etiam ubi præbendæ nõ ſunt diſtinctę: quia vna tãtum uice oportet primò facultatem offerri: ſecus aũt diceremus,ſi primò ſcriberet pro vno,ꝙ ſibi daretur prima uacatura. ¶Secundò ꝓ alio,ꝙ ſibi daretur ſecunda uacatura, cum hic de diuerſis præbendis agať: uel ſi ſcriberetur ꝓ ſecundo ,cum iam prouiſum eſſet primo. nam hic non oportet dici,ſi pro alio non ſcripſi-
3 mus. ¶†Alij tamen dicunt,ꝙ ſecundæ literæ non ualēt, niſi de primis receptis faciãt mentionem, arg.j.eo.mandatum, & c.ſeq. ſi autem ſecundus receptus eſſet, præfertur primo.j.de his,quæ fi.à ma.par.capi.ex ore.nam cum lite pendente non debeat canonicis auferri poſſeſ-
4 ſio eligendi,infra ut lit.pend.ad memoriam. ¶†Item cũ non ſint priuati poteſtate eligẽdi,tenet eorum electio, ut no.infra de præben.inter cætera,licet peccẽt eligendo,ſi fraudulenter forſitã propoſitis exceptionibus differtur inſtitutio illius, pro quo Papa ſcribit, & puniẽdi eſſent,ut ei, quem malicioſè fraudauerant, ſicut vni ex aliis,prouiderent.j.de præben.dilectus fil.G. ſi aũt alicui mandatum eſſet,ꝙ pbendam in aliqua eccſia alicui conferret

conferret ſiue cum cauſæ cognitione, ſiue non,non credo,ꝙ pendẽte cognitione ſup pſona illius, cui mãdatũ eſt cõferri,poſſit alij cõferri,& ſi conferať, ꝙ teneat col
5 latio: † qa hoc ipſo, ꝙ dedit Papa alij ptãtem dandi pbendã abſtulit canonicis conferendi ptãtẽ. & hoc ſatis uidet dici.j.de cõceſ.præbẽ.& eccle.nõ uacan.conſtitutus. imò, quod plus eſt, idem dicimus, ſi non expreſsè eſſet ei data poteſtas prouidendi: ſed tñ executor deputatus eſſet ad faciendum,ſi ille,ad quẽ pertinebat de iure,hoc nõ faceret.j.de conceſ.præben.& ec.non uacã. propoſuit, & ar.j.de his, quæ fi.à ma.par.ca.ex ore.ſecus aũt,ſi tñ datus eſſet executor ad compellendũ.j.de præbẽ.dilectus filius.G.nec ualet , ſi dicať adhuc pẽdet lis de illo, cuius executor eſt, an ſit dignus, & interim nõ debet poſſeſſione priuari: qa nõ priuat eos Papa poſſeſſione eligendi,utẽdo plenitudine poteſtatis, uel aliũ ſuper hoc executorẽ conſtituendo: ſed negociũ illud ad ſe reuocauit,nec uult aliũ de ſuo facto iudicare; qđ eſſet, ſi ad electionẽ procederent; & de hoc plenius no.j. de præben.inter cetera.at in primo caſu non eſt ita: qa nec ſibi, nec alij electionẽ retinuit. ¶Itẽ credimus,ꝙ ille, cui ſemel ſcribiť pro pluribus. ſ.ut eos recipiat in canonicos, licet habeat aliquam exceptionem cõtra perſonas, nec contra reſcriptum:tñ tantum recipere debet primũ & non ſm,ut hic, & ſcđo imponendũ eſt ſilentiũ, etiam ſi primo tñ monitoriè, & pro ſecundo executoriè ſcriptum eſſet: ſed tñ tenet electio de alio facta, ut dictum eſt.Prius] Videtur, ꝙ literæ monitoriæ C,non debeãt impedire executorias B,ſicut nec impedirent iuramentum ſequens ad ipſius obſeruationem,arg.à contrario ſenſu.ſ.eo.conſtitutus. ſed illud eſt ea ratione: quia iuramẽtum eſt licitũ,cũ in eo intelligať auctoritas Papæ [a] excepta, licet Papa nõ intelligať ſcribere ex certa ſciẽtia ꝫ illud, niſi exprimat in literis. literæ autẽ iſtæ ſunt uitioſæ cũ ueritate tacita ſint impetratæ,ſ.ꝙ reſcriptũ erat pro alio, cui nondũ prouiſum erat. Silẽtiũ] ſed dices nõne hæc exceptio fuit proponenda in prin.contra literas,ſ.ꝙ nõ ualebit? Reſpon.ſic, & propoſita fuit à capitulo , & propter hoc appellatum , ut prædictum eſt. uel etiam ſi tunc omiſſa fuiſſet à capło; tñ tunc proponi poſſet ab aduerſario,ſ. C.quãuis dici poſſet, ꝙ & ſi uterq; hanc exceptionem omiſiſſet ad declinandũ forũ;tñ.C.eã proponere poſſet qñcũq; ante ſententiã,ſ.ꝙ alij eſſet preferendus.¶Quidã tñ aliter dixerũt,ꝙ tãtũ in initio proponi debet: ſed ſi diligenter attendas, hic.C.nihil proponebat contra literas:quia nec contra eum agebatur: ſed per has literas reſponſum fuit conſultationi capituli , & ei proui-
6 ſum.†Silentiũ imponentes] Ne authoritate illarũ aliqd petat,quæ elidi poterãt: quia non faciunt mentionẽ de primis.ſ.eo.cæterũ.j.de offi.dele.ex parte, niſi fortè in ſecundis eſſet clauſula inſerta , non ob.ſi pro aliis. nam hæc clauſula in hac beneficiali litera, ſ.recipietis eũ in fratrẽ,& ꝓuideatis ei, cũ prima præbẽda uacauerit, eſt largè intelligenda.ff.de cõſti.prin.l.fi.ſed tñ reſtringiť ad illos,qui literas impetrauerunt,& beneficiũ obtinuerunt,& non extendituř ad illos, quibus nondum eſt per apoſtolicas literas prouiſum. nã ibi ſecundæ literæ nõ ualent ẽt ſine illa clauſula, non ob.ſi pro aliis : quia cũ tantum ſit beneficiũ primò uacaturum, non eſt credendũ , ꝙ Papa in duos diuidi uoluerit.j.de præben.tuæ , dũmodo proſequi nõ negligat. alij tamen contradicũt, ſ.ꝙ autoritate huius clauſulæ poterit petere beneficiũ, etiam ſi primus nondum haberet, ſed primo prius prouidebitur; & hæc eſt utilitas huius clauſulæ.

a ¶ *Auctoritas Papæ. Adde Abba. ſupra in c.conſtitutus, & ibi no.ad Inn.& Abb.in c.ſignificaſti, in 4. & 5.uolum.infra de elec.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ à iure præcipiuntur, licitè in pactum & in ſpiritualibus deducuntur.*
2 *Reuocari debet, quod fit per literas ſurrepticias.*

1 AD audientiam.ij. beneficio literarũ] † Nec reputamus hic ſimoniam,cum ea, quæ præcipiuntur à iure , licitè deducanť in pactũ ẽt in ſpiritualibus. 18.q.2.Eleutherius. diſt.6.contra morem.28. diſt.de Syra.j.de electio ſignificaſti. & illud eſt de iure, ſi uult habere beneficiũ,ꝙ renunciet literis: quia,quod plus eſt,ẽt ſi haberet beneficiũ, & ẽt in pactionẽ deduci poſſet,ꝙ illi renunciaret,cum ad hoc teneatur de iure. j.de præben.cum non ignores , &c.cum iamdudum; & ſm hoc expone,uenditas,i.tali pacto renunciatas. nam ſi pro pecunia,uel aliquo temporali renũciaſſet literis, cũ ex eis habeat ius ad petendũ ſpirituale beneficiũ,eſſet ſimonia, arg.ſ.eo.proxi.c.uel retineas in proprio ſenſu , ſi non erat ſcriptũ ſup prouiſione ſpirituali , ſed temporali. uel dic ꝙ bene fuit ſymonia , nec hoc negatur. Decernens de cetero] Hanc pœnã haberet ex eo,ꝙ uendidit literas , ꝙ de cetero per literas apoſtolicas ei prouideri non debet, & iuſtè: quia aut renunciauit literis eo,ꝙ haberet ſufficiens beneficium ; & tunc non ualent ſecundæ literæ,quæ de ſufficienti beneficio non faciunt mentionẽ.ſ.e.poſtulaſti : aut nõ habuit ſufficiens
2 bñficiũ; & tunc imputet ſibi.†Reuocãdo] Per tramites iuſtitiæ puta ꝓſequẽdo appſonẽ,uel petẽdo reſti.in inte.ꝫ ſniam,uel mandatũ , ſi quod factũ eſt de prouidẽdo ei. ſi aũt ſnia exc uel ſuſpẽſionis pp cõtumaciã,uel miſſionẽ in poſſeſ.lata eſſet ꝫ eum , dicere reuocandam ẽt ſine his tramitibus;& ita poteſt intelligi.ſ.e.cõſtitutus: quia non intereſt eius niſi forte rõne expenſarum.ff. ne uis fiat ei,qui in poſ.l.j.§.hæc uerba,& expenſas habere non debet propter fraudem : uel ſpeciale eſt in beneficiis , ut not.ſ.eo.conſtitutus, & c cum dilecta.

SVMMARIVM.

1 *Pars licet per fraudem literas obtineat,nihilominus ualent literæ, & proceſſus per eas.*
2 *Literæ, quandocũq; per fraudem impetrentur, elidi poſſunt.*
3 *Electus in epiſcopum retinet priora beneficia uſq; ad tranſactum tempus de conſecrandis epiſcopis.*
4 *Non eſt præſumendum dominum Papam ſcribere ſuper pluribus uacaturis.*

IN noſtra propoſuiſti. Fraudulẽter.] Vel dic, ꝙ hic fraus nõ deprehẽdiť in prin.ex impetratione pluriũ literarũ, nec ibi fraus eſt: qa hoc bene licet, ut ſi unũ nõ poſſit habere uel pp ſcãdalum , uel pp ius,uel alia de cã,habeat aliud:ſed deprehẽdiť
1 ex poſtfacto, ſ.ex malo uſu literarũ.†Fraudulẽter] No. ꝙ licet pars ꝑ fraudē lrãs obtineat, nihilominus ualent lrẽ & ꝓceſſus p eas,nec ob.ſ.e.ſup:qa ibi loquiť, quãdo uel ueritatẽ ſupprimit fraudulẽter,uel exprimit falſitatẽ;qđ hic nõ fecit,cũ adhuc nullũ beneficiũ haberet.
2. ¶†Sed obiicies, in ſecũdis bene debuit facere mētionẽ de primis.ſ.e.ceterũ. Sed illa loquitur, quãdo à diuerſis perſonis ſuper eodem facto diuerſæ literæ impetrã-

tur: ſed hic totum contrarium: quia ab vno ſuper di-
uerſis eccleſiis ſunt literæ impetratæ. & ita non eſt etiã
contra ſupra co.ex tenore:quia loquitur,qñ ab eodem
& ſuper eodem negotio diuerſæ literæ impetrenẽ. Alij
dicunt,& melius, quãdocũq; per fraudem literæ impe-
trentur,elidi poſſunt: quia dolo, & ſ̃.co.ex tenore. nec
ob. quod hic dr̃. nam ſi cum primum beneficium obti-
nuit,exceptum eſſet de fraude,repulſus fuiſſet:ſed poſt
non ualet hæc exceptio. ¶Sed dices,nõne apparet, ꝙ ꝑ
a obreptionem obtinuit etiam primum beneficium,ergo
& illo debet priuari.1.q.1.ſi quis. & no.ſ̃.co. conſtitu-
tus: ſed reſpondeo, ꝙ non agebatur ad hoc, ſed tñ ad
caſſationem ſecundarum lr̃arum; & iõ ſuper eo ſenten-
tiari nõ debuit.j̃.de ſi. licet Heli. uel dicas,ꝙ iſta fraus
non uitiat beneficium,licet uitiet & impetrationem.uo
luntas.n.dñi Papæ eſt, ꝙ ei prouideatur. item non fuit
ibi obreptio ſtrictè ſumpto uocabulo. Recepti] Per
hoc dicunt quidam à ſimili, ꝙ ſi pars patiatur qõnem
ſuper electione,uel præſentatione ſua facta ad eccl'iam
parochialem,cum tñ poſſeſſionem eccl'iæ non haberet,
ſi receperit pendente huius qõne aliquam eccl'iam ha-
bentem curam aĩarum,hoc ipſo uidetur renunciare liti
motæ ſuper electione, uel præſentatione ſua, quod hic
plenè colligitur. Item rõne probatur: quia aut intende
bat renunciare eam recipiendo ſecundam; & ſic habe-
mus ꝓpoſitum. aut non intẽdebat renunciare,ſed inten
debat,ſi obtineret in cã dimittere illam, quã recepit li-
te pendente,& accipere illam,quã uicit; & hoc eſt peni
tus illicitum, cum conſenſus huius non debeant eſſe tẽ-
porales,ſed perpetui. nam in eadem uocatione, in qua
uocatus eſt &c. ut 70.diſt.c.ij. ſicut & conſenſus matri-
monialis,ut 32.q.2.ſolet aliqñ.j̃.de condi.ap.c.fin.non
3 obſtat.j̃.de elec.cum in cunctis, † ubi dicit,ꝙ electus in
ep̃m retinet priora beneficia uſq; ad tranſactum tẽpus
de conſecrandis ep̃is:quia ſicut hic dicimus,ita & ibi di
cimus:quia recipiendo ep̃atum priora beneficia renun-
ciare intelligitur. vnde,ex quo confirmatus eſt in ep̃m,
non poſſet dimittere ep̃atum,& ad priora beneficia re-
dire.j̃.de tranſac.inter,quãuis hoc ei ſit ſeruatũ à iure,
ꝙ ſi ex neceſſitate iuris caſſetur eius electio,ꝙ poſſit ad
priora beneficia redire,ut in prædic.decr.cũ in cunctis.
¶Item non obſtat, ſi dicas, ſi quis habet eccl'iam pleno
iure & quo ad poſſeſſionem,& quo ad ꝓprietatem,& tñ
ſi eligatur ad aliã,& moueatur ſibi lis; ita,ꝙ poſſeſſio-
nem eius habere non põt, propter huius electionem &
conſenſum non ur̃ renunciare priori eccleſiæ,j̃.de elec.
cum in cunctis.21.q.2. ſiquis iam, & no.j̃.de præben.de
multa. ergo multofortius,ſi habebat litem primò, non
ur̃ renuntiare liti recipiendo eccleſiam: quia huic,qui
nihil habebat niſi litem,non uidetur aliquid imputan-
dum,ſi accipit eccl'iam,& litem ibi ſeruauit: ſed illi ur̃
imputãdum aliquid, q habebat eccl'iam,& litẽ accipit.
¶His ſic reſpõdemus, ꝙ hoc totum facit malum initiũ,
ꝙ iſte,qui litigat,& aliam acceperit,ſi condõnaliter,uel
tẽporaliter conſentiret, ut dictum eſt, ſemper oportet,
ꝙ ſit ibi iſtud malum initium:quia aut non eſt proteſta-
tus de retinendo primum ius; & ſic uidetur ei renũcia-
re,cum utrũq; ſimul habere non poſſit,& recipiẽdo ſe-
cundam præciſe & ſine proteſtatione primo uidetur re
nunciare. ¶Item ſi proteſtatus tunc fuit, malum initiũ
eſt,quia temporalis fuit conſenſus: ſed qñ habet eccle-
ſiam in pace, & conſentit in aliam purè, in illius rece-
ptione eccleſiæ non fuit malus conſenſus, imò bonus:
quia ſemper eſt de præſenti. vnde hic non uidetur re-
nunciare primæ,quouſque adipiſcatur poſſeſſionem ſe-
cundæ. decret.autem iſta non facit multum ad propo-
ſitum: quia iſte, de quo loquitur decret. non poteſt a-
liud beneficium obtinere. eſt tãtum ſtatutum in odium
impetrantis multas literas ſuper beneficiis, & ut uite-
tur fraus horum impetrantium. nam nos nõ poſſemus
negare, quin ille,qui receptus eſt ad vnum beneficium,
poſſet aliud recipere, & ſuper alio litigare, ſi ad aliud
canonice eligatur. nec per hoc uidetur priori renun-
ciare, maximè cum utrũq; poſſet
retinere.& generaliter[a] dicimus,
ꝙ recipiendo vnam eccleſiam ui-
detur renunciare liti,quam habe-
bat ſuper alia eccleſia, quã ſimul
cum illa habere non poteſt: ſed ſi
eſſet tale beneficium illud, ſuper
quo litigabat, ꝙ non prohibetur
retinere cum illo, quod recepit,
non uidetur renunciare liti ſecũ-
dum recipiendo. item habens ec-
cleſiam ei non uidetur renunciare,ſi conſentiat in aliã,
& de ea litiget. maius eſt enim renunciare eccleſiæ, q̃
4 liti.† Huiuſmodi moleſtari] ſiue impetratæ fuerint an-
te,q̃ reciperetur in aliqua eccleſia, ſiue poſt: quia nõ eſt
præſumendum, quòd ſuper pluribus uacaturis domi-
nus Papa ſcriberet. Sed ſi poſt,quàm receptus eſt ad ua
caturam præbendam,impetrauit literas de uacante be-
neficio, non facta mentione de priori receptione, cre-
dimus ualere, ſi uelit renunciare iuri, quod habet ex
priori receptione: quia non credimus hanc ueritatem
ſuppreſſam talem, qua expreſſa literas non habuiſſet,
argu.7.q.1.paſtoralis, infra de præben.cum ſecundum,
arg.ſupra eo. ſuper literis.

a ¶*Et generaliter. Adde, quòd hoc etiam tenet Compoſt. & refert & ſequitur Petrus de Anch. in conſil. 214. incipiente, Franciſcus antiquus, col.iij. uer.x. & ult.*

SVMMARIVM.

1 *Pars, quæ ratum habuit factum procuratoris falſi, non poteſt poſtea contrauenire.*

2 *Dominus uidens cauſam ſuam ſuo nomine agi per falſum procuratorem, nec contradicit, præiudicat ſibi.*

3 *Reuocatio procuratoris debet notificari aduerſario ad hoc, ut ſibi non præiudicet, quod cum procuratore ab eo conſtituto factum eſt.*

4 *Licet dominus reuocauerit mandatum, ualent tamen literæ, ſi procurator id neſciuit.*

EX parte decani. Impetratæ] Ante iſtas. nam
ſi poſt impetrentur aliæ contra iſtas, ualent,
ut infra in fi.huius decr.dicitur.uel dic ꝙ illę
fecerunt mentionem de primis, & ꝙ de con-
ſenſu partiũ impetratæ erant.alias.n.nõ ualerent;& hęc
1 clauſula ad pñtes & ad futuras lr̃as refertur. † Protuli-
ſtis] ꝫ.j̃.de ꝓcu.licet.ſolu.ſi cõſtaret ꝑ ꝯfeſſionem par-
tis aduerſę,ꝙ reuocatum eſſet mandatũ ſine fraude,ha
berent locum ꝯ̃ria.ſed hic ex ꝑſpicuis indiciis dolus p̃-
ſumitur.C.de do.dolũ. & iõ non p̃ſumitur facta reuoca
tio niſi fraudulẽta. uel dic & melius illã locum habere
in illo,q nunquã fuit ꝓcu.conſtitutus. nã ſi ſemel fuerit
ꝯſtitutus,ut occurraẽ fraudibus,ſtatutum eſt,ꝙ quicqd
fit cum eo ante,q̃ reuocatio notificetur aduerſariis,uel
iudi.tenet.j̃.de procur.mandatõ,& in aliis concordan-
tiis poſitis in gl.quæ incip. & bene. hic autem certũ eſt,
ꝙ ſi ratum habuerit factum procuratoris falſi, ſiue ex-
preſsè, ſiue tacitè, dũmodo eius nomine agatur, ulte-
rius contrauenire non poteſt.ff.rem ra.habe.l.iij.§.fal-
ſus.ff.de nego.geſt. ſi pup.§.ſed ſi ego. ff.de iudi. licet.
2 ¶†Et ex hoc[a] dico,ſi dominus uidet
cauſam ſuã ſuo nomine agi per fal
ſum procu.& nõ contradicit, ꝙ fit ſi
bi præiudicium.nã ex uoluntate ſua
creditur agere,cum poſſit eum pro
hibere,& non prohibet.ff.de re iud.
ſæpe,& cõtra eum mandabitur ſñĩa
executioni, cũ credatur ex manda-
to agere.ff. de re iudi.l.iiij. debuit
.n.proteſtari,ꝙ ſibi factũ procura-
toris ſuo nomine agentis, cũ primò
ſciuit,ſibi diſplicebat.C. de filijs fa
3 milia.l.ij.†Protuliſtis] Et bene.ad
hoc.n.ut ſibi nõ præiudicetur,ꝙ cũ
procuratore ab eo conſtituto factũ
eſt,oportet,ꝙ notificet aduerſario
reuocationẽ,argu.ff.de procu.ſi qs
ꝓcuratorem;& ſic intelligimus in-
frà de procu. exinſinuatione,& in p̃
ſentia,ubi no.uel iudici,ar.ff.rẽ ra-
tã ha.ne ſatisdatio. infrà de procu.
mandato.uel ꝙ publicè conſcribaẽ
dñs,ne quis habeat eum pro procu
ratore,ar.ff.de inſti. l.ſed & ſi.§.j. & ſe. ſed hæ leges lo-
quuntur tñ de procu.negociorũ;& intelligimus,ꝙ poſ-
ſit reuocare ante lit.cõteſt. quia poſt non põt ſine diſtin
ctione.ff.de procu.quæ omnia,&.l.ſeq.& l.poſt lit.& l.ſe
quen. Dicebant ] & bene:quia poſt reuocationem ſuam
fuerant impetratæ nec ob.quia tenet,quod contra eum
facit.ſ.lit.conte.quia illud tenet in fauorem iudiciorũ,
niſi aduerſario,uel iudici notificet,ut dictum eſt. ſed ſe
cus eſt in literis,ubi confeſſio ſua in eo præiudicat ſibi,
quod eſt contra eum:ſed pro ſe non prodeſt Concilij ]
ſupra eo. nonnulli Perſonis] .ff.de procu.ſed hæ.Procu
4 ratorem] Qui hoc impetrauit.¶†Sed in hoc non uideẽ
neceſſe reuocationem peruenire ad aduerſariũ, ex quo
ipſemet confitetur ſe reuocaſſe:quia ipſi ſua confeſſio p̃-
iudicare debet,& in fauorem aduerſarij inductum eſt,ꝙ
reuocationem ſignificet iudici.ſed dic, ꝙ quãuis reuo-
cauerit mandatum: tamen literæ ualent, ſi procurator
non ſciuit: quia non eſt ibi aliquod de uicijs contentis
ſupra eo. nonnulli; & bene poteſt habere ratam impe-
trationem ab alio factam & ſine uicio. ſed ſi reuoca-
tio ad eum perueniſſet, tunc literæ falſæ eſſent ſuprà
eod. nonnulli; & ideò nulla rati habitione poſſent ui-
res ſuas recuperare.

a ¶*Et ex hoc dico. adde quòd hoc ſequitur Oldra. in conſi. ccxc. ĩci. pro fundamento, & Ange. in l. mutus. §. is qui procuratorem. ff. de procura. Abb. in c. quãuis, infrà de re iud. Car. & Imo. in c. cum olim, infrà de of. de le. & uide Fely. & ibi concor. per eũ in. c. fraternitatis, colum. iiij. circa me infrà de teſti. & uide de hoc dicto per Alexã. de Imo. in repe. l. ſæpe, col. i. ff. de re iu. ubi latiſſime. Et uide Alex. in conſi. clviij. col. iiij. uerſi. bene facit, in ij. uolu.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum non extenditur ad perſonas in eo non contentas.*

SIgnificante.V.Hoc ideò:quia ita general'r locu
tus fuit.V.Rhem.ꝙ non poterat de perſona cõ
ſtare.nam & ſi per aliqua adiecta poſſet conſta
re,ꝙ V.Leodien.eſſet illa perſona, contra quã
agere uolebat,licet in literis V.Rhem.nominauerit;ni-
hilominus per literas conueniri poſſet,argu.inſti. de le.
1 §.ſi quis nomine.C. de teſtamen. ſiquis in † Conueni-
ri] reſcriptum enim non extenditur
[b] ad perſonas nõ contentas in reſcri-
pto: imò quo ad res & perſonas re-
ſtringendum eſt ſuprà eo. ſe. apoſto.
& infrà.c. proxi.

b ¶*Extenditur. Et ſic ſtrictè interpretatur. adde Sozi. in conſil. cxij. col. iij. poſt medium, replicatum in. q. uolumi. conſi. clxxij.*



ROdulphus Clericus.

SIgnificauit poterat conueniri] cõtra dominam age
re non poſſunt ex perſona eius:quia non erat eis de-
bitrix tempore datæ lr̃arũ,quod inſpiciẽdum eſt ſuprà
eo.eam te.j̃.eo.c.fin.nec ex perſona defuncti,cum morte
eius expirauit iuriſdictio ante, quã citaretur.ff. q ſatiſ.
cog.ſi deceſſerit.ff.de reg.iur.Meratius.j̃. de iudi. quia.
V. cõtrà.ſ̃.eo.paſtoralis,in fi.de offi.dele.licet nobis. nõ
placent hæc:imò dicimus,ꝙ ẽt ſi citatus non ſit ille, con
tra quem literę impetratę ſunt,nominatim tñ ſucceſſor
generalis,& hæres conueniri poſſunt per lr̃as impetra-
tas contra prædeceſſores.j̃.de fo.comp.dilecti.hic autẽ
loquitur,qñ prædeceſſor illius, qui mõ conuenitur, nõ
erat expreſſus in lr̃is:ſed tñ per generalem clauſulam
poterat cõueniri;& tunc locum habet, quod dictum eſt,
ſi in uita ſua non citetur, uel exprimatur prædeceſſor,
ſucceſſor non poterat conueniri:quia ſuper prædeceſſo
re non habuit exercitium iuris dictionis ſuprà eo. paſto
ralis.§.fi.& tñ bene fatemur, ꝙ per generalem clauſulã
poteſt cõueniri nomine alicuius eccleſiæ illæ,qui factus
eſt prælatus poſt impetrationem lr̃arum: quia non pro-
priè dicitur conueniri perſona prælati, ſed eccleſia.
EX inſinuatione mentionem ] Nam hic eſt talis falſi-
tas,qua tacita præſumitur,ꝙ lr̃as executorias nõ ha
buiſſet Mentionem ] in auc.ut ſpon.lar.§.& hoc inſuper.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis dicatur quis negligere, uel non proſequi gratiam papæ.*

2 *In literis non eſt conſiderandũ tempus datæ,ſed præſentationis.*

3 *Virtus præſentationis tanta eſt,ut ſi ſecundus impetrans prius præſentat ſecundas literas, in quibus cõtinebatur, ſi pro alio non ſcripſimus, præfertur tamen in beneficio.*

4 *Literarum præſentatio non ſufficit quòd executoribus fiat, niſi fiat collatori beneficij.*

5 *Capitulũ nolens ſubire laborẽ cõtradicendi, nõ imprudenter faciet recipiẽdo oẽs ĩ canonicos, de quibus ei ſcriptũ eſt à papa.*

6 *Non poteſt capitulum de criminibus, uel alijs defectibus opponere contra præſentatores literarum.*

7 *Nunquid receptus in canonicum per capitulum poſsit ſe illi opponere, qui præbendam petijt per literas papæ.*

MAndatum apoſtolicũ ſi ꝓ alio] apponitur.n.
hęc clauſula in fauorẽ eccleſię,cui ſcribiẽ,ut
ſi de alio grauata eſt auctoritate ſed.apo. qñ
cunq;,ſiue ante impetrationẽ lr̃arũ ſecunda-
rũ,ſiue poſt,uel ẽt ſi cõtra cã aliqs agat ante,q̃ lis finiaẽ
ulterius non grauẽ de alio p̃textu iſtarũ lr̃arũ:poniẽ ẽt
in fauorẽ impetrantis,ẽt ſi ꝓ alio ſcriptũ. ipſe tñ dolo,
uel negligẽtia negligat ꝓſeq lĩas ſuas, ſecundus nõ ob-
1 ſtante,ꝙ ꝓ alio ſcripſit,poterit petere bñficium. † dici-
mus aũt eũ negligere,uel nõ ꝓſequi gr̃am Papæ, q lr̃is,
uel iuri ſuo renunciauit,uel contra quẽ ſñĩa lata eſt,uel
ꝙ uxorẽ accepit: uel q habitum clericalem reiecit: uel
q primã præbendam uacantem poſt præſentationem li-
terarum non obtinuit:uel qui non proſequitur litigãdo
contra capitulũ,ut illam ſibi det:quia ſiue eo ſciente de
dit capitulum illam præbendam alij, ſiue eo ignorãte,
nunquã tñ poteſt aliã petere,q̃ poſt illã uacabit: qa nõ
eſt ſcriptũ niſi pro prima,& non licet fines mandati ex-
cedere.ff.man.diligẽter.ſed põt denunciare ſupiori,qñ
eo ignorante collata eſt præbẽda,ut ꝓcedat ẽm tenorẽ
c.j̃.de p̃ben.dilec.fil.ſi uerò eo ſciente neceſſitate iuris

coacti ſunt alij dare præbendam huic debitam, impu-
tet ſibi.ff.de re iu.ſæpe. & hoc ea rõne: qa ſi primus pru
denter egiſſet, ſecundus, ꝓ quo ſcriptum erat cum clau-
ſula, nullam præbendam habuiſſet; & ita culpa eius trãſ
lata eſt præbenda ad alium. vnde iuſtum eſt, ꝙ de cæte-
ro bullam habebit. ſecus aũt eſſet, ſi ſine clauſula ſcri-
ptum eſſet ꝓ utroque: quia tunc uterque debet habere
aliquam pręben. niſi per culpam alicuius eorum perdiẽ
aliqua præbenda, uel trãsfertur in alium. iuſtum eſt, ꝙ
ille, q prior erit tpe, oĩbus ſequentibus præferaẽ, ut no.
ĩ.de præb.relatum. alij tñ dicunt idem utrobique. idem
uĩ etiam, ſi prædictis modis non neglexit, uel renũcia-
uit: ſed tñ in hoc negligens fuit, quia literas non præ-
ſentauit: qa ex quo ſecũdo non inuenit primas literas ꝓ-
ſentatas, etiam ſi ex neceſſitate omiſit uti primus; tñ ꝑ
ſecundas literas obtinebit bñficium, non obſtante ꝯdi-
2 ctione primi. nec obſtat clauſula, quæ hic poniẽ. ¶ † Et
eſt rõ, quia tẽpus non datæ literarum, ſed præſentatio-
nis eſt cõſiderandum, ut ſ.e.c.capl̃m. ĩ.de ap.ſuꝑ eo. nã
cum literæ caplo dirigaẽ, & ei incũbat dare canoni-
catum, & præbendam, iniuſtum eſſet, ꝙ ipſi litigarent
literis nõ receptis. & iõ ſic eſt intelligendum mandatũ,
recipiatis eum in canonicum, & aſſignetis ei primo ua-
caturam præbendã, ſubintelligendũ eſt: ſ. q uacaret poſt
præſentationem literarum. vnde ſi poſt datam lr̃arum
& ante pñtationem earum uacaſſet ꝑbenda, & alij data
eſt, auctoritate illarum lr̃arum ſibi alia, q̃ uacaret poſt
præſentationem lr̃arum ſecundarum danda eſſet, ar. ĩ.
de ap.ſuper eo. ¶Item dicimus, ꝙ rõne præſentationis
literarum hoc patet, ꝙ ſi recipiaẽ alius in canonicũ au-
ctoritate ſecũdarum literarum, primus pręferẽ ſecundo
etiam recepto in canonicum in aſſecutione præbendæ,
ar. ſ.e.capl̃m; & ſi cõtradiceretur, malitia ſua alicui ꝓ-
deſſet. ¶Item cum nihil ſit, ꝙ primo debeat imputari,
quia ſolicitus fuit in ꝓſecutione iuris ſui, quare non ꝑ-
fertur ſecũdo in eo, ꝙ nulli quæſitum eſt adhuc, ſed ad
collationem partium eorũ, quibus fauendum non eſt,
cum iniqua egerint præferendo ſecundum in receptio-
ne, uel collatione canonicatus? qa licet ſit canonicus,
tñ nihil iuris habet in ꝑbenda: fatemur tñ, ꝙ ſi ꝑbendã
ei dediſſent, ꝙ illa non poſſet ab eo, q iam ius habet, ad-
3 uocari. ĩ.de præbẽ.dilectus filius G. ¶†Item dicimus, ꝙ
tanta eſt uirtus præſentationis, ꝙ ſi ſecundus impetrans
prius præſentat ſecundas literas, in quibus continebaẽ,
ſi pro alio non ſcripſimus: tñ præfertur in beneficio: qa
ſic eſt intelligendum, ſi ꝓ alio non ſcripſimus, q literas
præſentauit. & ſi in literis primis continebaẽ eadẽ clau-
ſula non põt habere beneficium ꝑ illas literas: quia ſic
intelligendum eſt, ſi tẽpore præſentationis literarum,
4 ꝓ alio non ſcripſimus. ¶†Item dicimus, ꝙ non ſufficit
præſentationem literarum fieri executoribus, niſi fiat
collatori beneficij: qa non eſt executoris dare benefi-
cium: ſed tm̃ põt cogere ad dandum. ſed ſi eſſet execu-
tor, q debet conferre, ſi ꝓ alio ſcriptum nõ eſſet, primò
uacaturam præbendam in vna eccleſia, & alius poſt im-
petrationem huius executoris, & pñtationem ei factã
impetrat literas ad capl̃m, & præſentet, præualebũt pri
mæ, licet poſteà præſententur capitulo ea rõne: quia pri
mę præiudicant ſecundis. ſ.e.cæterum: quia collatio hu
ius præbendæ ad executorem pertinet. iõ ſunt ſibi lite
ræ pręſentandæ & non capitulo. ſed ſi capl̃m ignorãter
contuliſſet ſecundo ꝑbendam, tunc dic ẽm qđ not. ĩ.de
elec.innotuit. non aũt credimus, ꝙ licet ꝑ annum diſtu
liſſet uti literis impetratis, ꝙ ꝓpter hoc uĩ renunciaſſe
his literis Papæ, uel non ꝓſequi. nec ob. ſ.eo. plerũque:
quia loquitur de literis impetratis in iudiciis, uel cau-
ſis. hic autem loquimur de literis beneficialibus, q̃ non
pereunt ſecundis impetratis ſuper eodem beneficio, &
ſi prius præſentarentur ſecundæ, uel etiam ſi multo tẽ-
pore uti poſtponat. & dicimus, ꝙ ille, qui primo literas
impetrauit, aliquo prędictorum modorum neglexit uti
literis beneficialibus, literæ ſecundæ ualent, nec impe-
diuntur per primas, etiam ſi in ſecundis contineaẽ clau
ſula illa tantum, ſi pro alio non ſcripſimus, dũmodo ne-
glexerit uti primis, & non intelligitur ꝓ eo ſcriptum,
a ¶*Non ſegregatim. De hoc plenè ſupra de conſti.in c. cum omnes, maxime* Moder.*et ad de quòd donatio facta ſegregatim p homines uniuerſitatis de re cõi ualet,ita* Ale. de Imo. *in conſi.43.per totum in 4.uol.*

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio ſta im,quòd eſt facta,debet publicari capitulo.*
2 *Cum quis à pluribus poſtulare tenetur,non eſt uis a quo primo poſtulet.*
3 *Non licet poſt factam poſtulationem ab ea diſcedere.*
4 *Mandatum etiam re non exiſtente integra reuocari poteſt.*
5 *Electoribus pro una uice licet ex toto poteſtatem eligendi alij conferre.*
6 *Non ſufficit ſolo facto contra tranſlationem poteſtatis uenire, ſed uerbo debent nunciare compromiſſario,ne ulterius in electione procedat.*

IN cauſis [ab eis.] Scilicet canonicis[quinque]
iſti quinque poteſtatē habent a capitulo,non ab
illis duobus, qui eos eligunt. ff. quod cuiuſque
uniuer.item.§.j.idem dicimus,ſi quinque deberent eli-
gere electores alios[conueniſſent]No.ꝙ ille,cui datur
poteſtas eligendi,poſtulari poteſt j.de renu.poſt transla
tionem,ar.ff.de iudi.ſolui.iam tñ §.pe.ff.commo.l.ſi.ar.
ꝯ.ſupra e.innotuit,in ſi.[electionem]no.ꝙ epiſcopus eli
gitur in poſtulandum j. de renun. poſt translationem.
1 ¶† Publicarunt]ſic uř ſemper faciendum, ut facta poſtu
latione deberet publicari capitulo tñ, non populo, niſi
primo poſtularetur a Papa,cum nihil uř dictũ, poſtula-
mus talem,niſi dicatur a te,& præſente.& tamẽ põt to-
lerari,ꝙ eſt de conſuetudine,ut ſolenniter fiat poſtula-
tio,& ẽt coram populo,& nihil aliud eſt dicere,poſtula-
mus,niſi eligimus,uel ordinamus poſtulãdũ.j. de renun.
poſt translationem,& talis poſtulatio in aliquibus uim
electionis habet;quia cum alias nullus debeat eſſe eṗs,
niſi canonicè electus, hic ulterius non eligetur, ſed ap-
probabitur poſtulatus,& ſic eṗs fiet,uel caſſabitur, ſicut
ex hoc capitulo colligitur j.c.ſcriptũ,& ex omnibus ca-
pitulis,q̃ de poſtulatione loquũtur.& in hac poſtulatio-
ne dẽt ſeruari forma conſtitutionis,quia ꝑꝑ,ar.lxj.diſt.
Oſius,& c.eṗs.põt tñ & aliter.i.ſine ſolennitate fieri po-
ſtulatio, de qua habes lxj.di.Oſius, & c.ulti. & §. ſed &
aliud.& ſatis eſt honeſtũ & utile,ubicunque aliquis a lay
co debet poſtulari,uel alio quocunque,ꝑꝑ q̃ ab illo, q
debet cõfirmare,ꝙ hoc ultimo mõ fiat poſtulatio,& po-
ſtea eligatur ſolẽniter.Et hoc eſt uerũ, qñ poſtulatio eſt
talis,cuius electionem tñ illius,a quo poſtulatur, con-
ſenſus impediebat,quales credo libertos eccleſiarũ pro
motos ad ſacros ordines,ſi poſtulentur ad regimen ali-
cuius eccleſiæ.nam aliorũ liberti ordinari non poſſunt
ſi ibi patronus aliqd retineret.54.di.qđ cũque,& c.ult.ſi
uerò adhuc ſit aliud impedimẽtũ,qđ eũ eligi prohibeat
puta quia aliud impedimẽtum habet, iterũ poſtulabitur
cũ ſolennitate decr.quia ꝑꝑ ſi uerò omne impedimentũ
põt tollere ille,qui confirmare dẽt tũc eſt utilius primò
ſolennem poſtulationẽ facere,ut remoueatur circuitus,
& multus labor,& ſic fuit factũ hic,& ferè in omnib[9] de-
cr.q̃ de poſtulatione loquũtur:nõ negamus tñ,quin ſem-
per in optiõe poſtulantiũ ſit,uel cũ ſolennitate, uel ſine
2 ſolennitate poſtulare.¶ † Itẽ nõ credimus uim conſtitué
dã,cũ a pluribus teneť poſtulare,a quo prĩo poſtulet, pu
ta uel a ꝑlato,cuius clericus eſt,uel a Papa, qui forte ſo
lus diſpenſare põt,uel ab ipſo poſtulato.& ideo non dici
tur



tur matrimonium initiatum, quouſque oẽs qui conſen
tire dñt, & quorum conſenſus neceſſarius eſt, requira-
tur & habeať. alias abſurdum ſequereť, ꝙ archiepiſco-
pus matrimonium ſpirituale initiatum ſepararet. con-
trà,infra de renũ.& inter. quidam tñ hoc ipſum ꝯfiteť,
& aliter intelligunt illam decre.quidam tñ, & fortè nõ
malè,dicunt, ꝙ ſi à laico facienda eſſet poſtulatio priua
ta,ut de obligatis conditioni,ꝙ primò ſunt petẽdi à do
minis,& plenam libertatem conſequi dñt. 54.diſt.nulli,
& in c.ſeq.& põt hæc dubõ habere locum,etiã in poſtu-
latione ad clericatum. & tunc dicũt quidam etiam obli
gatum laico poſſe ſolẽniter ad clericatum poſtulari:ſed
non debet ordinari, quouſq; libertatẽ conſequať; & ſic
loquuntur.c.ſupradicta.& nõ currit iſtis ſpacium trium
mẽſiũ, & propter has poſtulationes multas & etiam nõ
occultas & nõ ſolẽnes ultra tres mẽſes protrahunt ele-
ctionem. eſt.n hoc iuſtum impedimẽtum,nec fuerũt in-
terim ĩ mora,j.eo.ne ꝑ. C.de inoffi.teſt. l.ꝯ mores [re-
uocauerunt] quãtum in eis fuit, ſed nõ potuerunt [pul-
ſari] infra de of.cu.c.j & 1.diſt.ius mil.hoc ſignum ſuffi
cit ad uocandum pñtes,& in minoribus negotiis. in ele-
ctionibus aũt,ubi neceſſarij ſunt abſentes,neceſſarij ſunt
nũcij,uel literæ, arg. j.de offi.deleg. prudentiam.j.cod.
3 coram. ¶†Elegit] uidetur, ꝙ potuerunt recedere à po-
ſtulatione,cũ ex ea non acquirať ius.ſ.de poſt.c pen. ſed
certè, ut hic dicitur, poſt poſtulationem factam nõ eſt
licitum ab ea diſcedere,niſi fortè omnes cõiter diſcede-
re uellent,ſicut eſt arg.in eadem decr.uel maior pars.ff.
ad muni.quod maior. ¶Sed dices,hic maior pars elegit
Arch. Rñ.nõ eſt uerũ,licet ipſi dixerint. uel dic hoc eſſe
ea rõne: qa licet poſſent à ſua poſtulatione recedere,nõ
tñ ab iſta,ad quã ex fide ꝑſtita,& rõne cõpromiſſi tenen
tur,quã non ipſi,ſed cõpromiſſarij fecerũt. [Quia] hic
4 incipit ſñia Papę. ¶†Cum res] uř etiam,ꝙ re non exñte
integra poſſit reuocare mandatum.j.de ꝓcu. ex inſinua 5
tione.ff.de ꝯd.ob cau.l.dedi,& in l.ſi pecuniã,in prin.ff.
loca.cum in plures, & l.mãdaui j.de iud. iudicium ſol.
ex quo tres ꝯcordauerunt de vna ꝑſona, intererat eorũ
nõ reuocari mandatũ; vnde nõ potuerunt reuocare,ut ĩ
ꝑdicta l.ſi pecuniã.uel dicimus,ꝙ nõ eſt hic purum man
datum,ſed ceſsio iuris,uel collatio poteſtatis,ut hic di-
cit,ſ.ꝙ capĩm tranſtulit poteſtatem. & ad idem,j.eo. cũ
dilecti,& c.cũ ĩ ueteri,quã reuocare non licet, ſicut nec
iuriſdõnem j.de of.dele.ſuꝑ qõnum,inſti.de dona.uerſi.
certis ex cauſis,C.de reuo.do.ſi donationes.16 q.2. ui-
ſis.32.q.ult.c.j.C.de dona.l.ult. ſed his uř ꝯ inſti.mand.
§.mandatum.ff.de iud.iudicium,& decr.præal.ſuꝑ quę-
ſtionum, etiam ꝯdicere uř,ubi dř, ꝙ ad delegantem põt
appellare,niſi totam iuriſdictionem cõmiſerit, & per cõ
ſequens iuriſdictionem delegati reuocare. Idem ergo &
hic eſt dicendum,ſ.ꝙ totum ius eligendi non cõmiſerit,
ſed tñ hac uice, ꝙ illi reuocare poſſent. item eodẽ iure
debent cenſeri iſti cõpromiſſarij quo ad alios, ſed alij
ad nihil agere poſſunt, niſi ad intereſſe.j.de ar.ꝑ tuas,
ergo nec iſti. ¶Ad hoc ſic rñdemus,ſ.qa hi, quibus con-
fertur poteſtas eligendi, aliqñ cõpromiſſarij appellanť:
tñ ꝓprius dicuntur donatarij, qa eis eligendi hac uice
poteſtas collata eſt & donata. & iõ ex quo ꝯſenſerũt do
nationi ſibi factæ.l.trãſlationi poteſtatis eligendi,ulte-
rius ꝯferentes poteſtatem eã nequeunt reuocare, inſti.
de dona.§ aliæ. Nec eſt etiam uerũ, ꝙ hic à ꝯrio ſenſu
poſſet colligi,ſ.ꝙ ſi res eſſet integra reuocari poſſet mã
datum:qa non ſemꝑ ualet hmõi ar.Vel dic,ꝙ electores
iſti non ꝯſenſerũt uerbo donationis ſibi factæ,ſed facto
tñ,ſ.ſecedẽdo ad tract.de electione. & iõ bene dicit:qa
res non erat integra: qa donationi ꝯſenſerũt ipſo facto
& non aliter. ſed & ſi aliter ꝯſenſiſſent,ſ.ſolo uerbo,uel
alio mõ, ſuffeciſſet. item non obſtat de ꝓcuratore, cu-
ius mãdatum reuocare licet: qa nec ſiles ſunt ꝓcura-
tores,q nihil ſibi honoris,uel utilitatis ꝓcurãt, ſed tñ
laborem,ff.de ꝓcu.quæ oĩa,& alieno noĩe tñ agũt: ſed
hi electores ſuum honorẽ ꝓſequunť, & ſuo noĩe eligũt.
vnde bene dicit decreta.j.eo. qa ꝑꝑ,ꝙ cõmittatur pote
ſtas eligendi aliquibus, qui eccľiæ ꝓuideant. Ipſi ergo
ſunt,q eligunt,& non illi,q poteſtatẽ eligendi dederũt.
Ex hoc uř, ꝙ qñ publicant elect.non debẽt dicere, nos
eligimus noĩe eorum,q nobis poteſtatem eligendi con
tulerunt,ſed ſuo tñ:uel nec ſuo,uel alieno noĩe eligũt:
ſed ſimpľr dicant, nos ex poteſtate nobis tradita talem
eligimus, uel de tali ꝓuidemus eccleſiæ. nec eſt etiam
ꝯrium de iuriſdictione,q̃ etiam re integra reuocatur ab
ordinario, qui vnam cauſam alij ex toto cõmiſit, ff.de
iudi.iudicium: quia ille delegatus non poteſt dici dona
tarius:nec etiam poteſt dici, ꝙ ordinarius delegans iu-
riſdictionem amiſerit,etiam in ea quã cõmiſit;qđ ex eo
apparet, quia ad ipſum appellandum eſt, & inde etiam
eſt,ꝙ reuocare poteſt, & etiam ex eo hoc probatur: qa
ſi aliquis ſit delegatus, qui nõ habet iuriſdictionem niſi
in vna cauſa,& illã iuriſdictionem totam alij cõmittit,
remouiſſe à ſe uidetur iuriſdictionem,& in alium tran-
ſtuliſſe; & hoc põt dici de donatario. ¶Et ideò ad eum
eligentem non põt appellare,nec poteſt iuriſdictionem
reuocare.j.de offi deleg.ſuper, & hoc eſt, quod dicit. l.
ff.de offi.præſi.præſes. ubi dicitur, ꝙ præſes non poteſt
à ſe abdicare imperium. qđ ſic intelligendum eſt: quia
retinendo dignitatem, uel vniuerſalem iuriſdictionem
non poteſt facere,quin ſemper ſuper omnes habeat iu-
riſdictionem ſaltem in aliquibus: renunciando aũt di-
gnitatem,ubi & ut debet, benè amittit imperiũ. ſed ſe-
cus eſt in electoribus: † quia eis benè licet vna uice ex
toto poteſtatem eligendi alij cõferre,ut hic,& infra eo.
cum dilecti,& capitulo cum in ueteri,& c.quia ꝓpter.
Item nõ obſtat,ꝙ dicitur, ſcilicet ꝙ ex cõpromiſſo agi-
tur tantùm ad intereſſe: quia ſicut dictum eſt, licet illi
electores dicantur cõpromiſſarij: quia illi, qui in eos
poteſtatem trãsferunt eligendi,ſemper promittunt ha-
bere ratum, quod ab eis factum erit, tamen proprius
dicuntur donatarij. nec ex tali promiſſione aliquid po
teſtatis accreſcit: imò plus dicimus, ꝙ etiam ſi eſſet cõ-
promiſſum, tamen in ſpiritualibus non agitur ad inter-
eſſe; ſed ſemper tenet quod à cõpromiſſariis fit, ut not.
infra de arbitr.dilecti. hoc credo uerius, ſcilicet quòd
fuerint cõpromiſſarij, & tenentur recipere electum ab
eis ſecundum formam cõpromiſſi. Et credo, quòd om-
nes cõmuniter poſſent reuocare poteſtatem eis traditã,
& hoc credo etiam de vno ſolo,etiam aliis contradicẽ-
tibus. nam cum non poſſit compromiſſum procedere à
principio vno ſolo ꝯdicente, & eadem ratione non ꝓ-
cedit vno reuocante. uel aliter,ut melius no.ſ.poſtu.bo
næ.ij.tamen hoc ſpeciale credimus in compromiſſariis
electionis, quòd poſtquam incęperint tractare de ele-
ctione,ꝙ nec ſinguli, nec etiam omnes poſſunt reuoca-
6 re poteſtatem,ut hic. ¶†Cum res] non ſufficit ſolo fa-
cto uenire contra tranſlationem poteſtatis, ſcilicet eli
gendo: ſed uerbo debet nunciare cõpromiſſario,ne ulte
rius ꝓcedat in electione: alioquin tenebit electio facta
à cõpromiſſario ante,q̃ ſciat electionem factam, an nõ,
ar.ff de procu.ſi procuratorem,ff.de iud.iudicium.ff.de
inſti. ſed & ſi.§.j.& ij [integra] res dř non eſſe integra,
cũ in negotio cõpromiſſo quo ad ſubſtãtialia ipſius ne-

gotij in aliquo eſt ꝓceſſum.uerbi gratia, cõpromiſſum eſt in negotio electionis, cum compromiſſarij cœperint de electione tractare, puta ꝙ vnus dixit, mihi uĩ talis bonus.& alius reſpon.ꝙ ſibi placebat,uel diſplicebat;& hoc innuit hæc litera, q̃ dicit, q̃d hoc modo ſit res non integra:ſed ſi de ſolẽnitatibus electionis aliquid fieret, non minus eſſet res integra,nec minus reuocare poſſet; ut ſi cantaſſent miſſam de ſancto Spiritu: uel etiã ſi intraſſent capl'm,ſed nihil de electione tractantes,arg.ff. de ꝓcu.ante lit.& l.ſeq.ubi habeť,ꝙ res eſt integra quo ad ꝓcuratorem,quouſq; lis conteſtatur, licet multa ꝓcedant,ut citationes,declinatoriç fori,& alia hmõi.alij tñ dicunt ꝯ. ¶Item ſi cõpromiſſarij habuiſſent tractatũ de aliquibus,ſed ab eis ex toto receſsiſſent: uel ſi elegiſſent,& ipſe renunciaſſet, cum ſimpl'r poteſtatem procedendi haberent, uideretur res integra, arg.ĵ.de ele.nõ reſi.relatum,C.quomodo & quando, ſi præſes, contrà, & alibi dicitur res integra, quouſque ſua interſit, ff.de condi.ob tur.cau. ſi pecuniam: ſed hoc non impedit reuocationem, dummodò ſoluat intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt, ubi præbendæ non ſunt diſtinctæ, eligere canonicos.*
2 *In electionibus beneficiorũq; collationibus conſuetudo ſpectatur.*

1 CVm eccleſia Vulterana. [quoſdam elegit] †ubi præbendæ non ſunt diſtinctæ & negligentibus canonicis non poteſt epiſcopus eligere canonicos,ĵ.de conceſ.præben.ex parte. ſed ad eligendum poteſt eos cogere per cen.ec.ſecus autem ſi eſſent præbendæ diſtinctæ.ſ.eodem cum in cunctis.ĵ.de conceſſ.præben.nõ uac.nulla. & hoc eſt ea ratione: quia nõ dicitur in iure,ꝙ eps ſuppleat defectus canonicorum in his:ſecus eſt enim, ſi diſcretæ,ĵ.de ꝯceſ.pb.nõ ua.nulla.9.q.3. cum ſimus,& ar.ĵ.de ſup.neg.pla. Romana. ¶Ab iniuria].i.ab iniquitate. eps Vulter.in prima petitione egit poſſeſſorio,ſ.ꝙ canonici non moleſtarent eum ſup electione canonicorũ:moleſtare aũt uidebantur, cum inſtitutos ab eo inquietabant. ſuper dicta aũt petitione cũ uterque ꝓbões induxiſſet: q̃a conſtitit melius ꝓbatũ & de antiquiori tpe ꝓ canonicis,abſoluuntur ab impetitione ipſius epi. uel erat forte iniuria canonicorum, q̃ erant ab epo inſtituti, ꝙ inſtitutos ab eo, uel electos non recipiebant.uel ꝙ ipſi canonici etiã eligebant alios. nam prædicta faciendo uim facere uidentur,quominus quietè poſſideat; & iõ cõpetit interdictum uti.poſſ. ff. uti.poſſ.ſi duo.§.iterum.eodẽ mõ,ſi minis terrerent electos ab epo, quominus cõſentirent electioni ab epo factæ. uel dic,ꝙ eps intentabat negatoriam,de quo no.ĵ. de uer.ſig. abbate [quia non uř] ff.de iniur.iniuriarum, in §.j.ff.de peti.hære.illud.ĵ.de app.bonæ.11.q.1. quod debetur.1.q.5. non ſanè. 64.diſt. quia per ambitiones [longe melius] & iõ dicunt obtinere.ĵ.de ꝓba. ex lřis, & c.licet,ubi no. [in ſecundo] hic agitur petitorio [paterentur] de cætero [notorium] & pro epo nullæ ſunt ꝓbationes aliæ. item rei euidentia, uel ſnia alia rite lata,infra de accuſa.euidentia, infra de cohabit.cler. ueſtra,& tua.ff.de legi.ſi de conſuetudine. ¶†Eligendi] ꝙ
2 epiſcoporum ſit collatio ꝓbendarum,de iure uř.21.diſtin.§.j. & c.in nouo,in aut.de mẽſu.or.ĵ.de pecul.c.ult. arg. contrà,ĵ.de his,quæ ſi.à præ.nouit,& c.ea noſcitur. 93.diſt.diaconi. ſo.in electionibus,& beneficiorum collationibus conſuetudo ſpectatur, infra de his, quæ ſi.à præla.ſine conſenſu ca.ea noſcitur,infra de conceſ.preben.uel eccleſiæ non uac.nulla, ĵ.de iu.patr. nobis, ĵ.de cauſa poſ.cum eccleſia Sutrina,ĵ.de uerb.ſig.abbate.

SVMMARIVM.

1 *Electionis confirmatio tenet, etiam ſi electio ſit nulla.*
2 *Confirmatio ſemper fieri debet cum cauſæ cognitione.*
3 *Nunquid confirmatus, cuius electio non tenet, ſit prælatus illius eccleſiæ?*
4 *Confirmatio magis uidetur ſequi uim decreti, quàm confirmationis.*
5 *Exceptio doli habiti in electione tam contra conſecrationem, quàm confirmationem competit.*
6 *In ſpirituali cauſa iuratur de calumnia ab excipiente.*
7 *Poteſt quis ſuper facto alieno coram ſe habito iurare.*
8 *Neganti non incumbit probatio.*
9 *Sententia lata in cauſa inquiſitionis,uel denũciationis, ſeu exceptionis præiudicat aliis de eodem agere uolentibus.*
10 *Sententia interlocutoria tranſit in rem iudicatam ita, quòd ſuper ea poſtea non auditur.*

CVm dilecti. [Examinatis] licet.n.examinauerint uoluntates aliorum, non tñ propter hoc obligãtur, ut eorum uota ſequanť, ſed liberam habent eligendi poteſtatem, ut ex ſequen.apparet [declarando] idem eſſet, & ſi ſuper hoc non ſententiaſſet, dũmodò præmiſſa ſuper hoc petitione, inquiſitione, & electione,eo non obſtante confirmet, ar.ff.de neg.geſt.
1 Neſenius.§.ſi. ¶†Cõfirmauit] confirmatio electionis tenet, etiam ſi electio ſit nulla, dũmodò fiat ex certa ſcia confirmatoris, & durante uoluntate eligentium: uel ſi ex uoluntate confirmatoris pendet: ſic eſt etiam in confirmatione adoptionis.ff.de adop.adoptio. ſic etiam eſt in tutoribus datis ab his, qui eos dare non poſſunt, uel qui dati ſunt non ſolẽni teſtamẽto, ut no.plenè in ſum. C.de cõfir.tut.ſicut. & ſic etiam dicitur teſtm̃, quod nõ ualet, confirmari in illo teſtõ, quod ualet. & fortè non ſemper ꝓpriè ſumitur uocabulum confirmationis. ꝓpter hoc contingit, ꝙ poſt confirmationem non poteſt
2 dici in forma electionis. ¶†Itẽ confirmatio ſemper fieri debet cum cauſæ cognitione,ſ.ut ſemper inquiratur de forma,& proceſſu electionis,& de perſona electi,infra eo. nihil. & niſi inquiratur non ualet confirmatio, arg.præ.decr. nihil.ff.de tranſa.cum hi.§.ſi ꝓtor,& ff.de rebus eo.magis.§.antepe.24.diſt.c.ſi.61.diſt.eps. nec tamen credimus neceſſariam niſi ſummariam cognitionem,licet ſit nulla confirmatio, tñ quæ dicit,& quæ fecit,quãdiu toleranť, ualent.8.q.4. nõne.ff.de offi.præto. Barbarius,
a quãuis poſſet [a] dici,ꝙ illa l.loquitur,qñ tenet confirmatio. ſed melius facit pro his: quia quæ fiunt à procuratore, tenent.ff.de procur. ſi is. nec poteſt eis agentibus opp. cum non ſint canonicè inſtituti, ut no.infra eodem.nihil. ſed ſatis benè creditur aliis,ꝙ poſsit obiici,ꝙ confirmatio non teneat,arg.de decu.l.ult. alij tamen hoc fatentur. probato tñ in modum exceptionis:ꝙ cum cõfirmatio nulla eſt nõ tenebit, q̃d agit: quia non eſt cõis ignorãtia, licet res inter alios acta
3 non ꝑiudicet. ¶† Sed põt quæri de confirmato

a ¶ *Quamuis poſſet. Sentit hic Inno. quòd Barbarius non fuit prætor, & eſt communis intel.ad dictam l. Barbarius, ut ibi dicunt nouiſſ. in col.4. in fin.allegant iidem Inn.in c.nuper,infra de biga.*

* a ¶ *Adde Bar.in d.l. Barbarius, in repeti. qui tenet eum Inno. hic.*



confirmato cuius electio non tenet, an ſit prælatus huius eccleſiæ? & certè iuriſconſultus interrogatus de iſta qõne non rñdit: ſed dixit, ꝙ ea quæ dicit, & quæ facit, ualent.ff.de officio præto. Barbarius: nobis aũt uidetur,ꝙ ſiue electio non teneat, ſiue confirmatio, non eſt electus prælatus.62.diſt.per totum.1.q.1.ordinationes. ſed in eo ꝙ dicunt,ꝙ quæ dicit,& quæ facit,tolerantur; bene dicunt ꝑ communem ignorantiam, & ꝑ tuitionem confirmationis,ar.ſ.e.tranſmiſſam, & no.ſ.e.nihil. nec ualet,ſi obiiciatur,ſi nõ eſt prælatus,qũo aget, qũo ualebunt,quæ cum eo,qui eſt prælatus,fierent? rñ.benè ex bono & æquo animo propter communem ignorantiam: uel quia poteſtatem adminiſtrandi recipit ex ꝯfirmatione.ſ.e.tranſmiſſam. & uide ſimile: quia ſi ſententietur pro aliquo ſuper aliqua re,quæ non ſit ſua,ſententia non facit eam ſuam.ff.de cond.indeb.Iulianus ff.de rei uen.cum ex diuerſo.ff.ſi ſer.uen.ſicut.§.diſtat. uerſ. ſi quæratur; & tamen rem illam uendicat per Publicianam,nec obſtat ſibi exceptio,ꝙ non ſit dominus.ff.de pu-
4 bli.ſunt & aliæ.§.j.ff.de iureiu.ſed & ſi. ¶†Item uideť ꝙ confirmatio magis ſequatur uim decreti, q̃ confirmationis:q̃a in ea ſummariè proceditur,& ex hoc eſt, ꝙ facilius admittatur ad contradicendum, quia eſt tam contra decre.q̃ ꝯ ſnĩam, ſi quid obreptitium eſt.ff.de re.e.q. ſub tute.l.j.in prin.& l.magis.§.antepen.& hæc et locũ habent,ubi alius eligit,& alius confirmat. quia ſi idem eſt,qui eligit,& confirmat:quia ptãtem miniſtrandi tribuit,& hi magis propriè dicuntur prouiſores, q̃ electores, uel q̃ confirmatores, tunc non eſt neceſſaria:quia nõ eſſe poteſt cãæ cognitio in confirmatione. ſed antequã prouideat,debet diligenter examinare perſonã, de qua prouidere debet.8.q.2.illud dilectiſſimi. Item nõ obſtãte tali confirmatione quilibet admittiť ad dicendum & ꝯ pſonã,& ꝯ formã, ſicut admitteret ante confirmationẽ,ar.ĵ.qui ma.accu.poſ.cũ in tua. ſed licet ſic admittať ad dicẽdũ in perſonã,& in formã: non tñ ꝑ hoc impeditur effectus confirmationis.ĵ.de appe conſtitutis. nobis non placet,quod dictum eſt, ꝙ nõ tenet confirmatio ſine cognitione cãæ,ſicut probatur ex decre.quã pro ſe inducunt.ĵ.e.nihil ubi dicit, ꝙ ſi ſine præmiſſa examinatione confirmauerit, & poſtea inueniatur habere defectum,ꝙ punitur confirmans, & confirmatus deponitur, ex quo apparet, ꝙ confirmatio tenet, ſed reuocatur, ſi malè eſt confirmatus, uel ſi electio eſt minus canoni-
5 ca,& repete,quæ no.ĵ.de dona.cum olim. ¶†Ex aduerſo] non fuit ſublata exceptio doli habiti in electione ꝑ confirmationem: quia tam ꝯ conſecrationem, q̃ confirmationem competit.ĵ.de accu.ſuper his [& ſaniori] q̃d ſi uerum eſt,nulla eſt electio,ut ff.manda.diligẽter [reſeruare] denunciando.ĵ.de appel.cõſtitutis.ĵ.de deſpõ. impu.ad diſſoluendum. in modum.n.exceptionis nõ uř, ꝙ poſſint procedere, niſi à parte electi peterer cõſecratio:tñ põt dici,cum infra modicum & certum tps teneatur petere confirmationem & conſecrationem, ꝙ infra illud tempus, etiam ſi non petat, tñ poteſt agi excipiendo, cũq; dicatur exceptio non ſolum actionis, ſed etiam intentionis eſſe excluſio, & electi confirmati intẽtio eſt uel eſſe debet ꝙ conſecretur. Itẽ hæc exceptio eſt quaſi accuſatio; de hoc no.ĵ.e.dudum.ĵ.de do.& contu.cum
6 dilecti [à contradictoribus] † hic habes, ꝙ in cã ſpirituali iuratur de calũnia ab excipiente. ad idem.ĵ.de reſtit.ſpol.literas.ĵ.de teſtibus præſentium.ĵ.de excep.paſtoralis. ſi hoc eſt ꝑ præſumptionem,quæ eſt cõtra eũ. alias autem dicunt quidam, & non malè, ꝙ in ſpirituali cã & principali niſi ꝑ præſumptionem, quæ eſt ꝯ eum, ut hic, non iuratur de calũnia, infra de iuramen.calum. literas,& decreta. ſequẽ. imò plus facit præſumptio: q̃a qui iurauit ſuper tota lite, ꝑ præſumptionem iurat poſtea ſuper exceptione, in auten.de teſtibus.§.ſi uerò. ſed certè aliqui dicunt, & non malè, quod non eſt merè ſpiritualis cauſa, ubi agitur de teſti.ſpiritualium, ſed etiã popularis. ſi eſſet merè ſpiritualis,tamen crederem iuramentum de ueritate dicenda, non de calũnia præſtã. ĵ.e.dudum, ſed quando iurat de ueritate, debet iurare etiam,ꝙ ſi de credulitate quæretur,ueritatem rñdebit; & ſic ſe habet conſuetudo eccleſiæ Romanæ. alij tñ dicunt, & forte melius,ut no.ĵ.de iuramen.calum.literas: tamen ſi iuretur,propter hoc non debet uitiari proceſſus iudicis, & ſemper raro quærendus eſt de credulita-
7 te. ¶† Iuramenti] iſti non ſunt teſtes in propria cauſa: ſed ſuper facto alieno coram ſe habito iurant; ad idem. C.de fideicom.l.ultima inſtituta de teſtamen.ord.§.legatarius. nam iudici plus, quàm aliis creditur de his, quæ coram eo aguntur, & his plus creditur,qui in toto negocio interfuerunt.C.de adul.adulteriis.ff.de adulte. l.uti. poſſet etiam dici, quod hoc eſt propter defectus probationum; ad idem.C.de hære.l.ult.4.q.3.§. item ſerui [aut duo] ſecus eſſet, ſi unus ſolus eſſet: quia tunc non crederetur ſibi de hoc, ꝙ quilibet nominaretur,niſi alias probaret, ar.ĵ:de proba.quoniam. nec eſt ſimile de tabellione,qui recipit teſtes,qui creditur,quòd uera ſcripſit, niſi contrarium probetur: quia illud eſt propter publicam autoritatem, quam habet,ſicut etiam per
8 prællega.decre.quoniam, probatur. ¶† Sed obiicies, quare magis oneratur ꝯdictor, probatione formæ,ut ĵ. ibi dicit, alioquin, q̃ probatione dicti ſui? Rñ.quia illi, q negat,nõ incumbit probatio.C.de probatio.actor. hic ꝯdictor negat.ſ.ſe conſenſiſſe in archid unde non incumbit ei probatio,ſed in ſequentibus, ubi dicit, ꝙ debet probare formã,plus aſſerebat,q̃ negabat,ſ.talẽ fuiſſe formã,ſ.ꝙ ſingulorum uota debent inquiri.& iõ incũbit probatio ſibi [ſingulares] ſ.eo.bonæ.memo.Magun. [caſſetis],i.nulla pronuncietis.nec mireris,ꝙ ad dictum iſtorum caſſatur electio:quia licet probatum ſit,ꝙ ꝯ formam ſibi datam elegerunt, & iõ tanquam peccatores uidentur à teſtimonio repellendi: non tamen conſtat eos peccaſſe: quia fortè formam ignorabant, uel fortè non ſunt ueræ probationes, licet non fuerunt reprobatæ. Itẽ nec ipſis præiudicat, cum non agatur contra eos; & etiam ſi ſciuiſſent,licet de hoc,ſicut de alio peccato poſſet excipi contra eos,& ſic repellentur a teſtimonio: tamen ſi non exciperetur, bene admittũtur ad ferendum teſtimonium: ſi autem falſum teſtimonium dixiſſent,nõ admitterenť poſtea.ꝯ ĵ de teſ.ſicut.¶Itẽ bene dicimus, ꝙ ſi dicerent iſti electores, nos amore uel precio deceꝑti, uel etiam ignorantia iuris eum ꝯ formã elegimus, non ualeret teſtimonium eorum ad probationem.ĵ.de teſ.ſicut.14 q.3.c.ſi.ſed hoc intelligitur, qñ hoc nõ dicebant.imo ſe ignorãtia,uel alio mõ excuſabãt. ¶Alioquin].i.ſi ꝯdictor probauerit factum cõpromiſſum ſub prædicta forma. nec mireris, ſi ei incumbit probatio: quia,ex quo cõſtat de compromiſſo,preſumitur ritè ꝓceſſiſſe, ff.de proba.ab ea [ad hanc pœnam] quod ſi nõ feciſſet, eſſet pœna in arbitrio iudicis.ĵ.de accu.ſup his ĵ.de off.dele.de cauſis. hic habes, ꝙ clericus obligat ſe. ad amiſſionem præbendæ, argumentũ ꝯ.C.quæ res pig. obli.poſ.ſpẽ. ¶ Item obligat ſe ad pœnam ordinis, uel anathematis.1.q.7.quotiens, de conſecra.diſt.2.ego Berengarius. item obligat ſe ſub alia pœna.23.diſt.quãdã. 25.q.2.quæcũque.ĵ. de arb.cum tempore. de hoc not.ĵ.

9 de offi.dele.P.& G.¶†Iudicata] nota,ꝙ ſententia lata in
cã inquiſitionis,uel denunciationis,uel exceptionis p̃iu
dicat aliis uolentibus agere de eodẽ. hoc idẽ uidemus
circa crimina,& circa populares actiones.j̃.de accuſa.ſu
per his 23.q.4.ſi illic,& ff de popu.acti.l.iij.ff.de procu.
non cogendus.§.qui ita, argumentum.ff.nau.cau.ſta.l.li
cet.§.poſſumus.ar.cõtrà.j̃.de ſen.& re.iu.quãuis.2.q.5.
Mennam,& c.hic habet.j̃.de accu.ueniens & hoc eſt ue-
rum, ꝙ in popularibus actionibus abſolutio facta præiu
dicat oĩbus, niſi in duobus caſibus: puta ſiquis proſe-
quitur ſuam iniuriam, & probat ſe ignoraſſe, qñ primo
agebatur.ff.de ac.ſi cui.§.ſi & cum uult docere de collu-
dio prioris accuſatoris.ff.de præuarica.l.iij.ff.de iure-
iu.cum qui.§.j.imò in oĩbus dicimus, ꝙ ex eadem cã nõ
poteſt quis agere diuerſis actionibus. ad idem,ut not.j̃.
de purga.cano.cum dilectus,& de colu.detegen.c.ſi.me-
lius forſan diceretur,ꝙ ſpãle eſt in ætate,ſuper qua ſñia
lata ius facit quo ad oẽs.ff.de mino & l.de ætate. uel ſi
faciat ius ĩ eius preiudicium, qui dolo adhibito ſe pro-
bauit maiorem, ut interim non decipiantur ꝯhentes cũ
eo.ff.de minori.l.minor: in eius tñ fauorem non facit.
ius, quin non obſtante tali ſñia poſſit excipi de ætate cõ
tra ipſum petẽtem aliam dignitatem.C.ſi minor ſe ma-
io.dixerit.l.ij.uel forſan ſuper dignitate eſt aliud ꝑꝑ
periculum animæ,quod in ipſius detentatione incurrit.
id aũt dicit hæc decre. ſ.ex quo ſñia lata eſt ſuper ætate,
nõ p̃ot de hoc ulterius quæri. & intellige uerum, ubi
ſolẽniter inquiſiuit,& ſñiam tulit precedẽte inquiſitio-
ne. nã ſi non ſolẽniter feciſſet, nec de certo crimine,uel
defectu ſolennitatis,uel perſonæ. ſed in genere tm̃;tunc
nihilominus p̃ot de illis criminibus,uel defectibus per-
ſonæ inquiri,& agi. ſed in defectibus formæ electionis,
cum de his ſemper inquiri debeat ſolẽnius, non poterit
iterum inquiri, niſi ẜm formam,quam no.s̃.eo.ꝙ ſicut,
& melius.j̃.de dolo,cum olim. itẽ non credimus neceſ-
ſe,ꝙ in confirmationibus electorũ ſit ſeruãda forma edi
cti,uel bãni,quam habes.j̃.qui ma.accu.poſ.c.fin.imò di
cimus, quòd non eſt neceſſe prædicta proponi, ſcilicet
ꝙ quicũq; uult aliquid dicere contra confirmationem,
uel electionem, ꝙ uſq; ad certum diem ueniat, & di-
cat: tamen bene confitemur, ꝙ ſi prædictum edictũ fuit
propoſitum, ꝙ ulterius audiri debet, uel non audiri
ẜm tenorem eiuſdem decre. Super hac tamen materia
pro magna parte certa forma tradita eſt.j̃.eod.ſtatui-
10 mus. ¶†Not.ꝙ interlocutoria tranſit in rem iudicatam
ita, ꝙ ſuper ea poſtea non auditur. ſed hoc eſt, qñ diffi-
nitiuè pronuntiatum eſt ſuper principali,ſ.ꝙ electio cõ
firmata fuit, nec fuit appellatum à confirmatione: quia
ſi eſſet appellatum, & proſequeretur cauſam appella-
tionis,bene audiretur ſuper exceptione ætatis, licet ſu-
per ea eſſet pronunciatum, ut not.j̃.de re iud.quod ad
conſul. hic autem non erat appellatum:ſed tanquam cõ
tra confirmatum agebatur de fraude in electione com-
miſſa propter officium iudicis [legitima] 2.q.6.anterio-
rum.j̃.de ſen.&.re iudi.quod ad conſultationem,& cap.
cum inter.j̃.de teſti.ſignificauerunt.

SVMMARIVM.

1 *Inter electores computantur conſentientes.*
2 *Ex ſolis conſenſibus in aliquem uelut in electum directis ſecundum antiqua iura intelligitur facta electio epi, uel prælati.*
3 *Conſenſus non ualet, niſi ſit in certam perſonam, ſicut nec matrimonium.*
4 *In ſpiritualibus uox propria alicui prodeſt.*

CVm in iure [quẽ ex ſe.] Et ſi hoc dictũ nõ eſſet:
poſſunt tñ unũ ex ſeipſis eligere.8.q.1 in ſcriptu
ris.ff.de tu.& cu.ubi abſunt. ſed ſi in unũ colla-
ta eſſet ptãs nõ poſſet ſeipſum eligere.j̃.de inſti.c.ult.j̃.
de iure patrona.ꝑ ueſt ras.24.q.1.didicimus, niſi forte
iuraſſet eligere meliorem, & ipſe talem crederet.ff.de
tu.& cur.da.p̃tor. ſed,ut mihi ṽr,cum de aliis præſume-
re debeat bonum, & in ſe culpas debeat agnoſcere, ubi
non eſt culpa.5.diſt.ad eius.j̃.de præſump.dudum; hic,ſi
talis eſt, potius eſt repellendus, ut phariſæus, q̃ admit-
1 tendus ut Iudæus. ¶† Dũmõ] dicunt quidã,ꝙ conſentiẽ
tes inter electores cõputantur.ff.quod cuiuſq; uniuer.l.
planè, arg.ff.de adop.ſi conſul. ¶ Sed quid ſi ipſe con-
ſenſit in alium, nunquid poſtea poteſt mutare in ſe, uel
potius electioni de ſe factæ conſentire: ar.ꝙ non.s̃.e.cũ
inter canonicos.ff.de reg.iu.nemo uerũtñ credimus,ꝙ ſi
ſua electione,ſ.quam ipſe fecit de alio, deberet ſuccũbe
re electioni de ſe factæ p̃ot,nõ dico mutare,ſed electio-
ni de ſe factæ conſentire: & tñ cõſenſus eius non ſibi,ſed
illi, quem elegit, proderit. Aliud eſt.n.eligere ſe, uel
alium, & electioni de ſe factæ conſentire. & ſi uerò non
deberet ſuccumbere, non haberet mutare, uel ſuæ ele-
ctioni conſentire,ar.s̃ de poſtu.bonæ memoriæ.79.diſt.
ſi duo, & no.de hoc.s̃.e.c.dudum. ¶ Sed obiicit̃, aut hic
conſentit electioni factæ; & hoc non p̃ot eſſe, cũ electio
eius non teneat: quia in eum maior pars non conſenſit,
ſicut continebat lex compromiſſi: aut faciendum, nec
hoc debet fieri.j̃.e.cum poſt petitam. rñ.ꝙ hic conſen-
2 ſit electioni de ſe factæ. † nam ẜm antiqua iura ex ſolis
conſenſibus in aliquem directis uelut in electum intel-
ligitur facta electio epi,uel prælati.s̃.e.cũ inter capitu-
lum; & ẜm moderna iura hoc idẽ hodie obſeruat̃ in mi
noribus dignitatibus,cũ non ſit immutatum.C.de teſta.
ſancimus. Vel dic,ꝙ hic conſenſus tm̃ eſt de electione fa
cta,qui tantũ poſt publicatam electionẽ requirit̃ ab eo,
ſicut ab extraneo,& bñ intelligit̃ ẜm formã cõpromiſſi ĩ
eũ conſentire maior pars,ex quo tres conſentiũt: qa li-
cet non ſit maior numero:qa tñ eſt ſanior:qa eligũt unũ
ex ſeipſis;qđ apparet:qa ẜm ordinẽ ſcripturæ elegerũt,
q erat, ꝙ primò ex ſeipſis eligerẽt, & poſt ex aliis.ff.de
uſufr.quotiens. ¶Sed dices,licet habeat maiorẽ partẽ,
q̃ alius; non tñ habet maiorẽ & ſaniorẽ partẽ de 7.qđ
eſſe debet.j̃.e.eccl̃ia,& c.in Geneſi.rñ.ꝙ eo ipſo ꝙ dixit
ex ſe, uoluit ius elgendi tm̃ reſidere in 6. ſi ex ſe elige-
rent,& ſint pares eligentes, cum electus non poſſit in-
ter electores numerari: quia nec ſe noĩare, nec eligere
p̃ot expreſsè,infra de inſti.c.ul.infra de iure pa.ꝑ ṽras.
nec tacitè, dicendo,ſ.conſentio electioni de me factæ,
uel cõſentio electioni,quã fecerunt tales: qa hoc dete-
rius eſt.ſ.ambitio & fraus, quàm quando expreſsè,ſcili-
cet quando dicit, conſentio in me,ubi eſt tantum ambi-
tio,nec lex dicit,quod ſuum ſuffragium ſibi proſit, ſicut
apparet rectè intelligenti. ¶ Sed quæres, quid ſi alius
præponderat in meritis? reſpondeo præponat electum
ex ſe; quia nõ dicimus ſaniorẽ partẽ niſi in quantũ col-
ligit̃ ex ordine ſcripturæ,cũ compromiſſum ſit diligẽter
ſeruandũ.ff.de arbi.ſi cũ dies.§.planè,q̃uis qdã alij ꝯdi-
cũt, & nõ malè, niſi ubi oĩa paria ſunt ĩ numero & ordi-
ne:qa ambo ex ſe elegerũt:qa tunc ad merita eundũ eſt.
¶†Sed qd,ſi diceret,cõſentio in illũ,ĩ quẽ maior pars cõ
ſenſerit,uel quẽ talis elegerit?dicimus nõ ualere, ꝓ ele
ctione,i.ut ſuffragiũ p̃ſtaret alicui, ar.ff.de procura.l.ij.
qa cõſenſus nõ ualet,niſi ſit ĩ certã ꝑſonã. ſicut nec mr̃i-
moniũ. nec obſtat.s̃.e.in cauſis. ubi dr̃,quod dat alis po-
teſtatẽ eligendi,& ſic in certam perſonam non cõſentit.
Reſpon.



Reſpon.ꝙ in certos electores conſenſit,& in nullos ele-
ctos.¶Item ex quo p̃ſens eſt, nõ debet alij cõmittere ui
ces ſuas.j̃.eo.quia ꝑꝑ,in ſi. ¶Itẽ cõpromiſſarius elegit,
& non cõpromittens.poſſet tñ compromittere, quod il
lum haberet pro prælato,quẽ talis eligeret.s̃.eo.in cãis
& tunc licet hic, quẽ cõpromiſſarij elegerunt, dicatur
electus à capl̃o,q eſt electus à tribus:hoc tñ non eſt: qa
elegerunt ſed ex ui cõpromiſſi,ut hæc,&.s̃.e. in cãis.p̃ot
ẽt aſſenſum electioni faciendũ p̃ſtare.& rñde ad decre.
j̃.eo.cũ poſt petitionẽ,ut ibi ſolui.alij dicunt, ut p̃dictũ
eſt,qđ eius cõſenſus auget numerũ non ſolũ,qñ ꝓcedit̃
ꝑ cõpromiſſum,ſed ẽt ſi ꝑ ſcrutiniũ alij,ꝙ tunc tm̃ au-
get numerũ, qñ ꝓcedit̃ per cõpromiſſum,& nõ per ſcru
tinium.¶Ex prædictis ſatis patet,ꝙ ſi quinq;,uel pluri-
bus,uel paucioribus ſit data ptãs eligendi ſub ea forma,
ꝙ niſi oẽs conſentiant,ꝙ nõ ualeat eorũ nominatio, uel
electio,ꝙ ipſi nullum ex ſe poſſunt eligere:qa ille,q: ab
alijs eligitur,non p̃ot in ſe conſentire,ut prædictum eſt.
4 ¶†De ſe] hic habes expreſsè, ꝙ in ſpũalibus ꝓpria uox
alicui prodeſt,ar.ꝯ.viij.q.j.in ſcripturis,in pe.glo. ſcien
dũ qui ep̃atum,ubi dr̃,ꝙ deſiderantibus eſt denegandũ,
& fugientibus eſt offerendũ.¶So.dic,ꝙ antequã quis eli
gatur,ſi quærat̃ conſenſus eius,debet dicere,nolo,ꝙ me
eligatis,& rogo,dũmõ ſit dignitas honoris,ar.j̃.cũ poſt,
& c.prælle.tñ nõ reprehenderẽ,ſi quis reſponderet,nõ
eſt mei propoſiti dei uocationi contradicere,ar.xix.q.ij
duæ.ſed ex quo electus eſt,ſi petitur,ꝙ cõſentiat, ẽt cũ
uox eius præſtitura ſit ſuffragium,ẽt congruè reſpõde-
tur,uolens nolo,& nolens uolo:ſed ſi aliquãtulũ renita
tur,melius facit.ſed & ſi ſtatim ꝑꝑ deũ, & nõ ambitione
cõſentiat,fortè timens,ne ꝑnicioſus aliqs eligat̃, nõ ma
lefacit, ut hic: & p̃ot dicere,ꝙ neceſſitas charitatis ad
hoc eum cogit.viij.q.j.ſciendũ.ſi aũt cõfirmator,uel cõ
ſecrator q̃rat,uis conſentire electioni de te factę?debet
reſpõdere,nõ eſt; hæc qõ nr̃a,nec p̃ntis tꝑis,cũ electori-
bus hoc quærentibus reſpõderim,ꝙ conſentiebã. Si aũt
q̃rat,uis confirmari,& cõſecrari?Reſpõ.uolo,& peto:qa
non ambit ep̃atum, cũ per mutuũ conſenſum iã ſit ini-
tiatũ mr̃imoniũ,& hoc.ſ.confirmatio,& conſecratio cõ
firmatiua ſunt prioris actus.ſ.electionis.ille aũt,q in di-
ſcordia electus eſt, ſi cõſenſit,prima facie ſatis præſum-
ptuoſus habet̃:uel ad obediẽtiæ meritũ aliqd adijcere
ṽr.unde nulla eſt.viij.q j.ſciendũ.unde huic ſatis de faci
li eſſet dignitas deneganda.viij.q.j.in ſcripturis. & ĩ hoc
caſu melius petit̃ cõfirmatio ꝑ canonicos: tamẽ ſi ueriſi
militer præſumeret̃ de aliquo malo introducendo, uel
alia cã iuſta apparet,quare multum poſſet de ſuo profe
ctu præſumere,poſſet legitimè conſentire, & ẽt ius ſuũ
proſeq,argu.Ieremię exẽplo ſuprà ut in palle. c.ĩ ſcri-
pturis.viij.q.j.in poſtulatione dicimus,ꝙ ante,q̃ poſtu-
letur,debet cõtradicere,ut ſuprà dictum eſt in electio-
ne,ſed ſi canonicè facta eſt poſtulatio, pulchrius eſt, ꝙ
prius oĩum aliorũ requirat̃ cõſenſus.ſed & ſi ipſe primò
conſentiat dicẽdo,cõſentio poſtulationi,ſi placuerit il-
lis,ad quos ꝑtinet admittere poſtulationẽ, ſed ſibi caue
at,ne in mr̃imoniũ cõſentiat,ne nimiæ redargutioni ſu-
biaceret. nam ſolẽnis poſtulatio, licet non in oĩbus, ta-
men in multis formã electionis tenet ſuprà eo.in cãis.

SVMMARIVM.

1 *Quemadmodum in coronatione inquiri poteſt de uita & meritis coronandi,ita etiam contra eum excipi poteſt.*
2 *Imperator ex electione habet ſuam auctoritatem.*
3 *Neceſſaria eſt examinatio in benedictione abbatum.*
4 *Imperij electoribus eligere imperatorem negligentibus, Papa eliget.*
5 *Poteſt quis propria aucto contra illicitum iuramentum uenire, neq; ſolũ in temerarijs,ſed ẽt in illicitis iuramentis licet non ſine aucten.ſuperio.contrauenire, ut in no.6.*

VEnerabilem. [In meſſem.] vi.q.iij.c.j.[altera.]
iij.q.ix.ꝑ totũ[uerũ]reſpõ.Papæ[in Germanos]
in Eropriè.n. dr̃ Cõſtantinopo. Imperator.j̃.de
ma.& obe.ſolitæ [examinãdi].lxxviij. diſ. qd eſt.¶†Co
1 ronamus]ar.ꝙ ſicut p̃ot inqri in coronatione de uita &
meritis coronandi,ita ẽt poſſit excipi ꝯ eũ, ar.j̃. de ap-
pella.ut nr̃m.& eſt rõ qa in unctione & cõſecratione fit
manus impoſitio,q̃ nõ debet fieri ſine inqſitione.ſuprà
eo.cũ nobis,& in coronatione tribuit̃ ꝯfirmatio, ut hic,
& ea ſine examinatione fieri non debet ſupra eo.cũ dile
cti nõ reputamus tamẽ abſonũ,ꝙ aliquorũ electio, qui
hoc habent ex priuilegio,cõfirmet̃ ſine præcedẽte exa-
minatione,ſicut eſt Ciſtercien.& præmõſtraten.nã ſicut
dr̃ in parte dante tutorẽ filio emancipato:qa p̃tor eum
cõfirmat ſine inquiſitione,inſti.de ſatiſ.tu.§.ſed hoc; qđ
fit ꝑꝑ cõfidentiã, quam ius gerit in tutore dato à p̃re;&
idẽ dici p̃ot in aliqbus,ꝙ tãtã fiduciã in his hẽt Papa,ꝙ
eis indulget,ꝙ ſine inquiſitione eorũ electiones confir-
mentur.¶†Credimus tamẽ,ꝙ ſi Imperator coronã in lo
2 co debito recipere nõ poſſit, nihilominus auctoritatem
miniſtrãdi ab archiep̃o Coloniẽ.poſſet recipere:uel ſuã
auctoritatẽ hẽt ex electione.in palij aũt datione nõ cre
dimus neceſſario examinationẽ faciẽdam,nec ꝑꝑ exce-
ptionẽ differẽdũ:quia cõſequit̃ ad priora,& quia ibi nõ
fit manus ĩpoſitio.¶†In benedictio
3 ne aũt abbatũ credimus[a] neceſſa-
riã examinationẽ,cũ fiat manus im
poſitio,& ibi ordinãdi ptãtem ac-
cipiat.j̃.de accu.meminimus lxix.
di.qm̃.j̃.de ſupplen. negli. p̃la.c.j.
Sed licet abbates in benedictione
plenitudinẽ officij recipiant: nõ ta
men per eã intelligitur dari cõfirmatio, uel adminiſtra
tio in tꝑalibus.quod ex eo apparet: quia ante hẽt hoc,
ſicut in archiep̃o uidemus, qui ex confirmatione ptãtẽ
recipit adminiſtrandi:tamẽ dr̃ poſtea in ſuſceptione pal
lij recipere plenitudinẽ põtificalis officij;quod apparet
tm̃ intelligendũ eſſe de ſpiritualibus.melius dicitur, ꝙ
plenitudo officij quandoq; ſumitur ꝓ cõfirmatione.j̃.
eo.nihil.§.ſi ſed aliquãdo aliter,ſicut apparet in archi-
epiſcopis,qui in pallij datione recipiunt plenitudinem
officij;& tamen ante confirmati & adminiſtrant[exami-
natio]in examinatione uenit,an ſit criminoſus, uel etiã
negligens xv.q.vj. item alius. & etiam an ſit canonicè
electus, ut hic[ſacrilegum]cuius familia à ſacramentis
& aliis actibus remouetur.xvij.q.iiij.miror iij.q.4.nul-
li[obiectioni]ab illo loco,uerum,hucuſque eſt interpo
ſitio[approbando]in prædicationibus, & alijs collocu-
tionibus ſuis, & etiam ſuis literis ſuadet [quæ ad fa-
ctum],id eſt ex eo quòd ſit legitimè electus. uel,id eſt
eo quòd alterius electores electoribus alterius eſſent
præferendi. ſed propter demerita ducis bene dicebat
ſuam electionem nullam [denunciatoris] denunciabat
enim principibus & aliis fidelibus, quos uidebat uici-
nos præcipitio, ſcilicet ad iuuandum Phiſi. ducem, &
ad obtinendum imperium, ne iuuarent eum, cum cri-
minoſus eſſet, & tanta dignitate indignus.xxiij. quæſt.
iiij. nimium ſunt inquieti, & c. ſequenti, & ar.l. di.c.
ſi. duo. nam ad hoc tenetur ex officio, ut.xliii.diſtin.

[a] ¶ *Credimus. Adde eundẽ Inno.in c.j.infrà de ſupplen. negli. præla.quæ uidetur tenere contrariũ, quod hic dicit.*

Epheſiis,& 47.diſt.ꝙ ad nos 93.di.diaconi.23.q.5.ani-
ma.& illis,q iuuabant,conſulebant,ꝙ ab eo recederent,
& in hoc peccato nō perſeuerarent.2.q.1.ſi peccauerit.
uel in eo,ꝙ Phi.malum dicebat,exercebat officium ſuū
uel denunciatoris:qa publicè peccauerat. unde publicè
arguebat.45.diſt.ſed illū uel denunciabat ſnīam priua-
tionis Phi. quam Papa fecerat, ut j̃.ſequit̃.de hoc no.j̃.
de app.ſolicitudinem [indignam] notoria enim erant
eius crimina.2.q.1.de manifeſta [& ex eo] hoc.n.ipſo,ꝙ
electores ducis elegerunt notorium excommunicatū,&
alias indignum,& ꝙ alios contempſerunt,deuoluta fuit
poteſtas eligendi ad alios.j̃.e ſcriptum, & c.congrega-
to.s̃.eo.dudum. ubi de hac materia no. [eos] electores.
[contemptus] s̃.e.ꝙ ſicut [regē] qa ſicut Aquiſgrani ꝑ
Colo. archiepm̄ fuit coronatus,ut continet̃ in integra;
& iō cū ſit in poſſeſſione coronam regni habendo, nō eſt
ꝯ ius,ſi eum regem noīat [ꝙ aūt] hucuſq; factū legatū
defendit, ex nunc loquitur de ſuo [admonitionem] ꝙ
ſatisfaciat de iniuriis, & exceſſibus ſuis. [& expectatio-
nem] ad iudicium,ubi de ſuo iure cognoſcetur [alteri]
ſ.iuſtè electo [non alij] .i.illegitimè electo reprobato,
legitimè electū & coronatum pro rege habere & iuua-
re de iure [conuenire] in unam tantū perſonam, ſed in
4 duas.¶†Et defenſore] ff.de ſol.ꝙ ſi forte.ff.de ritu nup
ſi quis tutor,quaſi dicat nō: ſed eis negligentibus elige-
re imperatorem Papa eliget.& ſi plures elegerunt,Pa-
pa de iure cognoſcet īter eos,& diffiniet:& ſi aliqua par
tium erit contumax, nihilominus parte altera abſente
poteſt procedere.j̃.eo.ſtatuimus [tunc demum] ſ.poſt
coronationem.¶Iuſtè] caſſauit.n.Papa,quod factū erat
de Phy.duce:ſed non confirmauit electorem regis O.&
ideo reſeruauit ꝯdictoribus ptātem dicendi in formam
& perſonam, & tunc interim debent eum habere pro
rege propter coronam,quam acceperat à Colon.archi
epō Aquiſgrani. ¶Notoria] Rn̄det tacitæ ob quaſi.d.
quare reprobaſti Phi. uel quare legatus denunciat p̄di
cta nullis probationibus receptis ꝯ eum. & iō dicit, non
reperimus probationes: quia crimina eius ſunt notoria
[ad eius] .ſ.Lotharij, uel Papæ. ¶Adhærere] cum ele-
ctus eſſet à maiori parte,& coronatus, ubi debuit, & à
quo debuit, qui obtinet iura confirmationis, quouſque
reprobatur,& ei debet obedire,ut hic.8.q.ult.nonne. &
hoc eſt quod licitè Papā conſuluit [notoria] nihilomi
nus tn̄ ordinem,qui in notoriis requiritur, obſeruauit
[excommunicatio] hoc eſt notorium iuris,& duo ſequē
tia notoria ſunt facti,quod non poterat inficiatione cel
lari.j̃.de coha.cle.& mulie.ueſtra, ubi not.[progenito-
res] 56.diſt.ſi gens.15.q.7.cum multæ [excommunica-
tis] non ſequitur,ꝙ læſam habeat conſcientiam,niſi for
te petiiſſet ad cautelam, quod hic non dicitur [iur̄m]
quod fecerat nepoti ſuo tanquam imperatori futuro
dum adhuc pater ſuus Henricus uiueret, uel regnaret
[illicitum] propter ſucceſſionem uiuentis. C.de pac.
pactum. ſed hoc nō vr̄ obſtare, cum uoluntas acceſſerit
uiuētis.C.de pac.l.ul.ſed illa loquuntur in hæreditaria
5 ſucceſſione,q̄ non habet locū in imperio. ¶†Venire] ta
li mō, ſicut fecit,ſ.uſurpando regnū. nā alias, cum fue-
rit illicitū,propria autoritate potuit uenire ꝯ.ſ.nō obe
diēdo, ut impatori. nec debuit expectare ſuperioris au
toritatē.ff.de cond.inſti.l.fi.§.ult.quia in eo, quod neceſ
ſariò defendit, nō eſt neceſſaria ſuperioris autoritas.ff.
leg.iij.fideicommiſſa.§.ſiquis illicitè. ſed ſi dubium eſt,
an teneret, debet adiri ſuperior. nos aliter dicimus, ꝙ
ſi iur̄m non poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,
ut ſi iurauit corrumpere ſanctimonialem iugulare pa-
trem,& conſimilia, debet auctoritate propria dimitte-
re, licet debeat pœnitere.22.q.4.c.1.& ſequentibus. ſi
uerò poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternę,ſed alias
eſt temerarium & pernicioſum exemplo, uel periculo-
ſum,quale hoc erat,non debet uenire ꝯ ſine auctoritate
ſuꝑioris,ut j̃.de iureiu.ſi uerò,& c.cū quidam.§.ult.& c.
uerū.& idē,ſi dubiū eſt,ut s̃.dictū eſt. ſi aūt temerarium
tm̄ eſſet,& non pernicioſum exēplo,nec ꝑiculoſum, tūc
illud ſeruari debet.j̃.de iureiu.ſi uerò debi.22.q.4.§.il
licitū,in fi. niſi eſſet metu,uel dolo extortū; quia tūc ſꝑ
talia iur̄a abſoluunt̃.j̃.de iureiu.uerū,& c.cū contingat;
& no.j̃.quod me.cā ad aures.¶†Et not.quòd non ſolum
ī temerariis,ſed in illicitis iuramē
a tis [a] licet ꝯuenire ſine auctoritate
ſuperioris, ſi neceſſitas urgeat, &
nō poſſit haberi ſuperior,à quo pe
tatur abſolutio.11.q.3.anteceſſor;
& idem eſt, ſi fortè magis utilitas,
uel neceſſitas ſpūalis hoc exigat.
[Fiducia] ꝙ non eſt malū,ſi ad hoc
habet bonā intentionē.61.diſt.qd
proderit.8.qō.1.in ſcripturis. uel
dic,ꝙ nullus debet aſpirare, ſed cu
rare debet, ne impedimentū appo-
natur, ꝙ eligi nō poſſit [de domo.
8.q.1.Moyſes [obſtante] 15.qō.6.
alius.j̃.de trāsla.p̄la.quanto:ſubla
to.n.principali & acceſſorium ſu-
blatum.C.de legi.non dubium.

a ¶*Iuramentis.* Hoc di*ctum dicit ſingulare.* Feli.*in c.* 1.*colū.*16. *poſt me ſupra de conſti. & pro hoc addo, quòd facit, quod dicit gl.in c.ego.n de iureiu. de iurante non reuelare ſecreta conſilij : quia poteſt reuelare illicita & illam gl.dicit ſingula* Ro.*in ſuo ſingulari.* 506. *& uide* Felin.*in dicto capitulo ego enim col.pen. & ad* Inno. *hic adde Card.in conſil.*35.*incip.ad dubia ſing.columna* 2.*uerſic.* Ad *ſecundum facilis.*

COram [Omnibus] no.omnes,
q ſunt in prouincia, uocandos
ad electionē.Quod dr̄ de pulſatio-
ne cāpanæ.s̃.e.cū in cauſis, intelli-
ge,ꝙ illud fit ad uocandū præſen-
tes ad capl̄m, non abſentes ad ele-
ctionē.& dicunt quidā hoc tenere,ſi abſentes intra pro-
uinciā non diſtent ultra duas dietas,ar.s̃.de reſcri.non-
nulli. alij dicunt, ꝙ intra prouinciam & extra uocandi
ſunt illi tantum,qui commodè uocari poſſunt.s̃.ꝙ ſicut
& hoc intelligo,ubi non eſt certa conſuetudo. cōſuetu-
dinem aūt in electionibus præualere dicerem,ar.12.di.
nos conſuetudinem, & s̃.de conſue.cum dilectus.j̃.de
cauſa poſ.cum eccleſia, & melius.j̃.e.in Geneſi.

SVMMARIVM.

1 *In cauſis electionis non eſt locus feriis.*
2 *Caſſatur electio, ſuper quat ractatum habuerunt electores.*
3 *Electionis tractatus non inuenitur prohibitus ante ſepulturam.*
4 *Quæ requirantur ad hoc, ut dicatur tractatus.*
5 *Non eſt illicitum poſt mortem prælati communiter tractare de ſucceſſoris electione.*
6 *Voces eorum, qui conſpiratam perſonam nominauerunt, non præſtabunt rei ſuffragium.*

BOnæ memoriæ [Cre.]no.qđ ij.ſi die ſtatuto cō
parere nō tenet̃ ꝑꝑ ſolēnitatē, uel aliā cām, tn̄
poſtea competenti tp̄e debet cōparere. uel dic,
1 †ꝙ in cauſis electionū non eſt locus feriis,ut no.j̃.de fer.
c.fin.& 15.q.4.placita tu dic melius, ꝙ iſte H.nec tunc,
nec poſtea fuit arctatus ex citatione facta ante mortē,
ſicut apparet ex fine decre. [archipresbyteri] capitulū
enim reputans.H.contumacem elegerunt archipresby
terum in termino malè aſſignato [irritandam] repete,
quæ dicta ſunt.s̃.e.dudū,& c.ꝙ ſicut. [cōtradictionis].i.
ꝙ non poſſit nec ꝯ perſonam, nec ꝯ formam obiicere,
ſi iterum eligat̃:qa p̄ſumit̃ malo zelo ꝯdicere;& iō non
admittit̃.uel.i.non obſit ei uxor eius,nec alij accreſcit,
ſi capl̄m, uel maior pars capl̄i eum iterū uolūt eligere.
¶In primo] non ꝙ primus ꝯſenſus ſufficiat, q fuit illi-
citus ſed nouus requirit̃ circa eandem ꝑſonam.j̃.de eo,
q dux.in ma.ueniens.63.diſt.quanto.ff.cōia p̄d.receptū.
2 ¶†Caſſauimus] nō ꝙ priuati eſſent electores ipſo iure
poteſtate eligendi:quia nunc diceret̃,irritam ꝓnuncia-
mus:ſed quia tractatū habuerunt in cā, quare caſſatur.
3 ¶†Sepulturę] cū nullum decretū inueniat̃,ubi ꝓhibeat̃
ante ſepulturā tractatus electionis:imò qđ plus eſt,ipſa
electio : qnimò cū ſtatim poſt mortē de iure poſſit fieri
electio, qa morte uiri ſoluta eſt uxor,i.eccl̄ia à lege ui
ri,nubere pōt,cui vult; ergo & eligere epm̄.j̃.de ſecun.
nup.c.pe.& ult.7.q.1.ſicut. Sed ex his,q̄ in decr.dicunt̃,
apparet,ꝙ tractatus,de quo fit hic mētio,nō fuit tm̄ ha
bitus ante ſepulturā,ſed ēt ante mortē;& ſic iudicatum
fuit in eccl̄ia Illerdē.ſ.ꝙ à tp̄e mortis pōt fieri electio.
Itē licet hic cā aſſignet̃ tanq̄ q̄ cooperet̃; tn̄ nō fuit hęc
ſufficiens cā ſnīæ,ſed contēptus canonici ſufficit ad caſ-
ſationem ſnīæ,ſicut aliqn̄ non ſufficiēs poſita ī ſnīa.s̃.e.
auditis.in fi. [de ipſa] .i.archipresbyteri. & hæc in inte
gra cōtinet̃. ¶Tractatum] cōem totius capl̄i, qđ nō li-
cet ſine auctoritate adhuc uiuentis. ipſe.n.pōt uocare
canonicos,& monere ad cōcordiā,& de certa ꝑſona cō-
ſulere.79.diſt. ſi trāſitus.ſed inuicē deliberare,ac cogi-
tare de aliquo bono.q ſuccedat præſenti,cum moriet̃,
nō eſt malū:imò prudentia. ſed ſi & in capl̄o diceret̃ &
cōiter,ſil̄r nō eſſet malū,niſi tractaret̃,ut ſe obligarent
ꝓmiſſione,uel pœna; qđ oīnò eſt illicitū.79.diſt.c.2. &
ſeq.uel niſi aliud faciat, qđ ꝑtineat ad tractatū legiti-
mū, ſicut eſt uocare abſentes. nā credimus, ꝙ ſi ꝑ cōem
tract.capl̄i,uel maioris partis ſit deliberatū de certa ꝑ-
ſona,licet nō ſit firmatū, electio de eo facta poſt mortē
caſſabit̃. ar.hic decr.79.diſt.nullus. ſed ad hoc, ut dicat̃
4 tractatus capl̄i p̄ceſſiſſe,oportet,ꝙ uel totū capl̄m tra-
ctauit,uel maior pars. ¶†Itē ad hoc,ut dicat̃ tractatus,
oportet, ꝙ ibi fuerit diſcuſſio & examinatio ꝑſonæ &
ēt aliorum, q̄ tunc tp̄is in ꝑſona eligenda requirebant̃.
& dicunt qdā,ꝙ ad hoc, ut caſſetur occaſione tractatus
p̄cedētis mortē,oportet,ꝙ interuenerit citatio, ut hic,
uel aliqd aliud,qđ ſit de ſolēnitate electionis, ſicut eſt
facere ſcrutiniū, uel cōpromiſſum,uel aliquid hmōi. &
credunt ēt ſufficere,ſi ob hūc tractatū fiat capl̄m princi
pal̄r,& ibi de certa perſona deliberetur, & firmetur ſal
tēm uerbo,uel dicto. nā ſi ſecundariò,uel incidenter cō
miſceatur hic tractatus & ab oībus,non impediret,quin
poſt mortē eligi poſsit. ¶Item qdam dicunt,ꝙ licet caſ
ſari poſſit electio noīati ante mortē:ſi tn̄ alium eligāt,
non caſſatur: qa non ſunt priuati poteſtate eligendi, ut
hic patet. ¶Alij dicunt,ꝙ oīs electio etiā de alia ꝑſona
facta nō eſt irritanda. & adhuc multum facit: quia ſi ꝑꝑ
perſonam noīatam in tractatu,& non ꝑꝑ paucitatē eli-
gentium eſſet caſſata præſens electio, non tantus fauor
exhiberetur ei in ſecunda electione, ꝙ ſibi ꝯdici nō poſ
ſet.tu dic ꝙ in caſſatione electionis factæ de perſona no
minata non attenditur eius odium:quia forte nihil ſci-
uit de præſenti nominatione : ſed attenditur honeſtas
eccleſiæ, & odium contractantium. & ideo ſtatutum eſt
ꝙ perſona prius nominata non poſſit eligi, ut hic. item
olim ꝓpter ſolēnia exequiarum differebatur tractatus
uſq; ad tertium diem poſt mortem.76.diſt.nullus. ho-
die aūt ſtatim poſt mortem licet.7.qō.1. ſicut alterius.
5 ¶Tractatum] poſt mortem prælati non eſt illicitū tra-
ctare cōiter de electione ſucceſſoris, nec diuiſim, dum-
modo nihil ibi diffiniant. Hæc.n.duo,ſ.deliberare, uel
diffinire, maximè certū fuerūt uel illicita .ſed primū ꝑ
ſe tm̄ non eſt illicitum. & ur̄ diffinitio,ſi quis,cui com-
miſſum eſt,dicit,eligatis talem,uel talem: ſiue dicat oī-
bus ſimul, ſiue ſingul̄r ſingulis : idem ur̄ ſiue vnus ſolus
dicit,ſiue oēs,uel maior pars dicit,bene ſumus oēs con-
cordes,ꝙ talis eligat̃: quia hæc ur̄ diffinitio,uel ordina
tio. ſed ſi aliqs, uel aliqui non ex ꝯdicto, uel mandato
aliorum,nec ordinando aliquē,nec ſuam uoluntatē ex-
primendo,nec ēt alij ſuadēdo dixerint,talis eſſet bonus
ad eligendum,nec crederem pctm̄, quāuis ſit tutius ſile
re.hoc idem etiam ur̄,ſi duo eundo ꝑ uiam ꝓmitterēt,
uel diffinirent,ꝙ aliquem eligerent; ꝙ puniēdi eſſent,
ar.79.diſt.c.j. item caueant iſti ſegregati, uel oēs ſit, ne
ſuper ꝯdicendo alicui malo, uel de ꝓmouendo aliquo
bono faciant aliqua iur̄a, uel ꝓmiſſiones, uel ſubſcri-
ptiones: qa ſi fecerint,punient̃,nec vnquā de facili pote
runt p̄tendere cauſam, quare fecerint.11.q.2.ſi qs cle-
ricorum, & 4.c.p̄cedentib.tn̄ ſi oīnò appareat iuſta cā ī
ꝯrium,ualeret, & non punirētur.16.q.6.ſanè: tn̄ quod
poſtea fiet ab iſtis conſpiratoribus ualet,niſi facerent fa
ctum conſpiratum, puta ſi eligerent ꝑſonam,de qua cō
hoc non ſtatuitur ſine cã, licet ſine
culpa ordinati. cauſa eſt, ut cauti
ſint clerici, à quibus ordinantur,
& in uituperium ordinantium, &
etiam diſpenſatio eſt facilis.

CVm clericis [Diſpẽſari] repe
tẽ, quæ dixi in fi.proxi.decre.

## De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum. Rubr.

VT abbates hoc eſt ho-
die regulare: q̃a bene-
dicũtur.s̃.de ſup.negli.
prę̨la.cap.j.& conferunt
b [b] ordines.69.di.c.1.olim
tamẽ erat ſecus.93.diſt.c.à ſubdia-
co.& hodie ẽt propter neceſſitatẽ
poteſt in minoribus ordinibus aſſu
mi.j̃.e.tuam [Iuſta] s̃.de elec.cum
in cũctis,ꝯ.ibi ſo. [Iuſta] ꝯ.de cle.
ægro.c.j.55.diſt.prę̨cepta.ff.de ſta.
ho.l.qui furere.ff.de poſtu.l.j §.cã.
Sol hoc loquitur, q̃n culpa ſua p̱-
uenit ad caſum, ꝙ promoueri non
põt: uel q̃n ante electionem habe-
bat impedimentum.s̃.de renun.ni
ſi.§.j.& §.perſonæ: ꝯria loquuntur
q̃n ſine culpa ſua, q̃n conſecutus,
uel electionẽ poſt impedimenta.

SVMMARIVM.

1 *Generalis eccleſiarum adminiſtratio committenda eſt tantum clericis.*
2 *Non debet quis ſine titulo ordinari.*

EX ratione [pueris] Sed nũquid habebãt uocẽ
ĩ ele.ar.ꝙ nõ.ff.de decu.ſpurij.§.minores, ar.
C.de fal.mo.in l.j.C.de re mili.l.ult.aliq̃ tñ
dicũt cõſuetudinẽ ſeruandã.& ſi non appareat
cõſuetudo,dicũt eos recipiendos, licet uoces maiorum
credant ſaniores.s̃.de elec.dudum.i.pueri aũt nutriti in
c monaſterio & oblati, & recepti nõ habent uocẽ [c] ante,
q̃ profiteant̃,& anteq̃ cõpleãt tp̃s,quo profiteri poſſunt
j̃ de ſta.mo.ea.quę.§.ſi.item uidetur,ꝙ ep̃s teneatur de
adminiſtratione puerorũ.ff.ad muni. Lucius.§.impera-
tores.ff.de mag.cõ.l.j.in prin.& p̱ totũ. ¶ Cõceſſit] arg.
ꝙ archid.non inſtituunt. ſi.16.q.7.nullus ꝯ.j̃. ¶Eccle-
ſias] .i.perſonatus eccleſiarũ [Tolerari] ff.de iure im-
1 muni.l.ij. ¶†Clericis] no.tm̃ clericis cõmittẽdam gñ a-
lem adminiſtrationẽ eccleſiarũ, ſ.ita ꝙ ſup oẽs domi-
nẽtur. ſpãlem aũt procurationẽ aliquarũ rerũ tp̱alium
poſſunt recipere laici.89.di.indicatum.16.q.7.in noua,
ita ꝙ aliis ſuperioribus & aliis gñalibus procuratori-
bus rñdeant.& iſti ſunt quaſi vicarij aliorũ, & agere poſ
ſunt,& rñdere de his, quæ ſibi cõmittunt̃.j̃.de procu.c.
petitio.[Cõmittas] no.de officio archiepi, qui diſpẽſat
cũ malè inſtitutis à ſuffraganeis.s̃.de tẽp.or.cõſultatio-
ni. & ꝙ ſi inuenit ſuffraganeum circa aliquam rem deli
quiſſe,ꝙ id emendat,& circa illam rẽ ſuam facit ordi-
nationem.9.q.3.cum ſcimus. & hoc iõ,quia ep̃s, q̃ deli-
querat tales inſtituendo, hoc facere non debebat? uel
dic, ꝙ hoc facit legatione Papæ. [Aetatem] de diſpen-
ſatione noſtra, uel potius archiepiſcopi tolerãdo eos.
2 ¶†Eccleſias] beneficium aũt habere poſſunt, & ordina-
ri ſupra ſeptennium.77.diſt.in ſingulis. & ordinari non
debent ſine titulo.70.diſt.c.1.& ratione tituli & ordi-
nis habebunt beneficium, ar.ff.de decur.ſpurij.§.mino-
res,infra de præben.relatum, & c.cum ſecundum [Aeta
tem] 25.ann.s̃.de ele.cum in cunctis.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid ſacer ordo liberet à patria poteſtate, & uide etiam in numero 2.*

INdecorũ.ff.de excu.tu.l.minores.C.de.le.ter.
1 l.ult.ff.de adult.ſic eueniet.¶†Nouerũt] uide-
tur ergo: ꝙ quilibet prælatus, & clericus non
debeat eſſe in poteſtate patris, ar.ff.ad Trebel.nam ꝙ
ad ius,ar.ꝯ ff.de adop.ſi pater,& l.per adop.imò presby
ter in poteſtate patris, eſt C.de epi.aut̃.presbyteros.
1.q.1.pueri, & c.eſtote.ff.de adul.ſic eue.inſti.de adop.
§.ult.aliis uidetur, ꝙ quilibet ſacer ordo liberet à pa-
tria poteſtate. liberat.n.à dñio, quod eſt fortius.54.di.
ſi ſeruus ſciente, & c.ex antiquis, & c.ſe.præterea cum
principatus liberet, ut inſt.qui.mo.ius pa.po.§.filius,
multofortius ſacer ordo.96.diſt.duo.j̃.de ma.& obed.
ſolitæ. de ep̃ali, ꝙ liberet, habes.54.diſt.ſi ſeruus ſcien
2 te.¶†Nobis uidetur,ꝙ prælatura inferior ep̃atu, uel ſa
cer ordo non eximat à patria poteſtate in rebus pater-
nis, & in omnibus ſecularibus, cum in iure cautum non
inueniatur.unde ſi clericus iſte uelit agere de p̃rimonio,
ſeu conueniri, uel ſi uelit adire hæreditatẽ,uel ẽt ſi ſu-
per bñficio ſuo uelit agere,uel cõueniri auctoritate pa-
tris, in cuius poteſtate eſt, aget, ſicut in caſtrenſibus.C.
de bo.quæ liber. non ſolum,uſq; ad mediũ: nos tñ dixi-
mus ꝯrium in beneficio,& in oĩbus ſp̃ũalibus,arg.de re-
ſtit.ſpo.ex parte.90.6.diſt.bñ quidẽ.j̃.de iud.c.cãm. in
liis.n.q̃ rõne ordinis, uel dignitatis agit,nihil ad patrẽ.
ff.ad Trebellia.l.ille, à quo.§.ult.& l.ſeq.in prin.imò
auctoritate p̃lati pupillo dabit̃ curator liti.s̃.c.1.12.q.1
c.1.C.de curat.fu.l.fi.in prin.C.de bo.quæ li.l.fin.§.ſi à
patre. ſi aũt maior eſt,aget ut alius.ff.ad Macc.l.ij.ſi au
tem noĩe eccleſiæ aget, certum eſt,ꝙ non requiretur au
ctoritas patris, ſed prælati.s̃.c.proxi.j̃.de procu.c.1.de
epi.l.omnes §.hic nihilomi.& per prælati ſui auctorita-
tem adminiſtrabit,& eius defectũ ſupplebit, ut hic. & li
cet aut̃.C.de epi.presbyteros,dicat, ꝙ legitimã habebit
pater in bonis; hoc fateor in bonis profanis: in eccle-
ſiaſticis autem nec per ſucceſſionem, nec alio modo cõ-
mertium habebit, cum non poſſit de eis teſtari. ſed om
nia debent eccleſiæ remanere.j̃.de teſta.in officiis, & c.
ad hoc, infra de pecu.cleri.c.j.& 3.12.quæſtio.3.& 4.&
5.per totum, nec alio modo debet diſpenſare res ec-
cleſiæ, niſi in ſuas neceſſitates, & eorum, qui ſeruiunt
ſibi cuilibet tamen inter uiuos donare licet pro remu-
neratione ſeruitij, infra de teſt.relatum, & licet etiam
in pau-

a ¶ *Non eſt neceſſaria. Adde de hoc, & dic ut per eũdem Inno. in cap.j.infra de ſchiſmati.*

b ¶ *Conferunt. Adde quòd communis opi. eſt, quòd ultra lectoratum non poſſit alios ordines conferre, de quo per doc.in c.abbates, uerſ.quæro,infra de priui.ĩ 6. Et uide aliquid per abb.in c.quanto, colum.2.de conſti. & in c.ueniens, col.j.de præſcri. & in cle.attendentes, de ſtatu.mo.in apoſ.*

c ¶ *Non habent uocẽ. Adde gl.in c.ex e.infra de ele.in 6.in uer. ſuffragium, & gl.in c.cum.M.ſupra de cõſti.Bal.Pau.de Ca.et do. Alex.in l.fi.C.de teſt. mili. Bart.in l. Lucius.§ imperator. ff.de iure fiſc. Et car. in cle.j.hoc.eod.tit.in prima oppoſi. & in 7. qõ.5. qui dicit, quòd minor.18. annorum non dat uocem, & Alex.in d.§. Lucius, in addi. ad Bar. & uide eundem Alex.in l.ſpurij.§.j. ff.de decurio.*



in pauperes diſpẽſare.1.q.2.paſtor,& c.clericos.16.q.1.
q̃n [14] ſupra.de elec.cum in cunctis,ꝯ.ſo.ibi ius com-
mune:hic de diſpenſatione.nam infra 14.ann.p̱hibetur
diſpenſatio,quod eſt hic notabile. ſupra autem diſpen-
ſare poteſt,cum non ſit prohibitum.j̃.de ſenten.excom.
nuper. ſed adhuc eſt cõtrà.s̃.c.prox. ubi archiepiſcopus
diſpenſat in decimo, ſed corrigitur per iſtam.

SVMMARIVM.

1 *An poßit aliquis præeſſe diuerſis eccleſiis.*
2 *Recipiens ſecundam eccleſiam caret prima, neque poteſt eligere, quam uelit.*

EAm te [literarum.] non enim ſemper literis
Papæ obediendum eſt: quia decipi põt Papa,
ſupra de reſcrip. ſi q̃n, & c.cum adeò. ſunt.n.
literæ aliquando contra ius, uel publicã uti-
litatem. vnde non ualent.C.ſi contra ius,reſcripta, niſi
ex certa ſcientia facta inde mentione, ꝙ p̱ minus lite-
rato, uel minore ſcriberet.17.q.4.§.qui uerò [Sciẽtia]
1 ſupra de elec.cum in cũctis. ¶†Ex vna] qđ fit per vnio-
nem.j̃.de reli.do. quia monaſterium.ff.ar.fur.ce.l.ſi ge-
mina. Itẽ ſi vna parochialis eccleſia alij ſubſit. licitè.n.
prælatus eſt ambarum; & tñ in ſubiecta erit alius preſ-
byter.item ſi aliqua eccleſia in fundo ſuo conſtruat aliã
eccleſiam,utriuſq; prælatus erit: vicarius tñ ſub præla-
to erit in noua; & ſic põt intelligi,ꝙ ep̃i diſpenſatione
2 aliquis præeſt diuerſis eccleſiis.80.diſt.ſanctorũ. ¶† Ad
vnam] olim itaq; non erat ſtatutum, ꝙ careat prima re
cipiendo ſecundã.ſic.j̃.de præbẽ.referente.ff.de col. &
cor.l.j.C.q̃ mi.po.eis. hodie aũt prima uacat, nec põt
eligere, quam uelit.j̃.de præben. de multa. ¶ Tenues]
10.q.3. vnio.21.q.1. per totum. tertiam cauſam habes,
ſ.raritatem clericorum.21.q.1.c.j. poteſt etiam habere
vnam titulatam,& plures cõmendatas.21.q.1. qui plu-
res: ſed hoc ex diſpenſatione ep̃i.70 diſt. ſanctorum: de
hoc no.s̃.de elec.dudum,& j̃.de accu.ſi conſtiterit.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ honores habere non debent, niſi in ſacris ordinibus conſtituti.*
2 *Per epiſcopi diſpenſationem poteſt quis in minoribus conſtitutus ordinibus eligibilis reddi.*

PRæstereà [licet.] ad perſonatus aũt non haben-
tes curam aĩarum bene eligi poſſunt in minori-
bus ordinibus ꝯſtituti,arg.hic à ꝯrio ſenſu.s̃.de
elec.cum in cunctis.§.inferiora,& j̃.e.tuam.¶Item ſi p̱-
ſonatus nullam habet curam, quare cõpellatur ad ordi
nes? ſed ꝯ.s̃.de elec.dudum Ro. ubi dr̃ ꝙ idem iudiciũ
habendum eſt de beneficiis habẽtibus curam aĩarum, &
de p̱ſonatibus.ſed ibi loquit̃ allegando.uel ibi ſpãl̃r ſta
tutum eſt ę̨quale iudiciũ in diſpẽſatione illa de plura-
litate bñficiorum,q̃ eſt oĩno reſtringẽda. non aũt ſic eſt
in electione, q̃ fit ad hmõi honores,q̃ curam nõ habẽt;
& eſſet inutile habere ſacros ordines.ſed adhuc ur̃ ꝯriũ.
1 60.diſt.innouamus. † ubi dr̃,ꝙ honores eccl̃iæ non de-
bent habere niſi in ſacris ordinibus ꝯſtituti. ſed ibi lo-
quitur tm̃ de honoribus, q̃ habent curã, ſicut ex textu
eiuſdẽ c. & aliis eiuſdem q̃õnis habetur. de ę̨tate autẽ
non inuenitur cautum quãtæ ę̨tatis debet eſſe, q̃ eligit̃
ad dignitatẽ curam animarum non habentem. & ideo
uidetur,ꝙ quilibet, qui ſcit & poteſt regere dignitatem
illam, rectè eligitur; etiam ſi requiratur ætas, ſufficit
a maior 14.annorum.[a] cum exinde
poſſit etiam ſuas facultates mini-
ſtrare, & ceſſet tutor, item poſt
14.ann. poteſt eſſe ordinarius iu-
dex.ff.de iud. cũ prætor. imo etiã
pupillus põt eſſe ĩ dignitate.C.de
mili.l.fi. item etiã in patiente de-
fectum in ætate, & ſcientia uidet̃
ſufficere: quia non eſt ſtatutum ꝯ
2 rium.ff.de p̱ba.ab ea. ¶†Aſſumi]
per ep̃m, à quo poſtulari debet, &
non eſt eligibilis. s̃.de elec. dudũ.
ij.aliq̃ dicunt arg.ꝙ hic dicitur,ꝙ
ep̃s per diſpenſationem ſuam põt
aliquem in minoribus ordinibus
ꝯſtitutum facere eligibilem.alij ꝯ.
¶Breue] .ſ.annum. nam intra an-
num, & dimidiũ ex neceſſitate di-
ſpenſatiue quis poſſit promoueri
ad ſacerdotiũ. 77.diſt. monachus.
dimidium enim ſubtrahimus pro-
pter ordines minores. uel dic in-
tra annum, & dimidium.

a ¶ *Maior 14.ann. Ad de Arch.in c.ſi eo tẽpore, de reſcr. in vj. & adde,quòd Io. An. in c.ex eo.infra de electio.in vj. & in d.c. ſi eo tempore in glo. fin.tenet quòd pupillus poteſt eſſe canonicus: quæ opi.ſeruatur de facto ſecundũ Hẽr.Bohic.in c.ſuper inordinata, infra de præbẽ. Et etiã adde, quòd in dignitatibus ſine cura ſufficiunt 20.anni nec minus, & cum diſpenſatione ordinarij. ita Henri. in d c.ſuper inordinata alleg.text.in c. vnico, infra iſto eod. tit. in vj.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinati an ex aliquo peccato poßint deponi.*
2 *Si quis promoueri nolit, non poteſt excommunicari.*

QVæris à nobis [beneficiis] quę̨ tñ ordines cer
tos non requirunt: quia ſi requirerent, tunc
eis præcisè auferuntur beneficia,& aliis con-
feruntur,ſupra e.c.j. [Salua] 34.diſt.habuiſſe
1 1.q.1.ſacerdotes. ¶†Ordinari] & tñ deponi non debẽt,
ut ſi eſt peccatum occultum, quod diſpenſationem non
requirit:ſed nec tũc deponendi ſunt, ſed ſub intermina
tione diuini iudicij obteſtandi, ut non miniſtrent.s̃.de
tẽp.ord. quæſitum. [Minimè] 24.diſt. ſi qui clerici,pla
cuit, & c.geſta.j. & c.Honoratus, & c.conſuluit. [Con-
trarium] 1.q.6. ſicut 23.q.4.diſplicet.8.q.1. in ſcriptu-
ris [præferantur] in ſtallo,& honore. ¶Vtiles] 74.diſt.
conſuluit. fortè quia ſunt prudentes in temporalibus,
50.diſt. accedens [auferantur] qualiter cogendi ſunt,ſi
neceſſitas,uel utilitas ſit eos promoueri ad ordines uel
2 dignitates,no.74.diſt.in prin. ¶†Auferantur] ſi nolue-
rint promoueri:quia ſi uoluerint p̱moueri, cum crimẽ
ſit occultum,non poterũt eis auferri beneficia. Si quæ-
ras, an poſſint p̱hiberi ab ordinibus. Rñ.ut dixi ſupra
de tẽp.ord.ex tenore.ſuperior aũt,licet dicat ſubditus,
ꝙ læſam habeat conſciam,non debet ei credere,& põt
ordinare eum,uel alij cõmittere ordinandum,j̃.de offi.
deleg.paſtoralis.§.pen.j̃.de ſimo.per tuas. iij. non autẽ
credimus,ꝙ nolens promoueri poſſit excõmunicari, cũ
nemo p̃cisè cogẽdus ſit creſcere 74.diſt. geſta, & c.ubi.
item ſequitur hoc inconueniens. excõmunicatus in ſe
nouit impedimentum irregularitatis, uel aliud, quare
promoueri non põt, & ex alia parte cum per offenſam
manifeſtam inobedientiæ ſit excõmunicatus, nõ eſt ab-
ſoluendus,niſi ſatisfaciat.ſic nunquã abſoluit,j̃.de uer.
ſig.ex parte. item hæc decr.&c. uidetur dicere, ꝙ tm̃
per ſubtractionem beneficiorum cogendus ſit.73.diſt.
cap.j.ij.& ult. ſed contrà.100.diſtinctione. cap.j. ut ibi.
¶Compellas] hic colligitur differentia inter hunc ca-
ſum,ſiue hanc pœnam, & ſuperiorem: quia hic cogitur
per ſubtractionem promoueri, cum nõ dixerit ſe cri-

pꝛimoſum. ſuperior non cogitur promoueri, licet aufe-
rat ei beneficium. ¶Per amiſſionem] ad tempus.in hoc
enim caſu non ex toto auferuntur ſibi locus, & benefi-
cium, & aliis conferuntur : ſed tantum ad tempus,quo-
uſque ordines recipiat ; & hoc innuit uerbum , cõpel-
las. ſi enim auferantur ſibi ex toto, non cõpellerentur
ulterius ꝓmoueri. in ſuperiore auté caſu ſibi perpetuo
auferetur beneficium ſtatim,cum promoueri recuſat.

AD aures noſtras [putabas.] nam ſi in ueritate eſ-
ſes peritus , ita munitus eſſes prudentum regulis,
ꝙ in ſingulis ęgritudinibus præterita, præſentia, & fu-
tura cognoſceres, ut dixit Hipo. [Remordet] ꝙ impe-
ritè egeris : alias euentus mortalitatis non imputatur
medico.ff.de offi.præſi. illicitas.§.ſicuti ff.ad l.Aquill.
qua actione §.ult.ff.de uar.& extraor.cog.ſi medic. uel
etiam ſi remordet conſcientia, ꝙ egeris negligenter.ff.
mand.ſi fideiuſſor. de hoc no.j de homi.tua.

SVMMARIVM.

1 *An ſemel ſuſpenſus intelligatur perpetuò ſuſpenſus.*
2 *Si per annum quis in excõmunicatione, uel interdicto perman*
*ſerit, ſpoliari debet omnibus beneficiis.*

1 CVm bonæ [ſuſpenſionis.] † Ab officio & bene-
ficio ſi quis ſuſpenditur ſimpliciter , non addi-
to, perpetuò, tamen perpetuò intelligitur ſu-
ſpenſus, ſi ſit cum cauſæ cognitione, ſcilicet ſentẽtian-
do & diffinitiuè. ſi proceſſum eſt criminaliter agendo,
uel inquirendo, uel alias criminaliter agendo de cri-
mine. arg.infra de actio.inquiſitionis,& tũc ſtatim poſ-
ſunt eius beneficia conferri aliis , cum ſit dãnatus per
ſententiam,ut not.infra de conceſſ.præben.literas.ſi nõ
ſententiando diffinitiuè, ſed interloquendo,ut cum ad
hoc non ageretur, ſuſpenſus ſit aliquis ſimpliciter, nõ
intelligo eum ſuſpenſum perpetuò, ſupra de conſtit. ex
literis. ſed ſi eſſet temporalis iudex,& nõ expreſſit cau-
ſam ſuſpenſionis, qui ſuſpendit, intelligatur ſuſpendiſ-
ſe toto tẽpore ſuæ adminiſtrationis,ff.de pe.l.ult. hoc
non credo : imò ſemper erit ſuſpenſus, quouſque abſol
uat̃, ne rũpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. 23.q.6.
excõmunicatorum,ſupra de conſuetu.cum inter uos. ſi
uerò expreſſit offenſam,uel euidenter apparet,uel pro-
pter cõtumaciam ſuſpendit, q̃ forte pendente lite con-
tingunt, intelligitur ſuſpendiſſe, quouſque ſatisfaciat
de contumacia, uel offenſa, pro qua ſuſpẽſus eſt. 2.q.5.
presbyter.81.diſtin. ſi qui ſunt. & idem intelligimus in
ſtatutis factis. ſic ſupra, ut ſi aliquis in aliquo negotio
fuerit inobediens, ꝙ ſit ſuſpenſus, ſupra de conſtitu. ex
literis, ubi no.& horum beneficia nõ debent aliis con-
ferri, niſi primò ab eis ſententialiter remoueantur. &
idem etiam intelligimus, ſi ſint excõmunicati. nam per
ſuſpenſiones temporales, uel excõmunicationes nõ in-
telliguntur priuari eccleſiis, niſi ſuper eis feratur ſen-
tentia, ut no.glo.omnibus. ubi autem,ſ.ad tempus ſu-
ſpenditur, ſtatim finito tẽpore re-
dit ad eccleſiam,& ceſſat ſuſpẽſio,
a ff.de poſtu. puto. ſecus eſt, [a] ſi ſit
ſuſpenſus, quouſq; ſatisfaciat: qa
tunc neceſſaria eſt ſpecialis abſo-
lutio etiam poſt ſatisfactionem.
2.quæſt. 5.presbyter. Ratio aũt di
uerſitatis ea eſſe poteſt : quia cum
certum tẽpus habet ſuſpenſio, nec
aliud exigitur, nulla poteſt eſſe dubitatio de eius abſo-
lutione. ſed qñ dicitur,quouſq; ſatisfaciat, multæ poſ-
ſent eſſe dubitationes : quia vnus diceret plenè ſatisfa-
2 ctum ,& alter negaret: alij contradicunt. ¶†Habuerãt.]
omnibus enim beneficiis tam habitis ante excõmunica-
tionem, q̃ poſtea acquiſitis debet ſpoliari per ſententiã,
ſi ꝑ annum in excõmunicatione, uel interdicto perman
ſerit. & ſic intelligimus hoc. & 11.q.3.rurſus. per quod
c.mitigatus eſt rigor capituli, ꝙ præcedit in ead.quæſt.
ſi quis presbyter. ubi dicitur, ꝙ ſtatim poſt excõicatio-
nem locũ amittit, niſi ſtatim docuerit de iniuſtitia ſen-
tentiæ, & poſt talem ſententiam latam poſt annum ſu-
per amiſsione beneficiorum nõ audietur ulterius ſuper
eis,ut in d.c.rurſus. ſed tantum ſuper crimine, pro quo
hi fuerint excõmunicati audientur.C.de requir.re.l.ij.
& poſſet etiam dici , ꝙ ſolus lapſus anni ſine ſententia
amotionis à beneficiis ſufficit, ut ulterius non audiatur
ſuper beneficiis ; & ita uidetur loqui.c.rurſus. quæ aũt
dicuntur in excõmunicatione, eadẽ intelligo in ſuſpen-
ſione,arg.hic, & licet hic dicatur de triẽnio,idem eſt in
anno, infra de cleri.non reſid.ex tuæ, contrà, ſ.ubi non
expectatur niſi per ſex mẽſes. ſed ita in alio caſu loqui-
tur,ſcilicet qñ latitans poſsit ſpoliari eccleſia etiam ſi-
ne delicto. hic autem loquitur in præſente excõmuni-
cato. [Poſtmodum] hic habes, ꝙ ſuſpenſi eligi nõ poſ-
ſunt; de hoc no.ſupra de conſuetu. cum dilectus.

*a ¶ Secus eſt. Imo. in cap. ex literis prout ibi, in viij.col. refert Feli. ſupra de conſti. ſequitur hoc dictum Innoc. hic.*

A Multis [decreuit] 60.diſt.nullus in epiſcopũ. [ha-
buiſſe] ſupple ſacros. nam primitiua eccleſia ſub-
diac.habuit 21.diſt.1. & 35.diſt. c.j. [in quibus] uerba
Innoc.ſunt [Vrbanus] 32.diſt. erubeſcant. [& iterum]
32.diſt.nemo. [Synodo] 32.diſt.ſi quis eorũ [ſtatuiſſe]
31.diſt. ante 28.diſt.nullum.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid precibus ordinatus dici poſsit ſimoniacus.*
2 *Munus interuenire debet ad hoc, ut dicatur quis ſimoniacus.*
3 *An adulationem faciens dicatur ſimoniam committere.*
4 *Abbatis nomen magis eſt ſolicitudinis, quàm ordinis, uel ho-*
*noris.*

TVam in domino [reſpectu.] 1.q.1. quibuſdã
1 laici fortè habebant. [Laici] † dicunt quidã
indiſtinctè, ꝙ ſi quis precibus ordinet̃, ꝙ ſimo
nia cõmittitur ; & inducunt pro ſe arg.1.q.1.
ordinationes.7.q.1 .in ſcripturis,j.de iure patr. ꝑ tuas.
ſed certè non ſunt illa uiolenta arg. quidam tñ hoc cõ-
cedunt, ſi eſt indignus : ſed ſi eſt dignus, licitè porrigit
preces ſuperiori pro ſe.1.q.1.§.nũc itaque. & etiam ca-
nonicis,ut expreſsè habes,infra de ſimo.tua. nõne lici-
tum eſt cuiquam deſiderare ꝓ Deo rogare, ut ſorti do
minicæ aſcribatur, ut ſacramẽta ſibi liceat in ſacerdo-
tali ordine miniſtrare? ꝑterea Papa ad multorum peti-
tiones petentibus ꝯfert beneficia,ſupra de reſcr captũ,
& ſeq. ſi quis aũt rogat electores, ut eligatur ad curam
aĩarum,uel in p̃latum tanq̃ ambitioſus honoris,illicite
ſunt p̃ces. 1.q.1.nullus itaque, & q.6.ſicut.C.de epiſ.&
cle.ſi quenquã.ſi aũt p̃cibus alienis ordinetur,uel ꝓmo
ueatur qs,& ſunt p̃ces carnales,& ꝓ indigno,ſimonia cõ
mittitur. 1.q.1.de ordinationib.& c.ſunt nõnulli.ſi uerò
ſunt pro digno,licet ſint carnales, dũmodo non habeãt
reſpectum ad preces,ſed ad meritum eligendi,uel pro-
mouendi,uel ordinãdi,non cõmittitur ſymonia,ut hic.
1.q.1.quibuſdã. ſi autem ſunt ſpirituales,iuſtæ ſunt pre
ces, & non cõmittitur ſymonia. 1.q.1. latorem. ¶ Forte
melius dici poſſet, ꝙ licet quis ſiue ꝓ ſe, ſiue ꝓ alio ro-
get ſiue electores, ſiue quoſcũq; alios etiam ꝓ indigno,
ſiue



ſiue pro dignitate, ſiue ꝓ bñficio, non dr̃ hẽre bñficium
ſimoniacum,licet peccet iniuſtas p̃ces fundendo,niſi fa-
ceret intendens obligari collatori bñficij ex p̃cibus,uel
exonerare illũ,quẽ rogat ab aliquo ſeruitio, quod ei fe
cerat,ꝑ exauditionẽ præcum.¶Idẽ.n.reputo remittere,
quod dare;& bñ eſt remittere , cũ remittit obligationẽ
naturalẽ,quæ eſt ad antidora,[a] ar.
ff.d.calũ.l.ij.in prin.& l.iij.in prin.
ff.de peti.hære.ſed ſi.§. cõſuluit.j.
2 q.j.ſiquis neq;.¶†Et põt ea eſſe rõ,
qa ad hoc , ꝙ ſit ſimonia, oportet
munus interuenire.j.q.j. ſunt non
nulli.hæ aũt p̃ces non pro munere
dantur,ut diximus: quia ſi pro mu
nere darent̃,& offerrent̃ , tunc ſe-
cus eſſet.ſed pro cõſilio,licet ſępè
inhoneſto,qñ a ſe porrigunt̃, & ẽt
ab alijs aliqñ,ſed tñ nõ ſem ꝑ, pu-
ta ſi ſolũ Deũ in ſua promotione
attendit,& non potentiã,uel diui-
tias ſeculares,ar.viij.q.c. qui ep̃a-
tum. ſed tñ licet ipſe ſimoniacus
ſit,q ita male rogat.j.de ſimo.tua
nõ tñ ille,qui rogatur,eſt ſimonia
cus,niſi dans bñficiũ,uel dignitatẽ
preces ſecutus ꝑꝑ preces dederit ,ut hic colligitur à cõ
trario ſenſu:imò & ſi preces pro indigno ſecutus eſſet,
non tñ renunciare tenetur niſi forte expreſſiſſet,ꝙ ꝑꝑ p̃
ces facit.j.de ſimo.c.ult.Et idẽ eſt,ẽt ſi pecuniam daret,
ar.eiuſdem decre.ſed quid ſi dedit alij,uel preces por-
rexit alij ex pacto,ſ.ꝙ ꝑꝑ datã pecuniã,uel preces por-
rectas det operã,ꝙ habeat bñficium?Rñ.idem, ac ſi de-
diſſet collatori bñficij.j.q.v.præſentium. nec diſtinguo,
3 utrum fiant preces pro digno,uel pro indigno. ¶†Item
carnaliter,an ſpiritualiter fiant,cũ hoc ipſo ſit ĩdignus,
& hoc ipſo ſint preces carnales , ꝙ ex pacto ꝑꝑ preces
uult habere bñficium.ſi aũt faciat adulationem, ut bñfi
cium habeat,põt dici munus ab obſequio, & reputãdus
eſt ſimoniacus ſm̃ p̃dictam diſtinctionẽ.j.q j.ordinatio-
nes &.iiij.c.ſequen.tamen non tenetur illud bñficium re
4 ſignare,ar.j.de ſimo.c.ſi.¶†Non aſcendat]forte erat ir-
regularis,qui tamen põt eſſe abbas,ar.l.di. accedens , &
non ſacerdos,ut ibidem,ar.C.de his qui imple.ſti.l.j.li.
xi. abbas enim potius eſt nomen ſollicitudinis,quàm or
dinis,uel honoris.xviij.q.ij.hoc tantum.

*a ¶ Ad antidora. Et ſic habes hic, quòd ſimonia eſt deducere ĩ pactum obligationẽ ad antidora. Adde Hoſt.in ſum. de uſu. §.quæ pœna uer.ſi tibi, & B. Tho.ſecunda ſecundæ.q.xxviij ar.ij.in reſpõſione ad ſecundum argumen. Et plures concordantes ad hoc allegat Fel.in c. ad audientiam.ij.col.vij.uerſi. fallit ſecundo ſupra de reſcrip.*

SVMMARIVM.

1 *Nunquid pſalmiſtatus ſit ordo, & ad quem ſpectet hunc con-*
*ferre.*

CVm contingat[ſtatutum]lxviij.di.qm̃ [Impoſi-
tio]quæ idem eſt,quod bñdictio.i.q.i.manus;de
1 hoc no.ſ.de ſup.negli.præla.c.j. ¶†Ordo] q ap-
pellat̃ pſalmiſtatus;& ſic apparet pſalmiſtatum eſſe or-
dinem.xxiij.dĩ.pſalmiſta.ar.ꝯ.xciii.di.ſubdia.lxxvij. di.
illud.& hunc ordinẽ cõfert quilibet ſacerdos.xxiiii. di.
pſalmiſta argu.ꝯ quia nõ debet ordinari ſine titulo.lxx.
diſt.c.i.& titulum cõferre non põt.xvi.q.vij.nullus oĩno.
Sed rñdeo illud capitulũ dicere, ꝙ nõ põt ſacerdos da-
re præbendas de nouo in locis,ubi dare, non conſueue-
runt.ſ.ꝙ ubicunq; ſit,habeat eas ẽt non reſidens in ec-
cleſia ſine licentia epi;ſed in bñficium,quaſi unde uiuat
dare põt.uel dic ꝙ illud.c.eſt locale,uel loquitur de p̃-
bendis habentibus curam animarum,uel dic, ꝙ licet ſa
cerdos non haberet bñficia,quæ conferat ordinato, ha-
bet tñ ptãtem conferendi pſalmiſtatum uel ad ſuum pa
trimoniũ.j.de præben.tuis:uel ſi ab alio ſibi conferatur
bñficiũ.de hoc tñ ordine credimus,ꝙ ſi omittatur,& cõ
feratur uel lectoratus,uel hoſtiariatus,ꝙ non eſt repe-
tendũ:ſed ſi aliquis aliorũ ordinum omittatur, recipien
dus eſt.¶Ratio diuerſitatis eſt:quia in hoc ordine nullũ
officium ſpeciale cõceditur:ſed in alijs ſic, & recipiẽdo
quẽlibet aliorum ordinum uidetur recepiſſe ptãtem fa
ciendi omnia,quæ ad hunc ordinem pertinent imò ali-
qui dixerunt,quod iſte ordo abiit in deſuetudinem:ſed
nos hoc non credimus.

SVMMARIVM.

1 *Monachus,qui non petita licentia ad aliud tranſiuit monaſte-*
*rium,debet ad id reuerti,ſi monaſterium eum petierit. quan*
*do autem non teneatur reuerti,habes in no.2.*

INtelleximus [ad monaſterium] ordinis S. Be-
1 nedicti[Canone]xix.q.iii.mandamus.¶†Reuer
tatur] ſi monaſteriũ eũ petierit.vii.q.i. nõ opor
tet.ipſe tñ repetere nõ põt:uel de nouo ſpoliãdus eſt,ar
gu.ſ.de renun.ꝙ in dubiis.nõ.n.melioris cõditionis de-
bet eſſe delinquens,quã nõ delinquens[Cucullam]ſi tñ
erat monachus,arg.xciii.diſt.p̃cipimus.xxxiii.q.v. quod
2 Deo.¶†Exercere] .j.de regula.licet ꝯ.So.illud intelligi
gitur,cũ licẽtia petita tranſiuit,& iõ redire non põt ad
canoniã priorẽ.hic cũ licẽtia nõ petita. ſed ꝯ.j. de regu.
ſanè.ubi dr̃,ꝙ ſi locus,ad quẽ trãſiuit, eſt arctior, ꝙ ibi
manere põt.ſed ibi fuit ꝑmiſſio,ſiue diſpẽſatio. uel hic
ſtrictioris uitæ erant canonici regulares, quã monaſte-
riũ monachorũ,ar.j.de reg.ſanè.Sed oppones, ſi licẽtia
nõ petita hic tranſiuit, ergo fuit apoſtata,& ſic non de-
bet promoueri.iii.q.iiii.beatus. Rñ. licet fuerit apoſta-
ta : nõ tñ impedit̃ eius ꝓmotio poſt ſñiam ſuprà de tẽp.
or.c.ul.& no.eo.ti.ex tenore, niſi ordinẽ in apoſtaſia ſu-
ſcepiſſet.j.de apo.c.ulti.dic ꝙ licite trãſiuit, & licitè re
diit:qa ſi nõ inuenit religionẽ,q̃ ibi credebat̃.uel dic,ꝙ
ſi tranſiſſet ẽt ad minorem religionẽ,nõ eſt tñ apoſtata:
qa in nullo uenit contra ea,quæ ſunt de ſubſtantia ordi
nis,cum ſemper in alicuius obedientia fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Qui ordinauit aliquem,non poteſt poſtea ei irregularitatẽ ali-*
*quam,uel crimen aliquod obijcere,niſi ex cauſa ſuperueniẽte*
2 *Epiſcopus licet de crimine excipere non poſſit,iudex tamẽ de ſuo*
*officio inquirere poterit.*
3 *Succeſſor non tenetur de delicto,ſed de facto defuncti.*

ACcepimus [te infeſtanter] Supple & cõquerẽte
de nobis,ꝙ ſuꝑ eorum ꝓuiſione tibi ſcribimus,
cũ ſint indigni. & his Papa rñdet[Ac iõ]ſed ſi
hanc diligẽtiã omiſeris,ſed qa hãc diligẽtiã hẽre nolui
ſti:& iõ tibi eſt ĩputandũ,ut de cætero ꝯ eũ nõ audiaris.
1 ¶†Contra illos]petentes bñficiũ.nã cum ſint connexa &
ordo,& titulus,ut.lxx.di.c.j.uno dato , reliquũ dare te-
net̃.j.de p̃ben.cum ſm̃ & ideò de mero iure non debet
contra eum admitti exceptio ordinatoris de crimine ad
idem.iiii.q iii.ſi quis teſtibus,niſi deliquerit,ut hæc uel
niſi de nouo ad eius noticiã ꝑueniret,& ſuꝑ hoc fidẽ fa-
ciat.j.de exce.paſtoralis.ſed certè nec de eo, quod poſt
ad eius noticiã ꝑuenit,põt excipere,tunc.ſ.cũ teneretur
examinare,examinationẽ.nõ fecit:qa tũc nõ prodeſt ei

ignorantia, ar. op. de clandeſti. deſpon. cum inhibito. §. ſi quis. nec litera iſta dicit, ꝙ audiatur ordinator de crimine ordinati, licet dicat Papa ꝙ faciat eũ examinari, & qui alios p̃ter ordinatorem audit; poteſt tñ uerius dici de æquitate, ꝙ exceptio crĩs ſiue p̃cedentis, ſiue cõſequentis ordinationem ſemp habet locũ: qa bñficia non debent ꝯferri niſi dignis. ſ̃. de reſcr. cum adeò. ĩ. de præſum. dudũ. ipſe tñ, q talem ordinauit, puniendus eſt. ĩ. c. ꝓxi. ſed ſi obiiceret illiteratura, uel irregularitas, ſiue p̃cedens ordinem, dum tñ non eſſet in culpa, ſiue ſequẽs, nõ auditur, qn teneatur ſibi dare neceſſaria. ſ̃. de tẽp. or. uel non eſt cõpos. 24. diſt. ſi qs. & facile talis diſpenſationem habet. ĩ. de fil. p̃sb. ueniens, ꝓpoſuit. ſi aũt à p̃deceſſore eius eſſet ordinatus, non idoneitatis de mero iure admittiẽ exceptio. Sed hæc litera ꝯ̃dicit. ſed expone, non poteris p̃textu exceptionis, qñ tu ordinaſti. uel dic ſpãle in hoc caſu, ut ſucceſſor teneaẽ, niſi alius p̃ſentauerit: qa tunc habet exceptionem, ꝙ p̃ſentator primò cogaẽ in neceſſariis ꝓuidere, ĩ. de p̃ben. cum ſcd̃m. & ſi p̃ſentator non poſſet ꝓuidere, nec in menſa habere ordinatum, tenebitur eṗs, cũ in culpa fuerit aliquem ordinando ſine titulo. 70. diſt. c. j. uel niſi alius ſit, ſicut arch. ad quẽ ſpectat de officio. ĩ. de offi. archid. ad hoc ipſum examinauerit & ordinãdum præſentauerit: tunc aũt, qa iuſte potuit ignorare, põt excipere de idoneitate. & in his caſibus intelligiẽ finis huius decr. & ĩ. de p̃ben. cum ſcd̃m. ubi dr̃, ꝙ põt excipere de idoneitate, & archid. examinator puniẽ, & forte in ꝓuiſione ordinati. 24. diſt. qñ de examinatione tñ dic, ut no. ĩ. c. ꝓxi. de quãtitate
2 aũt & qualitate beneficij ſemper põt excipere. ¶†Eſt tñ dignum no. ꝙ licet eṗs non poſſit de crimine excipere: iudex tñ de ſuo officio inquiret. vnde habes, ꝙ hic Papa mandat tales examinari, ut hic, & ĩ. de p̃b cum ſcd̃m, ar. 2. q. 7. quærendum. ff. de poſtul. quos ꝓhibet, de app. ꝯſtitutis. ff. de adul. l. j. §. ſi publico. de peti. hære. l. ult. ſi aũt alius eṗs mandet alij, ꝙ ordinet, tunc & ſi mandans non eſſet ſufficiens: tñ ordinator ad ꝓuidendum ordi-
3 nato non tenetur. 9. q. 3. epiſcopum. †Prædeceſſoribus] no. ſucceſſorem teneri nõ dico de delicto, [a] ſed de facto defuncti. de hoc no. ĩ. de p̃ben. cum ſecũdũ. Reputare] 23. diſt. diaco. 8 q. 2. dilectiſſimi. ĩ. de cler. cõiu. diuerſis, ĩ. de accuſ. nulli, ĩ. de ſent. excõ. in præſentia, ff. de lib. cau. ſiqs ſciens. 74. diſt. c. geſta. [Prouidere] ubi tñ prouiſio ad eṗm pertinet, ar. ĩ. de offi. ord. licet in corrigendis, & ſupra de reſcript. Abbatem.

a ¶ *De delicto. Intellige proprio ipſius p̃lati: ſecus, ſi ad eccleſiam lucrum peruenisſet, ita Bar. in l. j. colum. ij. uerſ. quæro, utrum detur, ff. de priui deli. & in l. qui opus, & ibi docto. ff. de noui oper. nun. & Anto. de Butr. in c. j. §. quibuſ. ĩ. de priuil.*

SVMMARIVM.

1 *Non excuſatur epiſcopus propter examinationem Archidiaconi, cum prælatus non debeat ignorare uictum ſubditi ſui.*
2 *Eo ipſo quòd ordinatus apparet indignus, & ordinãs ſimiliter.*

1 Cvm ſit ars artium [inſtruant.] ¶ †Nota quòd non loquitur de examinatione, quæ quandoq; ſpectat ad archidia. infra de offi. archid. ad hoc. ſed de quadam inſtructione ſacerdotum tantum, quam neceſſe habeat epiſcopus facere. & ex hoc ſatis colligitur, quòd propter examinationem archidia. non excuſatur epiſcopus, cum & ipſi inſtruendo cognoſcere poſſunt, an ſint digni; quamuis poſſet dici hoc locum habere, quando non eſt archid. qui examinet, & eſt not. ꝙ ubi non ex officio, ſed de ſpeciali mandato aliquis examinat, non tenetur prouidere examinator, ſed mandãs: ſecus, ſi ex officio examinaret, ut no. ſupra proxi. c. Reſpon. melius dicitur, ꝙ hæc diſtinctio non habet locum quo ad ꝓuiſionem eccleſiæ: quia à neutro debet ei ꝓuideri, niſi ſit dignus ſupra cap. proximo. ſed habet locum quo ad pœnam ordinantis, & examinantis, & pro-
2 uiſionem neceſſariorum, ut hic. ¶†Ordinatos] ex mala ordinatione indignus apparet ordinator. 81. diſtin. tantis, argum. infra de re. iur. quamuis. C. de reſcind. uend. quiſquis. & intellige hoc, quando per ſeipſum examinauit. ſi enim per alios, ipſi tantum punientur. 24. diſt. quando, niſi ſit ei imputandum, quòd malos ad hoc officium deſtinauit, ff. nau. ca. ſta. l. ulti. §. hac, & §. ſequen. quod melius dicetur.

QVamuis multa [tolerare.] ſubſtantia enim ſacerdotij & ſaltẽ in epiſcopis, eſt diuinitus tradita eloquia, & diuinarum ſcripturarum doctrina. 28. diſtinc. omnes pſallentes.

SVMMARIVM.

1 *Vnctio ſacra quam habeat ſignificationem.*
2 *Per baculum, quo utuntur Epiſcopi, quæ deſignantur.*

## De ſacra vnctione. Rubr.

CVm ueniſſet [apud uos] Græcos. ſcribentium Patriarchæ Conſtantinopoli. Latino: ſed proximus ante eum fuerat ibi Patriarcha Græcus, à quo iſte epiſcopus erat conſecratus [Suppleri.] 1. q. 1. §. ecce [Cor,] ideſt anima, quæ hic ideò dicitur cor: quia in anima nõ fructificat vnctio, ubi de corde & uoluntate non procedat. [Infirmatur] 115. diſt. §. ſed iſtud [Fidei,] ideſt fideles presbyteri. uel, ideſt ſecundum fidẽ ſanctam, [Infirmum] ideſt infirmo proderit contra infirmitatẽ corporis, ut uel eam minuat, uel ut patientius tolleret, & etiam proficiet ad ſalutem æternã. [Vnctionem,] ideſt vnctio, ideſt gratia Spirituſſancti inuiſibilis, quæ fiet in
1 anima, corpore exterius vncto. ¶† Signum] ut præter id, quod ingerit ſenſibus hominũ, ſcilicet ipſam vnctionem, & characterem animæ infixum, & aliud faciat uenire in notitiam hominum, ſcilicet gratiam animæ infuſam. ſed ipſe character ante, quã ſit impreſſus, ſacramentum eſt, dum efficit quod deſignat: quia infuſionis gratia in anima cauſa eſt, & idipſum deſignat, ut poſt id quod ingerit ſenſibus hominum, ſcilicet ipſam vnctionem & characterem ante infixum aliud faciat uenire ad notitiam hominum, ſcilicet gratiam animæ infuſam. hic etiam character animæ impreſſus eſt ſacramentum: quia facit, quod ſignificauit: quia præter id, quod deſignat, ſcilicet gratiæ infuſionem, & etiam ipſius gratiæ infuſionis cauſa eſt. vnde ſequitur, quòd ſi di. [quod deſignat.] ſcilicet ſalutem. [quod deſignat] quid deſignat vnctio, quid oleum, quid balſamum, inferius dicitur. [Cathecuminorum] .i. quo vngũtur cathecumeni & infirmi. [Et conficitur] ſupple ad exhibendum extremam vnctionem. [Conficitur] &c. nam & de chriſmate fiunt exteriores vnctiones, ut ſequitur. ¶Myſtica] ideſt ſignificatiua, ideſt propter ſignificationem. [Abintus] procedit, ideſt de conſciẽtia [Mortis] ſupple ducẽtis [Cortina, i. infidelis vnius alium ad fidẽ per bona opera trahat. [Vnguento] .ſ. chriſmate. [Vnge] .i. mẽtem humilia. uel .i. mentem miſericordiæ habe. [Et fac] .i. munda opera fac [Diſtillauerunt] .i. opera mea dederũt bonum odorem aliis [Oleo] .i. chriſmate, in cuius confectione eſt oleũ [Balſamo] .i. chriſmate, in cuius confectione eſt balſamũ. [Sicut] ad id, quod ſeipſum. ſ. ad ſalutẽ [Illius] .ſ. Chriſti. [Cap̃.] 33. q. 5. cum cap̃. [Vnxerit] .i. mihi gratiam infundit [Euangelizare] .i. p̃dicare. [Annũ] 1. q. 1. iudices [Delibutio] .i. unctio [Capitis] i. Chriſti [differentia] 96. diſt. duo [Nos] .i. oẽs Chriſtianos [Vos] Chriſtiani [Genus] .i. electi generis hominum [Regali] .i. eſtis reges. i. bene uos regentes, & eſtis ſacerdotes. i. ſancta exempla exhibẽtes [In pectore] 96. diſt. peruenit, de conſe. diſt. 6. de his [Manus] de conſe. diſt. 4. de hinc. c. presbyteri, & c. nouiſſime, ubi iſtarum unctionum ſignificatio habetur [Per cap̃.] qđ hic intelligitur idẽ, qđ uertex [Oculi] .i. intellectus [In capite] .i. mente [Cuius] mentis] Odorẽ] .i. ad eius famoſiſſimam miſericordiam [Nomen] .i. cuius fama de infinita miſericordia [Simplex] de conſ. diſt. 4. presbyteri [Idem] 95. diſt. pueniẽ ꝯ̃ ſo. illud ad tp̃s ꝑ ſcandalo fuit toleratum, licet hodie, ſi ſacerdos ſimplex chriſmat, nihil ageret. ſ̃. de cõſe. quanto. 2. q. 7. accuſatio [Vicarij] 68. diſt. quorum [uenerat] ad robur, ſed ꝑ baptiſmũ bñ, erãt abſoluti à peccatis [Catachyſmo] .i. diluuio [Iudaizat] hic colligiẽ aperte aliũ ordinẽ in ſubſtnatia habuiſſe diaco. in ueter. teſtõ, aliũ in no. alias iudaizare vr̃ eccleſia in identitate [Baculo] de cõſe. diſt. 1. nul-
3 lus. 45. di. diſciplina. ¶†Per hiſtoriã] no. ꝙ cũ Petrus miſiſſet Marcialẽ, & collegã i Germaniã, mortuus eſt Marcialis, & collega rediit ad Petrum, & Petrus dedit ei baculum, & p̃cepit ei, ꝙ tãgeret mortuum, & diceret ei, ſurge in noĩe Dñi, & ꝙ iret ad prædicãdũ, qui cũ. 40. die à tp̃e mortis rediiſſet ad eũ, tetigit mortuum, & ſurrexit, & quia poſt non recuperauit baculum, non utitur eo. hæc eſt hyſtoria myſtica ratio eſt: quia baculus in ſummitate habet recuruationẽ quaſi ad trahẽdum, qđ Papæ hic non eſt neceſſe: quia nullus ab eo diuertere põt. item ꝑ baculũ deſignaẽ coertio. accipiũt ergo reliq p̃lati baculũ à ſuperioribus in ſignũ, ꝙ accipiunt coertionem. ſed cũ Papa à ſolo Deo habet poteſtatem, nõ debet habere baculum. 21. diſt. in nouo, & c. quãuis.

SVMMARIVM.

1 *An manum impoſitio ſit neceſſaria in ordinatione.*

## De ſacramẽtis iterãdis, uel nõ. Rub.

PAſtoralis, Et. ĩ. [conſulere] licet nõ rñdeat, tu dic, ꝙ nõ debet miniſtrare ante, q̃ ſuppleatur. 52. di. ſolicitudo. ĩ. e. c. ult. alij dicunt, ꝙ manus impoſitio nõ eſt de ſubſtãtia ordinis, & iõ celebrare põt [Manuũ] .i. bñdictione. 1. q. 1. manus. & hæc manus impoſitio fit nõ ſolũ ſubdiacono, ſed in minoribus ordinibus cõſtitutis. 69. diſt. c. 1.
1 ¶†Conſecratoria manus impoſitio aũt nõ fit niſi diacono & ſupioribus. ĩ. e. c. ult. 23. diſt. ſubdiaconus. tu dic, ꝙ hæ impoſitiones non ſunt neceſſariæ: qa uera litera eſt diaconatus. [Delinitus] .i. unctus ẽm uerã literã, q eſt diaconatus, nõ eſt neceſſaria iſta gl. quia diaconus bene recipit manus impoſitionẽ [Supplendum] ſ̃. tit. proxi.
2 cũ ueniſſet, in prin. 1. q. 1. §. ecce. ĩ. e. c. ult. ¶†Supplendũ] qa ſibi fiet manus impoſitio, & dicetur oratio, quæ dr̃, qñ fit manus impoſitio. ĩ. c. ult. ſed in ſcd̃o caſu, ubi oleo unctus eſt, non credimus balſamo ungẽdũ, de quo oleo & balſamo fit chriſma. ſ. & de chriſmate ungendum eſt. ſ̃. tit. proxi. c. 1. circa prin. erat ergo chriſmate ungendus, & oratio dicenda, quæ dici cõſueuit, cum chriſmate ungiẽ, licet dicta fuerit. nec habet in hoc ſacro, ubi nõ ſunt diuerſi actus, locũ, quod omiſſum eſt, caute ſupplendũ: ſed quaſi totũ eſt iterandum, niſi forte ꝑp aliquas ſolẽnitates, q̃ nõ reiterabunẽ, ſi primo factę fuerũt.

A Nobis humiliter [Exhumandos] quia non ſunt in culpa, quicquid de corporibus eorum fit poſt mortem. ſed ſi elegiſſent ſcienter, ab eis ſepeliri, crederem exhumandos, cum grauiter deliquerint. 88. diſt. c. fin.

SVMMARIVM.

1 *Cuiuſmodi fuit ritus ordinationis in primitiua eccleſia.*
2 *Ommiſſa in ordinatione non ſunt iteranda, ſed ſupplendũ eſt, & uide in nu. 3. & 4.*

PResbyter, & diaconus [Ritu] de ritu apoſtolico inueniẽ in epiſtola ad Titum, alias Thimo.
1 †ꝙ manus imponebat ordinandis, & ꝙ orõnes fundebat ſuper eos. aliã ãt formam non inuenimus ab eis ſeruatã. vñ credimus, ꝙ niſi eſſent formæ poſtea inuentæ, ſufficeret ordinatori dicere, ſis ſacerdos, uel alia æquipollentia uerba ſed ſubſequẽtibus tp̃ibus formas, q̃ ſeruanẽ, eccleſia ordinauit, & ſunt tãtæ neceſſitatis dictæ formæ, ꝙ ſi eis nõ ſeruatis aliquis fuerit ordinatus, ſupplendũ eſt, qđ omiſſum eſt. & ſi formæ ſeruanẽ, character infigiẽ aĩæ. i. figura intellectualis & indeficibilis oſtendẽs ordinẽ collatũ ipſi conſecrato. nec mireris, ſi ꝑ inſtitutionẽ eccleſiæ infigiẽ character in aĩa, cum aĩæ ſint de iuriſdictione Papæ, & ſpiritualiũ patrũ. unde ſuper eis conſtitutiones ſuas facere põt, dũmodo non ſint ꝯ̃riæ cõſtitutionibus Dei, arg. 10. diſt. ſuſcipitis 95. diſt. cum ad uerũ. ĩ. de ma. & obe. ſolitæ, & arg. ad hoc. 1. q. 1. qđ Deo. ubi dicitur, ꝙ imperator facit ꝑ ſuas cõſtitutiones, quod character militaris indiuiſibiliter affigiẽ militi. & poſſet ẽt dici, ꝙ ille caracter, qui infigitur ex conſtitutione imperatoris, non infigitur intuitu animæ principaliter, ſed corporis. quod ex eo apparet: quia mortuo milite anima nihil ex illo charactere cõſequitur. in monachatu aũt non uideẽ, ꝙ infingatur caracter: quia Papa facere poſſet, ꝙ non eſſet monachus, qui ordinẽ conſtituit monachorũ, ar. ĩ. de ſta. mo. cum ad mo. [Omiſſum] manus impoſitio [Iterãdum] ordo [Statuto] no. iiſdẽ tp̃ibus ſupplendum, quibus conferendum,
2 ſ. in quatuor tp̃ibus. ſ̃. de temp. or. c. 1. 2. & 3. & ſe. ¶†Supplendum], in ſabbato enim quatuor tp̃orum uocabitur hic ſacerdos, & manus impoſitio, quæ defuit in ordinatione, modò ſupplebitur, & dicentur orationes, quæ præcipiuntur dici, quando fit manus impoſitio: quia ipſe manus impoſitioni adhærent, & de manus impoſitione fit mentio in orationibus. fortè & idem dicimus, ſi omiſſa fuerit unctio. ſ̃. ti. j. c. j. & eſt uerum, quòd non eſt iterandum: ſed ſupplendum, ubi diuiſi & diuerſi ſunt actus, ſicut eſt in ordinatione ſacerdotis, ubi alius actus eſt tenere manus ſuper caput: aliud dare ei calicẽ, aliud patenã: aliud iniungere, quorũ ſi aliquod fuerit legitimẽ factum, nõ erit poſtea reiterãdũ, ut hic. ¶Quidã tñ dicũt, ꝙ hæc duo, ſ. de patena, & calice non ſunt ſupplenda: quia non ſunt de ſubſtantia: tñ ſecurius eſt ſupplere. ſed ſi partẽ dixiſſet orationis, & non totã, nũquid eſſet tantum medietas orõnis dicenda? & dicimus. ꝙ à capite dicenda eſt: tñ in ordinibus multæ orationes

poſſunt eſſe, quæ non ſunt de ſubſtantia ordinis. vnde ſi aliter ordo legitimè collatus erit, ꝑ ꝑ hoc non iteraret. ſed aliqua deeſſent de his, q̃ ſunt de ſubſtantia ordinis, uel de q̃bus dubitat̃, an ſint de ſubſtantia, uel etiam de ſolénibus, cũ poſtmodum illa, q̃ ſunt de ſubſtantia, ſup-

3 plentur, & alia oĩa omiſſa ſuppleri debẽt. ¶†Sed q̃d, ſi vnxiſſet tm̃ vnam manũ, nunquid poſtea tm̃ altera manus vnget? & eſt dicendum ꝙ ſic, ar. hic: q̃a iterari non debet: q̃a iam ꝯſtat manum vnctã. & ubi in orõnibus dr̃, manus in plurali, diceret, manum ĩ ſingulari &c. in orõnibus ſi neſciat̃ q̃d ſit de ſubſtantia, ſi facta eſſet vnctio ĩ aliquo, & non dicta orõ, dicenda erit oĩno, & nõ facienda vnctio, ſed nõ ẽ cõuerſo: quia orõ adhærere dr̃ vnctioni, & nõ ẽ conuerſo; q̃d ex ipſis orõnibus apparet, q̃ de vnctione faciunt mentionem: ſed nos ꝯ credimus: q̃a, ex quo actus non ſunt diuiſi, ꝙ et ſi orões dimiſerit, iterũ facienda eſt vnctio. q̃uo.n. diceret ſacerdos, ſacrificare dignare ꝑ hanc vnctionem. ſ. tit. ꝓxi. c. j. & in baptiſmo expreſſius apparet, quomodo enim diceret, ego bapt. niſi immergeret, licet prius etiam immerſus eſſet? ar. de bap. c. j. ſed ſi nõ poſſet ſuppleri per eundem, q̃ ordinauit, pôt ꝑ alium ſuppleri, nunquã debet ꝑ alium ſuppleri, ſi primum ꝑfici pôt. 7. q. 1. nihil; q̃d et obtinet ĩ officiis veſpertinis, & aliis. 7. q. 1. illud. ſed ſi conſperſiſſet oleum ſup manus ordinandi, & inuaſiſſet eũ infirmitas ante, q̃ vnxiſſet, alius ſupplens, uel ipſe alia uice oleum fundet, & à capite incipiet: q̃a licet actus diuiſi non ſint iterandi, ſi tñ vnus actus non ꝑficiat̃, à capite incipiet.

4 ¶†Vnde ſi q̃s inter ꝯficiendum ſacrũ Euchariſtiæ, dum eſt in uerbis illis, Hoc eſt corpus meum, deficiat, alius nõ incipiet à capite, ſ. ibi, q̃ pridie. idẽ dicimus in baptiſmo. ſed ſi celebrato ſacro Euchar. uel corporis, deficiat, alius nõ incipiet à ſacro corporis, ſed ſanguinis. [Impoſitio] falſa lr̃a eſt, impoſitio, & uera eſt, ſuſpẽſio. extracta de regiſtro. [Effunditur] .i. dr̃ cum deuotione.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid ad minores ordines Sacerdotis filius ſine diſpenſatione poſſit promoueri.*

# De filiis presb. ordinãdis, uel nõ. Rub.

VT filii presbyterorũ, ut ſtatuimus ſupra. [Ex fornicatione] propter honorem ſacrorũ, & ꝓpter deteſtationem paterni criminis ꝓhibentur tales ab ordinibus: ſecus in ſecularibus dignitatib. ff. de decuri. ſpurij. l. ij. §. nullum. [Ex fornicatione] ſ. de elec. cum in cũctis. 35. q. 3.

1 de inceſtis. ¶†Ad ſacros] hic uĩ, ꝙ ad minores ordines, & per ꝯs ad beneficium ſine diſpenſatione ualeat promoueri, ar. 55. diſt. c. j. ꝯ credimus ꝑ id, quod legit̃. j. eo. literas. quãuis id poſſit intelligi ſpãle in filiis ſacerdotum, cum pœnæ ſint molliendæ, de pœ. diſt. 1. pœnæ. ¶Monachus] tunc in monaſterio uel canonia regulari pôt ꝓmoueri, etiam ſine diſpenſatione; alibi non: ſed nec in monaſterio, uel alibi prælationem habebit. j. eod. c. ſi. nec eccleſiam ſecularem. 16. q. 1. legi.

AD præſentiam noſtrã. [in eccleſia] ſic ueritas erat, ſed nõ expreſſit [Genitus] maximè. idem. n. eſſet, etiã ſi nõ eſſet in ſacerdotio genitus: uel et ſi eadẽ eccleſia non adminiſtraſſet. ſufficit. n. ad eius abiectionẽ, ꝙ ſit filius ſacerdotis [Amoueas] quia per obreptionẽ; habetur de hoc no. ſupra de præſcrip. cum dilecta.

PRæſentium [in paternis] maximè.

COnquerente [nobis notorium] & ſi eſt non poteſt eſſe niſi notorium. ſi. de tranſla. prælat. quanto, & no. de cohab. cler. & mulie. tua.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus reſtitui debet ante, quàm cognoſcatur de canonico ingreſſu.*

2 *Eps ubicũq; ſcienter facit contra ius commune, eſt q̃; tale factũ, in quo poteſt diſpenſare, habebitur pro diſpenſatione.*

3 *An epiſcopus miſſam illegitimè nati audiens, uel ſi ab eo procurationem uiſitationis recipit, uel alias utitur eius miniſterio, diſpenſare intelligatur.*

4 *Nunquid ſufficiat patientia ad hoc, ut uideatur diſpenſare?*

5 *Non debet quis amoueri, non ſeruato ordine iuris.*

6 *Non diſpenſat epiſcopus cum aliquo, niſi id expreſſè dicat.*

VEniens [ſpoliaſti] Primò iniquum uĩ, q̃d dicit hæc decr. quia ſi ſciuit eum filium ſacerdotis illius eccleſiæ, non pôt eum remouere: ſed debet eum reſtituere. ſed ꝯ. nam licitum eſt ei ꝯ factum ſuum uenire. 55. diſt. pœnitentes. 12. q. 2. non liceat. j. de preb. cum non ignores. ſ. de ele. noſti, ubi de hoc no. & multũ fuit iniquus, ſi ignorauit eum filiũ ſacerdotis, q̃d ei eccleſiam reſtituat; & tñ hoc ſtatim ſequitur in eadẽ decr. tertio uĩ iniquum, ꝙ inſtitutus poſt amotionem legitimam illius debeat reuocari, ſed primam & ſecundã iniquitatem ſoluit uerbum poſitum in decr. ſ. ſpoliaſti:

1 † quia. n. ſpoliatus fuit, reſtitui debet ante, q̃ cognoſcat̃ de canonico ingreſſu. 2. q. 1. notum. j. de reſti. ſpol. in literis, & c. item cum quis. ſed dices, ex quo notum erat, ꝙ eſſet filius ſacerdotis, non debet ſeruari ordo, nec etiã reſtitui. j. de diuor. ſignificaſti. j. eo. q̃m. ſed reſpondeo, imo ſeruandum erat: quia fortè de diſpenſatione contẽdebat, arg. ſ. de elec. dudum, el. ij. uel poteſt dicere, ſ. ꝙ

2 ſi ſciuit, creditur ſecum diſpenſaſſe. ¶†Poteſt enim eſſe regula generalis, quod ubicũq; eps facit ſcienter, quod eſt contra ius cõe, & eſt tale factũ, in quo poteſt diſpenſare, ꝙ pro diſpẽſatione habebitur, maximè ſi nullus ex diſpenſatione læditur. j. de biga. ſuper eo. ad idem. j. de cleri. coniug. diuerſis, cum eps prohibeatur diſpenſare cum illegitimè natis niſi in ꝑſonatibus & beneficiis curam animarum habentibus. j. eo. c. ult. ergo licitum eſt diſpenſare in aliis, infra de ſent. excõ. nuper, quãuis ſit arg. contrã. j. eod. c. pen. & ſupra c. proxi. alij dicunt & ſecurius, & ſic fieri conſulo, ꝙ ad

a hoc, q̃d intelligatur diſpenſare, [a] oportet, ꝙ præcedant ea, q̃ hunc preſcium faciant, ſ. ꝙ præceſſit cognitio ſummaria ſuper cauſis diſpenſationis; puta an ſit neceſſitas, uel utilitas, uel alia iuſta cã, ff. de i ius uoc. libertus. q. 6. §. niſi rigor, cũ mul. c. ſeq. imò plus dicunt q̃dam, ꝙ neceſſaria eſt ſñia diſpẽſationis, uel potius decr. eſt neceſſarium ſup diſpẽſatione ꝯceſſa, ſ. dicẽdo, decernimus, cũ idoneũ ad ordinẽ &c. fortè uocabũtur hi, quorũ intereſt. 1. q. 7. q̃m q̃cq̃d, q̃d nõ credo. aliter, præſumitur temerarium factũ epi, nec diſpẽſatio habetur: imò eps puniet; q̃d non fieret, ſi diſpenſaſſet, ſicut deberet in caſu ſibi diſpẽſabili. 51. diſtin. qui in aliquo. 81. diſt. quodcũque. de hoc no. j. de cle. ꝯiu. diuerſis. alii qui tñ dicunt hanc decr. ꝑ totum gratiam ꝯtinere. tertia autem iniquitas ſoluitur in gl. quæ incipit, ordine.

a ¶*Intelligatur diſpẽſare. Adde Inn. in c. diuerſis fallaciis, infra de cler. coniug. Et quæ ibi poſui.*

3 ¶†Nũquid ſi audit eps miſſam illegitimè nati, uel ſi recipit



cipit ab eo procurationẽ uiſitationis, uel ſi alias utitur eius miniſterio, intelligit̃ diſpenſare? Rñ. nõ: q̃a prædicta regula intelligit̃, q̃n illud factũ, q̃d facit ſuperior, tale eſt, ubi requirit̃ cãæ cognitio, uel diligens examinatio, ſicut ordinatio, & confirmatio. ſ. de ele. nihil, & no. ſ. de poſtu. c. 1. ſed non eſt tale audire miſſam alicuius. nã ex quo debet inquirere de ordinãdo, uel cõfirmãdo ſi eps talẽ ordinat, uel confirmat, uĩ hoc inq̃ſiuiſſe, & ex certa [a] ſcia diſpenſare. ſed nõ idem uĩ, ſi dicit ei, ꝙ celebret miſſam quia & hic licet aliquis debeat attẽdere, à quo audiat. 14. diſt. comeſſationes: tñ nõ eſt talis cognitio, uel examina-

4 tio, ꝙ uideat̃ diſpenſatio. ¶†Item nõ ſufficit patiẽtia, ut uideat̃ diſpẽſare: ſed exigit factũ ſolẽne, ut eſt in ordinatione, & confirmatione; quod non eſt, q̃n recipit procurationem rõne uiſitationis: q̃a recipere ꝓcurationem non eſt ſolẽnis actus. & pati eũ remanere in eccleſia poſt uiſitationem, nõ eſt agere, ſed pati. Item non eſt idem in excõicatione: q̃a ordinando excõicatũ à ſe ſcienter nõ uidet̃ ipm abſoluere. & hoc eſt ideò, quia in abſolutione de excõicatione neceſſaria eſt certa forma. j. de ſen. exc. cũ deſideres. j. rñ. ¶Innotuerit] maximè. nã & ſi nõ innotuiſſet, tñ ſpoliatus reſtitui debet per eius ordinãdi ꝯfeſſionem. 22. q. 5. hoc uĩ. alij dicunt, ꝙ ſufficit innotuiſſe quomodocũque. ff. de admini. tu. ſi pater. §. ult. ſed quis ꝓbabit innotuiſſe? Rñ. qui dicit ſciam. ff. de proba. uerius. 81. diſt. propoſuiſti. quidam tñ dicunt præſumẽdum ꝯ epm ex eo, ꝙ examinauit, uel examinare debuit. 24. diſt. q̃n eps, & præſumitur nihil de contingentibus omiſiſſe 11. q. 4. abſit. ſ. de ęta. accepimus: ſed poteſt eps bene reſpondere, licet examinauerit tamen per exami-

5 nationem non potuit. ¶† Amoto] ordine iuris ſeruato; puta uocabitur inſtitutus, ut contradicat petitioni reſtitutionis. 3. q. 6. hoc quippe. uel dic cum factum eſſet notorium, ſ. ſpoliatio & inſtitutio, huius ſpolia. idcirco non erat neceſſarius ordo iuris, ut not. j. de coha. cle. & muli. tua. hoc non placet. uel dic, quòd peteretur ab epiſcopo reſtitutio eccleſiæ, cum inſtitutus ab eo ſcit eam peti, ſibi præiudicat, niſi defendat ius ſuũ. ff. de re iud. ſæpè, & not. ſupra de reſcri. ex parte decani, infra de re iudi. cum ſuper, & c. quãuis. & idem ſi ageret ad caſſationem contra ſe latã occaſione cuius alius inſtitutus eſt, infra de procur. de inſinuatione. de his ars not. plenius.

6 ¶†Reſtituas] ſm eos, qui dicunt, ꝙ nõ intelligitur diſpenſare ordinando, niſi expreſſè dicat, nõ uidetur ꝙ hoc ultimum poſſit ſuſtineri, ſ. ꝙ eccleſia auferetur inſtituto ſacerdoti, cum conſtet eum canonicè inſtitutum. ſ. in locum eius, qui eſt filius ſacerdotis: ſed poteſt reſpõderi hoc ideo eſſe: quia ſine ordine fuit ſpoliatus. uel dic, ꝙ in hoc caſu non dicit detentorem amouendum: imò ſi alius detineret, non eſſet iſte reſtituendus. Nec obſtat, q̃d præcepit in litera, amoto. alias dic, ibi ſubaudiatur, ſi quem inſtituiſti. & ita non ponit pro conſtanti aliquem inſtitutum. & illa clauſula, ſ. amoto &c. non refertur ad illum caſum, ſ. q̃n ignorans fecit: quia tunc nunquam eſt ſibi reſtitutio facienda, cũ alius canonicè eam haberet: ſed ad primũ tñ, ſ. q̃n ſciẽs fecit. ¶Itẽ pôt intelligi, ꝙ eps amoueret eũ, ſi pôt, ſua propria uolũtate: q̃a iſte clericus expoliatus ex tunc non habebit cãm agendi ꝯ eum: ſed ſi hoc non fecerit, multipliciter ꝯ cum agi pôt. nec mireris, ꝙ iſte filius ſacerdotis

a ¶*Et ex certa ſcientia. Et ſic narratio facti facta per principem operatur, quantum clauſula ex certa ſcientia. ita allegat Inn. hic Pet. de Anch. in conſ. 293. col. 1. circa ſi. incip. ultra allegata.*

reſtituitur: quia hoc ex diſpenſatione: uel dic, ꝙ filius ſacerdotis pôt iuſtè tenere eccleſiam, quouſq; eam legitimè dimittat. ſ. de renuncia. niſi cum pridem. §. perſonæ. & eadem ratione iſte, qui malè erat deſtitutus, erat reſtituendus. ¶Donec] in hoc eſt gratia, ſiue diſpẽſatio, ꝙ non pôt eum remouere, donec alibi ſibi prouideat, cum alias ſtatim remoueri debet ſupra eod. c. 2. & 3. cauſa autem diſpenſationis eſt: quia indignũ eſt &c. ut, infra c. proxi. [donec] nunquid per literas ad unum epiſcopum impetratas cum hac clauſula intelligitur ſecũ diſpẽſari, ut quilibet poſſit ei in eccleſia ꝓuidere.

PRopoſuit nobis [committere] ſ. & bene. de gratia eſt, quod ſequitur propter cauſam hic poſitam: q̃a indignum eſt &c. ¶Aſſenſu] ſed quæritur nunc de aſſenſu patroni? ar. 63. diſt. principali. 18. q. ult. Eleutherius. Quidam dicũt ſolum patronum debere eligere, & ipſe hunc ſubdia. eliget, qui erit prælatus, ar. j. de iure pat. poſtulaſti. Alij dicunt non negari hic, quin & patroni conſenſus requiratur. Melius dicas, ꝙ ſacerdos aſſumẽdus non erit clericus eccleſiæ, ſed tantum ſeruitor, ut hic dicit expreſſè: uel vicarius tpalis, qui ſupplebit, quod ille non poteſt. 7. q. 1. pontifices. ¶Sed dices, quare non præſentando indignũ deuoluit ptãs ad epm, ar. ſ. de elec. cum in cũctis? Rñ. quidã. aliud in clericis, aliud in laicis, ubi non eſt tanta diſcretio in negociis eccleſiaſticis. unde laico conceditur uariare, non clericis, infra de iure patr. cum autem, & c. paſtoralis. nos credimus ad ſuperiorem deuolui prouiſionem, patrono præſentante indignum, in aut. de ſan. epi. ſi quis oratorium, licet epiſcopus bene faciat, ſi reddat prouiſionem patrono: quia non ſunt ita inſtructi in eccleſiaſticis negociis. Et idem eccleſiæ. Solus] 8. q. 1. nulli, & c. illud.

EX tranſmiſſa [diſtuliſti] Et bñ, diſpenſationem habebat, & quod ſequitur, diſpenſatio fuit. [Admittere] ex diſpenſatione ueſtra: alias eſt contra. ſ. c. conquerente. [Decreto] 8. q. 1. apoſtolica. nam cum media fuerit ꝑſona inter patrẽ & filiũ, nõ poteſt dici habere locum hæreditaria ſucceſſio qui etiam ſi ſuccederet patri, non propriè dicitur hæreditaria ſucceſſio, cum non tanquam hæres habeat eccleſiam, cum alius fuerit medius: ſed ex electione, etiam noua inſtitutione: ſed & ſic propter perniciem exempli prohibetur.

COnſtitutus [ſpoliauit] q̃d de iure nõ potuit. 15. q. 7. laici, ar. 23. q. 8. ſcire. ¶Querelam] agendo petitorio. ſi enim actum eſſet poſſeſſorio, non requirerent̃ ꝓbationes ſuper perſonatu, uel uicaria patris, infra de reſtit. ſpol. in literis, & c. item cum quis. 3. q. 1. ꝑ totum: ſed ſi agebat̃ petitorio, non tñ debet ei adiudicari eccleſia, ſicut hæc mandat̃, cũ non ſit de legitimo matrimonio, nec probaſſet canonicã inſtitutionẽ. ſed dicimus hãc decre. loqui de diſpenſatione. uel non mouebatur q̃ de canonica inſtitutione: fuerunt tamen, qui dixerũt non eſſe faciendam reſtitutionem, etiam ſi agatur poſſeſſorio, cum notoria eſt cauſa, quare eccleſiam habere non poteſt, niſi alleget aliquid cõtra notorium, ar. ff. quo le. l. j. §. rediguntur. ff. de dolo, ex dolo. ff. de Car. edic. l. iij. §. cauſæ, quãuis poſſit dici illam loqui in petitorio. ſecundum autem omnes hoc eſt uerum, quia ſi iam conſtaret uel per confeſſionem eius, uel probationes admiſſas, ꝙ eſſet talis, quòd ei de iure non eſſet facienda reſtitutio; puta quia eſſet illegitimus: uel quod eandem poſſeſſionem occupaſſet, nec diſpẽſationẽ haberet, denegaret̃ ſibi reſtitutio. i. de diuor. ſignaſti, cum eam ſine peccato retinere nõ poſſet. ſed ſi non conſtet ad hoc, ſed ſit res dubia, poteſt dicere ſpoliatus, non

non reſpōdebō, niſi de poſſeſſione mea, uel de iure meo; & tu non es audiendus, niſi primò facta reſtitutione infrà de reſtitu.ſpo.in litteris cōtrà infrà eo. de ordi. cog. cum d.lec.& c.ulti.

Ex tua nobis [ſuſtinere] diſpenſatiuè tātum [uel] pro & alias .n. malè diceretur, ſ.q etiam ſi ſint malè uitę dummō longo tpe tenuerint, q cū eis debet diſpenſare [Quidam] aduerſarij quorundam ex ipſis [Eos] ſ. quoſ dam aduerſarios ſuos, cum quibus litigabant, & cū quibus archieps iam diſpenſauerat auctoritate literarum Papæ [Eis] aduerſarijs ſuis filijs ſacerdotum [Ipſius] im petratoribus literarum [Oſtēdere] hoc de ſpeciali gratia [Irritari] authen.conſti.quę de digni.§.illum, de pæ. diſt.ij.quantumlibet.xx.iii.q.iiii.ſi ille [Inſtitui] ſuprà de elect. quiſquis.ubi no.

Quoniam ſacris [Manifeſtum] .q.d. ſi ibi ſtetit ꝑ plato, cū hoc uix eſſe poſſit, quin ſit notoriū, & ad tale notoriū, quod inficiari nō poſſit, nō eſt neceſſe teſtes reqrere. ¶ Deducat] ii.q.j.de manifeſta, & c. quæ Lotharius, niſi ꝓbabiliter dubiteſ de eius ꝑlatione, de qua tñ non uī poſſe dubitari, cū factū ſit ſui natura tale, qđ de facili nō pōt eſſe niſi notoriū.ſ. de tranſla.epi.quanto.

Ad extirpandas [filii] Idē in nepotibus, & aliis deſcē dentibus, inſti de hære.qua.§.ſui & idem in collateralibus, ſi iure ſucceſſionis petant.viii.q.j. apoſtolica [filij] ſiue legitimi, ſiue illegitimi, ar. ſuprà co.ex tráſmiſſa, uel ſupra eo.conſtitutus [Vicarij] perpetui ſuprà eo.conſtitutus. [Media] ſ. maximè.

Ad hoc [ex tua] infrà eo.abolendam, contrà.ibi ſol. [beneficium] & prælaturæ patris aliquo mediante ſuprà proxi & c ex tranſmiſſa.

Michael præsbyter. [Qui] ſ. Anto. [Vicariam] perpetuam ſuprà eo.conſtitutus [Cōſtiterit] filium. il le eſt filius, quem legitimæ nuptiæ demonſtrant. ff. de in ius uo. quia ſemp̄ uel legitimus cōcubinatus, in authē. qui mo.na.effi.le §.ſi uero eſtuſam. aliàs ſm leges talis non reputatur filius, ſ. quantū ad ſucceſſionem, uel pater nam ptātem, uel quo ad alia priuilegia, uel iura ſecularia. Sed ſm canones quantum ad hoc, ut repellatur à ꝓmotione, ét ex indiciis aliis probat filius infrà q fil. ſint le.tranſmiſſe, in ſi.quid.n.ſi certum eſt ſacerdotē peccaſ ſe cum muliere, & poſt filium, qui ex ea natus eſt, ab ea nutritum, uel filium noiabat uel alias ſicut filium tractabat, uerè præſumam eum filiū.j. de præſum.c.ij. C.de ꝓ ba.non nudis. C.de teſta.neq; profeſſ. ff. de inoffi. teſt. ſi inſtitutus.§.j.tñ ꝓbatio in contrarium admittiſ, ut in ꝑ dictis ll.ff. ad idem. ff. de le.j. ſi ſeruus plurium.§.ul. & multofortius, ſi pr & mr hos filios cōfiteantur, ut in decre.traſmiſſæ imò plus dico, ſi aliqñ habuerunt eū ut filium, licet poſt dicant nō filium, tñ filius reputaſ in tm, q ꝓhibeaſ ꝑhere cū cōſanguineis pris.j. de ꝓba.p tuas. imò ſola affectione ꝓſumitur filius.j. de præſum. afferte: ſed non eſt ſufficiens probatio [Habuit] maximè.

Literas [ſtatus] Tñ poſtq̄ fuit ſacerdos; qđ non licuit xxi.di.ante [Permittimus] diſpenſatione.alii.cōtrà. ¶ In clericū] hic promouebitur ad ſacros ordines: quia permiſſio in genere mediocritatem reſpicit. ff. de ope. ſer.tria, & l.ul.j.rñ. C.de do.ſiquis ar. etiam ſic diſpenſatio.ff. de le.iii.numinis ſupra de tranſa.c.ul.

Cum decorem [filiis] Illegitimis [uictimatur] .i. pro uictima offertur.

Ad abolendā [filii] illegitimi.unde lñ ſequit, maximè ſpurii.idem eſt.n.in oībus illegitimis.in legitimis autem ſecus ſupra eo.ad hoc, quæ ſignatur ꝯria [Suſpendatur] ſi autem ad epiſcopatus, uel dignitatē tales aſſumeretur, ipſo iure ſuſpenſus eſſet à beneficiis ſuprà d e lectionibus cum in cunctis.

Dil.ſi.g. [ap.ſe.le.] Non intelligitur emanare a ſe ap. quod a legato eius emanat, niſi à Papa emanet [Canonicū] eſt autem canonicum, quòd amoueatur ab eccleſiâ ſupra eo. Michaël.xv.diſt.per totum.

SVMMARIVM.

1 *An liceat ſimplici epiſcopo diſpenſare: uel ſoli Papæ. uide in nume.2.*

1 Nimis in tua [ſe ap.] † Alias aūt ſimplex eps diſpēſare pōt, cū ſibi nō ſit ꝓhibitū.j. de ſen. excō.nuper. ut in eccleſia paterna ſit ibi clericus poſt mortē patris aliquo medio, ar. ſupra eod. ueniens: uiuo aūt patre nō poſſet diſpēſare ſupra eo.ad abolendā, nec ét poſt mortē in ꝑbendā pris nullo medio ſupra eo. ad extirpā.

2 ¶ † Alii tñ dñt, q ſolus Papa cū filiis illegitimis diſpēſare pōt.nā non inueniſ, q diſpēſet eps.de hoc no. ſupra de tēp.or.dilectus.de ordinibus aūt nō inuenitur expſſum, q in maioribus, uel in minoribus liceat epo diſpenſare. & q hic innuitur, q epis liceat diſpenſare in aliis eccleſiis, q̄ in dignitatibus, uel pſonatibus, uel habentibus curā, nō ꝯdicit: q a loquiſ, q epis licet eccleſias ſine cura cōferre his, cū qbus diſpēſatū eſt ſolūmō, q ꝓ moueri poſſunt ad ordines: ſed eccleſias cū cura nō licet conferre talibus, niſi in diſpenſatione contineaſ expſſè, q eis liceat hēre curā aiarū; & ſic de cōſuetudine obtinere uī. [Amotis] ſine ordine iudiciario ſupra eo.qm ſacris, ſi eſt notorium ſupra de tempo. ordi.ad aures.

## De ſeruis non ordinandis, & eorum manumiſsione. Rubrica.

Inſtruendi [Ingenuitatis] .ſ.i. deſt libertatis.nam ingenuus eſt, qui liber naſcitur.inſti.de inge.in prin. [Ingenuitatis] liiii.diſtin.quicquam [Præcaueri] ſupra de tempo.ordi.ad aures.

SVMMARIVM.

1 *Quo caſu ſeruus præſumatur dolo eſſe in poſſeſſione libertatis, uel non eſſe.*

2 *In actione petitorij libertatis, uel ſeruitutis inquirendum eſt primò, quis ſit bonafide in poſſeſſione.*

3 *Non acquirit aliquis ſeruitutis poſſeſſionem, ſi dolo malo incæpit poſſidere, uel tenere.*

4 *Dominus quando dicatur amittere poſſeſſi. ſeruitutis.*

5 *Seruus non ordinari debet domino contradicente.*

6 *Seruus effectus ſacerdos an ſit liber.*

1 De ſeruorum or. [fugiens] † ſeruus fugitiuus, de cuius fuga cōſtat, ſi de ſtatu ſuo uoluerit litigare, dicens ſe liberū, excipiens, remittēdus eſt ad iudicē dñi, uñ fugit. C.ubi de ſta.l.j.hoc.n. ipſo q fugit, ꝓſumit dolo eſſe i poſſeſſione libertatis, & reducit i poſ ſeſſionē ſeruitutis. C.de ꝓba.l.ius.qđ ſic ꝑ terminos diſtinguo.aliqs ꝑ uim cepit aliquē ut ſeruū, ut tenet.ſ.ut ſuū: nō tñ de iure eſt in poſſeſſione ſeruitutis. ff. de ꝓba. ſi qs l.j.ff. de acq.poſ.cū hæredes.§.ul.ff. de libe. cā ſi tñ fugiat, in poſſeſſionē ſeruitutis reduciſ, ut C.de proba. nis eius, quamuis illa lex poſſit intelligi, ut primo, quā reſtituatur, inquiratur an ſit in poſſeſſione libertatis, & in illa inquiſitione ueniet, an dolo uel uiolenter detineatur. q ſi tunc fugit, cū uiolenter, uel fraude detinebatur, non uī dolo eſſe in poſſeſſione libertatis, arg. l.ꝯrium.

1 ¶ † Et hoc uerum eſt inter actores de libertate & ſeruitute petitorio: quia non poteſt conſtare, cui onus probationis incumbat, & quis ſit actor & quis reus, primò inquirendum eſt, quis ſit bona fide in poſſeſſione, ff. de libe. ca.l.libertis.§.ul. ſecus autem ſi agat ur poſſeſſorio: quia tunc non admiſſa exceptione uiolentiæ reſtituitur res, ut no. ſupra de poſtu.bo.me.in glo.& ideo & ſupra de ele. quærelam.

2 ¶ † Vel dic hanc diuerſitatem nō tantum contingere, quia agatur poſſeſſorio, uel petitorio, ſed quia eſt ſpeciale, q non acquiret quis poſſeſſionem ſeruitutis, uel alicuius iuris in aliquo homine, ſi dolo malo incœpit poſsidere, uel tenere.ff. de probatio ni.ſi quis liber. & eodem modo non acquirit poſſeſſionem libertatis, ſi dolo malo cœpit. ff. de liberali cauſa, igitur.§.ſecundo.ſecus.n.eſt, ſi agatur de poſſeſsione alicuius rei corporalis, uel de iure aliquo, quod poſſidere cæpit.nam ibi bene quæritur poſſeſſio, licet dolo cæperit poſsidere, uel tenere, ut no. ſuprà de poſtu.bo.& hæc uera ſunt, ſi dolo hominem liberum tenet: ſecus, ſi ſeruū alterius: quia tunc acquiret poſſeſsionem iuris alterius ſiue ui ſiue dolo faciat, ſicut & alterius rei acquiret: ſed ſi ſit in poſſeſsionem libertatis bona fide, coram iudice eius agitur. C.ubi.cau.ſtatu.l.iij.

3 ¶ † Vt autem ſcias, qñ dñs amittit poſſeſsi.ſerui.eò, quod mitteretur in poſſeſſionem libertatis, diſtingue.nam ſi bona fide omnino ſe gerit pro libero, ſtatim amittitur poſſeſsio eius. onus ꝓbandi incumbit dño eum ſeruum, & coram iudice ſerui. intelligo eum eſſe in poſſeſsione libertatis, ſi iuſtis rationibus, uel etiam iniuſtis, dummodo ſine fraude & calliditate ſe gerat ꝓ libero. ff. de lib.ca.libertis, in ſi.& in l.igitur §.pōt quæ probatio domino non incūbet, ſi poſſideret, inſti.de inter.§.retinendæ.

4 ¶ † Quidam tamen leges allegatas de li.ca.intelligunt, ſi per decennium fuerit in poſſeſsione libertatis, ar. ff. de acqui.poſ. poſsideri.§.ſi ſeruus.ſed certè ſm hoc in præſcriptione libertatis eſſet neceſſarium uicennium, cum tñ conſtet aliquando ſufficere decennium. ff. qui & aqui. § Ariſto. & ideo non placet.ſiue uerò mala fide ſit in poſſeſsione libertatis, & deſijt dominus habere animum poſsidendi, ſtatim amittitur poſſeſſio, ſicut & aliarum rerum. ff. de acqui. poſ.ſi quis.§.differentia, & dño petenti non reſtituitur poſſeſsio ſeruitutis. & licet mala fide ſit in poſſeſsione libertatis, puta quia ſcit ſe ſeruum, tamen onus probationis, q ſit ſeruus ſuus, incumbit dño debet.n. ſibi imputare, qui poſſeſsionē adiecit. Sed melius credo, q in hoc caſu debet ei reſtitui poſſeſsio: quia generaliter loquuntur leges ſuperius aſsignatæ. ff. de li.ca.& ipſi ſeruo onus probandi incumbit, ut ibidem dicitur. ſi uerò malafide eſt in poſſeſsione libertatis, & certum eſt, q dñs non debuit habere animum poſsidendi, diſtingue. aut dñs non amiſit cuſtodiam ſerui, aut amiſit. ſi non amiſit, etiam ſi centum annis fuerit in poſſeſsione libertatis, tñ eum poſsidet: quia nec ab alio poſsidetur, nec ipſe ſuā poſſeſſionem interuertere poteſt, ff. de acqui.poſ.& cui, in ſi.nā hoc idem eſt in poſſeſsione cuiuſlibet rei mobilis. nam quamdiu ab alio non poſsidetur, nec amitto cuſtodiam; & animum poſsidendi habeo, & poſſeſsionem retineo. alias enim ſequeretur abſurditas, quia ſi ſeruus meus x.uel xx.ann.ſe defenderet in arce, q amitterem poſſeſ ſionem eius. ſi uerò amiſerit cuſtodiam eius, quia neſciebat dñs, quò fugiſſet, uel ubi eſſet, ſi ſeruus habebat animum reuertendi, retinet poſſeſ. alias non. ff. de acqui. poſ.l.ſi rem mobilem. ſed licet in eo caſu, ubi non habuit animum reuertendi, amittatur poſſeſsio, qñ tamen malafide eſt in poſſeſsione libertatis, reſtituitur domino poſ.ſerui, & ſeruo incumbit onus probandi. ff. de lib. cau.ſi liberis.§.ul.& l.igitur.§.pōt, & ad iudicem domini remittetur. prius tamen coram iudice ſerui conſtabit, q ſit in poſſeſsione malæ fidei. Si uerò dubitatur, an deſierit habere animum poſsidendi, necne, tunc diſtinguo, an ſeruus fuerit in poſſeſsione libertatis decennio, an minori tempore. ſi minori, non præſumitur deſijſſe habere animum poſ.ſecus, ſi decennio, & ſic loquitur lex ff. de acquir. poſ.poſsideri.§ ſi ſeruus. hoc autem, utrum ſit ſeruus in poſ.libe.uel non, an ſit fugitiuus, uel non, & an bona fide, uel mala, & alia, quæ diximus ſupra quæri, examinari & terminari debet ante, q̄ agatur de proprietate ſerui, ut ff. de libe. ca.libertatis.§.ult. & l. igitur §. poteſt & quæretur hoc ſub iudice ſerui rōne dubietatis. ſi.j. de ap.ſi duobus. ff. de iu.ſi quis ex ſ. de reſcr. ſuper literis. & multum iſta ualent, quia ſimilia ferè requiruntur, quando prælatus dicit aliquem ſuum clericum, uel monachum, uel dominus dicit aliquem ſuum libertum, uel aſcriptitium, uel originarium, uel officialem, de ſimilibus enim ad ſimilia eſt procedendum, ut. ff. de leg. non poſſunt.

5 ¶ † Recipiat] & non ordinatur ſeruus ſciēter, dño contradicente. & tunc dicunt quidam, q remanet ſeruus, & reſtituit domino, etiam ſi ſit factus ſacerdos, ar. 54.di.ſi ſciente.alij ꝯdicunt, & melius forte, l. q non eſt reddendus domino. 54.diſt.ex antiquis, & c. frequens.ſi uerò ſciente & non ꝯdicente, ſtatim efficitur liber. 54.diſt.ſi ſeruus ſci.ſi autem ignorante dño, ſed epo uel preſentatore ſciente, q ſit ſeruus tunc efficitur liber ſed: eps, uel præſentator dabit duos æquè bonos. 54. di. ſi ſeruus ab, ſi uerò non habeat, unde ſoluat, & domino ignorante eſt ordinatus ſeruus, reſtituetur dño ſed cum diſtinctione hac. ſ. ſi enim dño ignorante, & epo, & præſentatore ſit ordinatus, ſi eſt in minoribus ordinibus de ponitur, & reſtituitur domino 54. diſt. nulli, frequens, & c.ex antiquis, diaconus uerò, & ſubdi. dantur ſe uicarios, uel precium, & remanent liberi. 54. diſt. ex antiquis j. c. miramur, ſi autem nō habent uicarios, uel præcia, deponuntur, & reſtituuntur domini liiij. diſt. ex antiquis.

6 ¶ † Si uerò factus eſt ſacerdos liber eſt: ſed auſertur ei peculium, & datur dño, uel fruit ei in officijs 54 di. frequens, & c.ex antiquis ſi efficiatur monachus, uſque ad triennium poteſt repeti, & non ultra 54. diſt. ſer uus ſci. & etiam ſi ignorante domino factus ſit monachus, ſed in clerico, etiam ſi ignorante domino factus ſit clericus, ultra an. repetere non pōt, ut in eodem. c. ſi ſeruus ſci.

¶ Et eſt rō diuerſitatis in clerico, & monacho: quia clericus publicè manet; monachus ſecretò non tamen licebit domino manus in hunc clericum inijcere, 17. q. 4.ſi quis ſua. nec poteſt contrahere matrimonium propter uotum, quod uotū fingitur feciſſe in ſuſceptione or dinis quod potuit infra de cle.cōiu.quidā 84.di.cum in præterito, & cogendus erit per epm, ar. 97. diſt. imperator in alijs autem priuilegijs non gaudebit infra de cle. coniu. Ioannes, & c.ſe.idem dicimus in originariis, aſcripticijs, & in oibus, qui conditione ſeruili, uel ratiocinio, ſunt obligati 54. diſtin. frequens, quis aut, generalis, ſi quis; & in libertis, & alijs, ſi aliqđ obſequiū patronus ſib retinuit. 54.di. quicunque, uel in obligatis functionibu lj.di. præterea infra de obli.ad ra.ca.j.

SVMMARIVM.

1 *Acquiſita ab eccleſiarum libertis debent eſſe eccleſiæ.*

2 *Non poteſt libertus in ius patronum abſque uenia uocare.*
3 *Dominus ſponte ſeruum manumittens etiam ob leuem iniuriam ſeruitutem reuocat.*

DE famulis eccleſię [Parochias] ſubditas illi eccleſiæ, cuius ſerui ſunt [Tranſmittere] in teſtõ, alij idem etiam inter uiuos, quod nõ credimus.
1 ¶ †Pertinere] hoc eſt ſpeciale in libertis eccleſiarum, ꝗ omnia ab eis quocunque mõ acquiſita debent eſſe eccleſiæ. nam in nõ libertis ſecus. xij.q.iij.c.j.& in multis, ca. eiuſdem q.& ſequentis. in libertis autẽ priuatorum ſecus eſt. nam ibi, ſi liberti ſunt minores centenarijs, nihil tenentur relinquere patronis laicis, ſed ab inteſtato, ſi non habeant liberos, in totum ſuccedit patronus. ſed ſi liberos habent, in nihilum ſemper ſuccedit. ſi autẽ ſunt maiores cẽtenarijs, ſi habeãt liberos, niſi eos exheredẽt, nihil tenentur relinquere patronis. ſi uerò non habeant liberos, tenentur eis relinquere tertiam partem. & ſi nõ relinquent, ad totam tertiam, uel eius ſupplementum agent patroni bonorum poſſeſſione cõtratab. ſi uerò ſine liberis & inteſtati decedant, in totum ſuccederent patroni, inſti. de ſuc. li. ſed noſtra, & §. ſe. & hoc intelligim' tam in libertis eccleſiarum, qui manumiſſi ſunt, ut ſunt presbyteri, quam in alijs, dummodo liberti legitimos liberos non habeant. nam ſi haberent, crederem, ꝗ nõ tenerentur relinquere eccleſiæ, ut §. ſed cum noſtra, & quia parẽtes theſaurizant &c. xvj.q.j. prædicator. laici aũt nec hoc ius, nec aliquid habere poterunt in libertis eccleſiæ alias clericis.
2 ¶ † Accuſandi] i. agendi. nam nullus libertus abſque uenia põt in ius uocare patronum. ff. de in ius uo. quiſque §.j. xij.q.ij.§. qui ma. nam cum ſit uniuerſitas, non poteſt accuſari. ff. de dolo, ſi ex dolo, 14 q.3. ſi hæc. uel dic, ꝗ excipiendo, uel inquirendo non poterit agere de crimine, etiam ſi conſenſu capituli deliqſ dr̃ infra de ſymo. ueniens 16.q.6. placuit. ff. quod me. metu. §.j. [Accuſari] xij.q.ij. epſ, qui mãcipium [Teſtificandi] C. de teſti. l. libertorum. ff. de teſti. l.3. §. lege
3 ¶ † Libertatis] ꝑ iniuriam etiam leuẽ dñs ſponte manumittẽs ſeruum reuocat in ſeruitutem, ut hic xij.q.ij. octaua. C. ... lib. & eo. lib. ſi manumiſſus, niſi remiſiſſet patronatum propter obſequium autem impoſitum & non præſtitum non redigetur libertus in ſeruitutem. C. de li. cau. ſolo, nã nimis eſſet neceſſarium obſequium, puta ꝗ negauit alimenta. ff. de lib. agno. alimenta. tunc enim reuocabitur in ſeruitutem ex eiſdem cauſis, quibus reuocantur donationes, aut. ut liberi de cætero. §. illud. ſi uerè ex neceſſitate ſit tacito, liber, eadẽ eſt diſtinctio, ſed diuerſæ pænæ. ff. de iure pa. l.j. & his modis reuocantur in ſeruitutem laicorum patronorum liberti laici. Sed liberti clerici non reuocantur in ſeruitutem laicorum. nam non debent promoueri, niſi directè & ſine obſequio ſint manumiſſi. 54. di. quicunque: & ſi aliter ꝓmoti, ſunt reuocãtur ſm̃ diſtinctionẽ, quã no. ſupra ꝑx. c. ſpeciale igitur eſt in libertis eccleſiæ, qui ꝑꝑ obſequiũ impoſitum non præſtitum rediguntur in ſeruitutẽ; & ſic intelligo. xij.q.ij. diaco. nam ſi non eſſet impoſitum, non tenetur infra c. eo. & eſt aliud ſpeciale in libertis eccleſiæ quia filij eorum aſtricti ſunt eccleſiæ, ut ſuperſint liberti 12.q.2. de libertis: ſecus in libertis priuatorum. C. de li. & e. li. l.j. & ij. niſi quantum ad hoc ꝗ ꝑꝑ ſuã ingratitudinem filij libertorum uiuentibus parentibus rediguntur in ſeruitutem. alias. n. in ti. C. fruſtra adderetur, & eorum liberis. & ſit prædicta reuocatio propoſita hac accuſatione, & iudicis officio implorato.

NVllus [donauerit] ſub ea conditione, ut ſibi ſeruiret in horis canonicis: alias tamen põt ad aliam eccleſiam tranſire. j̃. eo. & no. hic patronum operas ſpirituales imponere; ſed debet imponere incontinenti poſt manumiſſionem. ff. de ope. li. ut inuitis. ff. de lib. cau. l. ul. §. ideo, uel incontinenti, quia quæ fiunt incontinenti, in eſſe uidentur. C. de pac. petens. ff. ſi cer. pe. lecta: alias q aguntur cum ſeruo in ſeruitute, eum non obligant. C. an ſer. ex ſuo. ſ. per totum. Itẽ alias operas præter has. ſ. ſpirituales. in liberto clerico non poterit retinere.

COnſuluit, & infra [conditionis] exiſtentem ſeruum.

EO libèrius, & infra [dominorum] ſ. clericorum. [Eccleſiæ] cuius ſerui fuerunt [Tenore.] i. intuitu, uel mõ, ar. ff. de tu. muto. §. ſub conditione. conditio. n. in ſpiritualibus eſſet illicita. j.q.ij. quã pio. ¶ Vel dic, ꝗ ſicut in matrimonio poteſt apponi conditio, ut fidem accipiat 28.q.j. iam nunc. & ita in ordine apponitur conditio, libertatis, ut hic j̃. de cond. appo. c. ij. nam cum libertas ſit res ſpiritualis, poteſt uenire in conditionem & commutationem j̃. de re. premu. ad quæſtiones. de hoc no. s. de ele. ſignificaſti. melius dicas, ꝗ non fuit appoſita in ordinatione conditio: ſed in manumiſſione retinuit ſibi operas ſpirituales; quod potuit, ut no. ſupra e. nullus. ¶ [Ad aliam] de licentia tñ epi: alias non licet. 72. di. per totũ 70. di. ſanctorum 21.q.j.c.j. & ij. ſed tunc non liceret, ſi patrona eccleſia contradiceret, cum quicquid ſibi acquirit, ei acquirit, ſupra eo. de famu. hoc non placet. imò credimus hanc diſtinctionem locum habere, ſicut iacet & in clericis, & in laicis.

MIramur non modicum, & infra [gaudet] s. de æta. & qua. à multis [Primitiua] lx. diſt. nullus in epiſcopum [Græco.] xxxj. diſt. ante xxviij. di. nullum [Vrbani] xxxij. di. erubeſcant, &c. nemo.

DIlectus f. G. [libera] qđ ſufficit, inſti. de inge. §. ſufficit, niſi in caſu. C. de inuti. ſti. qui autem.

## De obligatis ad ratiocinia ordinandis, uel non. Rub.

OBligatis. Pone aliquem obligatum etiam iuramento alicui curiæ, uel alij ad ſeruiendũ, uel in propria perſona, uel ad ſcribendum librum, uel ad regimen ciuitatis, nunquid poterit ingredi religionem? Reſpon. ſi nulla fraude ducitur, ſ. ut fugiat laborem, uel expenſas, ſed ſola charitate Dei, ſecurè ingrediatur: quia qui lege ducitur &c. xix.q.2. due. infra de reg. & tranſ. licet, tñ de bonis eius, quæ habet, uel etiam quæ obuenient poſt ingreſſum monaſterij, ſatisfiet illis, quibus obligatus erat xix. q. ult. ſi qua. C. de epi. & cle. Deo nobis. §.j. uel etiã ſi ſcribere ſcit, uel aliquod opus facere, quod poſſit exercere ſalua regula, & officio non neglecto, de illo ſatisfaciet, ar. xcj. diſtin. clericis. primo tñ deducet expenſas, ne ſit monaſterio oneroſus, ar. xvj.q.6. de lapſis. ſed illud loquitur de miſſis in monaſterium ad agendam pœnitentiam: in alijs aũt dicunt non deducendas expenſas, quia qui altari ſeruit &c. 12.q.2. ad rõcinia. Debitores ex cã mutui, uel alia huiuſmodi promoueri poſſunt, ff. de mu. & ho. reos. item curiales, qui ſena. exercent, ut tabelliones in ciuilibus cauſis 56. diſt. Oſius.

SVMMARIVM.

1 *Laici exiſtentes generales adminiſtratores fieri non debent clerici, niſi prius reddiderint rationem ſuæ adminiſtrationis.*

Lai-



2 *Laicus ſi in canonicum aſſumi debet, debet poſtulari, præſertim qui ratiocinijs obligatus fuit.*
3 *Quæ genera perſonarum non debeant promoueri.*
4 *Clerici non poſſunt publica uectigalia conducere.*

MAgnus epiſcopus. [dixit]. i. quæſiuit. [Procuratores, actores, executores, ſeu curatores] generales tã procu. q̃ ac. exe. & cu. ¶ Pupillorum] contra adminiſtratores pupillorum, & maiorum abſentiũ, ſi eligant, uel poſtulant in clericos, quilibet de eccleſia excipiens ꝯ eos admittit: ſed ſi eſſent adminiſtratores maiorũ pñtium, nõ admitterent alij ꝯ eos ꝑter ipſos, quorũ adminiſtratores fuerunt, nec ipſi niſi inf. a tẽpus ſtatutũ ſuprà de elec. ſtatuimus.
1 ¶ † Ordinari] hæc decre. dicit, ꝗ laici, qui ſunt gñales adminiſtratores, nõ debent fieri clerici, niſi prius reddiderint rationem ſuæ adminiſtrationis: ſed hoc non dicit, ꝗ clerici, qui gerunt generales adminiſtrationes etiam laicorum, prohibeantur eligi ad dignitates. & eſt ratio diuerſitatis: quia in primo caſu illi, quorum negocia gerunt, grauantur: quia ſui adminiſtratores forum mutant. in ſecundo aũt caſu nõ mutant. ſed contrà. xxj.q.iij.c.j. & ij. ubi dicitur, ꝗ clerici nõ debent tales adminiſtrationes ſuſcipere; & ſi acciperent, aut dimittant, aut deponantur: ſed certe, ſi rectè inſpicias, non contradicunt: quia ibi non prohibet, quin poſſint eligi, dum tolerantur [Dixit]. i. rñdit [honore] prædictorum
2 officiorũ. † Poſtulaſti.] no. ꝗ laicus, ſi debet aſſumi in canonicum, debet poſtulari, & maximè qui fuit ratiocinijs obligatus. & dicimus eum poſtulãdum à iudice, ſub quo debet reddere rõcinia. C. de epi. officiales, uocatis his, quorum negocia acta ſunt, & qui lædi poſſunt ex tali conceſſione. ff. de adop. nam dicimus ẽt ſolum conſenſum ad liberationem illius ſufficere, cui obligatus eſt. liiij. diſt. ſi quis, quicunq; [†munerari] obligati rõcinijs
3 non eccleſiaſticæ ſed ſeculari perſonæ: uel quia ſint & ꝑ fuerent procuratores gñales uel domorũ, uel actores cauſarum, uel executores negociorum, ſeu curatores pupillorum, & multofortius aliorum. alij ẽt officiales generales non debent promoueri, ut hic: imò ſi promoti fuerint, aut dimittent officium, aut remouebuntur. xxj.q.iij.c.j. & ij. infrà ne cleri. uel mona. c.j. & no. ꝗ non nominat tutores. nã ſi tutelam, uel curam egerit, uel quæ neceſſaria ſunt à legibus impoſita, aliquis gerat, nõ credo, ꝗ impediatur eius promotio, cũ ẽt promotus poſſit eam ſuſcipere. lxxxvj. diſt. peruenit. ſed & ſi aliarũ perſonarum miſerabiliũ procurationes, & adminiſtrationes ſuſceperint: tñ auctoritate epi eius ꝓmotio nõ impedit: quia ẽt ꝓmotus ſuſcipit. lxxxvj. diſt. peruenit. ſimiliter & eccleſiarum. lxxxix. diſt. indicatum. xvj.q.vij. noua. & ſunt hæc uera eo in officio ꝑmanente. ſi autẽ depoſuit adminiſtrationẽ, adhuc tñ obligatus eſt ex ea, & ſi quidem ſunt publica rõcinia, non debet ꝓmoueri ante ea reddita. imò reuocari debet ſi promoueatur. C. de epi. oſ. lj. di. præter ea. Si uerò ſunt priuata rõcinia, ſi in ipſa ꝓmotione mouetur ſibi qõ, aut primò mota eſt, diſtinguo. aut cõuenitur de dolo, & perfidia, aut de culpa. ſi cõuenitur de dolo, & perfidia, ante finitam litem ꝓmoueri nõ debet, ar. lxxxj. di. tantis. xxiii. di. illud; & ſic etiã põt intelligi hoc. c. ſi de culpa tm̃ conuenitur, ꝓmoueri indiſtinctè poteſt. ſi autem non ſit conuentus eodẽ modo, promoueri poteſt, niſi infamia ſit cum de dolo teneri. tunc enim ex officio iudicis inquiret. vi.q.i. infamis. alii non diſtinguunt inter publica ratiocinia, & priuata, nec an conueniatur de dolo, an de culpa, cum hæc diſtinctio nullo iure nitatur: imò omnia iura in contrarium ſonant, ſ. quòd pro quibuſcunq; ratiocinijs ſiue publicis, ſiue priuatis aſtringatur, promoueri non poteſt niſi prius ratiocinia reddita, ut hic. quòd autem dixi, nõ poſſunt eſſe procuratores, cauſarum, ſ. uel actionũ, intelligo coram iudice ſeculari, niſi pro eccleſia, uel miſerabilibus perſonis, & conſanguineis, & his, quorum negocia de iure gerit. ff. de poſtu. l.i. §.i. & l. ſe. & idem uidetur dicendum in procuratore, quod in aduocato; no. infrà de poſthu. c.i. coram eccleſiaſtico enim poſſunt & pro laicis, ar. eius, quod dicit de aduocato à ſrio ſenſu. j̃. de poſtu. c. i. ii. & iii.
4 ¶ † Item clerici nõ põt eſſe conductores. xxi.q.iii.c.ii. & intelligo publicorũ uectigalium: uel ubi conducant uilius, ut locent carius; quod non licet. C. loca milites. alias unam poſſeſſionem pro opere manuum ſuarum licitum eſt conducere miſerabilibus ꝑſonis & conſanguineis, quorum negocia de iure gerunt, authen. de ſan. epi. §. ſi aũt. xci. diſt. clericus uictum: ſed non credo ꝗ poſſit conducere uillarum redditus, ſed ſolummodo quod pro ſuis manibus operetur: aliter aũt cadit in uitiũ quæſtus; & cupiditatis. j̃. ne cle. c.i. arg. contra. j̃. ne pla. vi. ſ. c. vl. ſed ibi loquitur de eccleſia, à qua nõ eſt ꝓhibitum conducere. uel dic, ꝗ ubicunq; inueniatur, ꝗ clerici nõ poſſunt eſſe ꝓcuratores, uel hæc officia exercere, intelligẽdũ eſt gñaĩr. nã unũ negociũ clericorũ, uel laicorũ ꝓcurare, uel adminiſtrare nõ ꝓhibenẽ.

## De corpore uitiatis ordinandis, uel non. Rubrica.

DE presbytero [Capta.] Si dubitat, an ſcandalũ generet, recurrit ad arbitriũ epi. j̃. e. c. proxi. Itẽ an poſſit ei ꝑmittere celebrare in priuato, nõ publico, ut arg. j̃. c. ſignificauit. j̃. de cle. pere. tuæ. [Permittere] ꝯ. j̃. de cle. pu. in du. c.j. ꝯ. li. di. ſi qs poſt. ſol. hic diſpenſatio ibi ius cõe. ¶ Et' habes hic ar. ꝗ in multum enormi crimine & notorio diſpenſat eps. ad idẽ. j̃. de apoſta. c. ij. ſi aũt eſſet corpore uitiatus, nõ poſſet diſpenſare cum eo. l. di. uenio.

CVm de tua [in oculo] ff. de ædil. edi. qui clauum. §. ſed & polypoſus. [Canonici] & concubinæ [Cõſilio] puta ſi generat ſcandalũ, nõ cõfirmat electionẽ. ſi aũt nõ generat, cõfirmat. s. c. ꝑxi. [In quo]. i. in qua cõfirmatione. [Curauimus] ſolus. n. Papa diſpẽſare põt in hoc. s. de fil. ꝑsby. c. ult. l. di. nemo. uel dic, ꝗ cũ electo in epm põt diſpenſare niſi Papa in ꝑdictis. uel dic ꝗ archiepiſcopus poteſt diſpenſare; & hoc non negatur hic; ſed potius contrarium eſt uerum ſuprà de ele. innotuit.

EX parte B. [In cunabulis] tempore uitiatus ſponte, nulla cauſa interueniente, repellitur ab ordinibus: qa repellitur iã promotus. xxxiij. di. meritũ. lv. di. ꝗ partem, ſi quis a me. ſi aũt iuſta cã ſubeſſet, puta timor lepræ, non prohibetur incidi. j̃. eod. ex parte, niſi generet deformitatẽ. tunc. n. in omni caſu repelletur. lv. di. lator, ſi cuã. j̃. eo. c. ul. & idem eſt, ſi caſu, ut eiſdem c. [Niceñ. concilij] lv. diſt. ſi [quis à me, & c. ſi quis peregrè? [In canonibus] lv. diſt. eunuchus.

SVMMARIVM.

1 *An & quando uirilia ſectus poſſit promoueri.*
2 *Et quid requiratur ad hoc, ut ſit irregularis, qui ex indignatione ſe ſecat.*
3 *In caſu abſciſsionis membri poteſt epiſcopus etiam ſine auctoritate Papa diſpenſare.*

Significauit

1 SIgnificauit. [nobis] † uirilia quomodocũq; ſibi ſecauerit quis, uel ſecari mãdauit ſponte, ſiue ut obſequium pſtet deo, ut hic, ſiue ex indignatione, ſiue nimio dolore morbi, promoueri nõ põt. xxxiij. di. maritũ ſuprà eo. c. proxi. ſecus aũt, ſi à medicis, uel à ſeipſo, conſilio tñ medicorũ, uel à dñis, uel à barbaris, uel caſu fortuito ſectus ſit in mẽbris, q̃ nõ generant deformitatẽ. 55. di. ſi quis, eunuchus præcepta. ſic
2 .n. ſeruandum eſt, ſm q̃ diſtinximus ſupra c. proxi. ¶ † Et intellige, q̃ ad hoc, ut ſit irregularis ẽt q ex indignatione ſe ſecat, oportet, q̃ amiſerit aliquod mẽbrum, licet ſufficiat quãtumlibet uile. xxxiii. di. maritũ. idem eſt & ſi non amiſit mẽbrũ totum, ſed partẽ: ſed tñ eſt talis pars quæ deformitatem generet, unde generetur ſcandalum ſuprà eo. c. j. uel ẽt inhabilem reddit ad officiũ exequendum. j. eo. Thomas. unde licet indignans extraxerit ſibi dentem, uel quantũcunq; grauiter ſe ſecauerit, niſi mẽbrũ amiſerit, non eſt irregularis, uel ẽt potius corpore uitiatus. alij dicunt ſufficere ad irregularitatem, ſi nondum mẽbrũ, ſed ẽt ſi partem mẽbri, ẽt quæ non generat deformitatem, abſcindat ex indignatione. lv. diſt. ſi partem: hic. n. licet nõ poſſit repelli, quia corpore uitiatus: põt tñ repelli, quia ſponte ſe abſcidit: ſed nec retinere põt ſine diſpenſatione, ſi infamia inde ſit, uel notorium ſupra de tempo. or. c. ſi. alij autem non credunt, q̃ illi, q ſibi manus iniiciunt, non poſſunt promoueri ſine diſpenſatione. ar. contrà. lv. diſtin. qui partem. ſed illud intelligo, q̃ ex quo notorium eſt, q̃ ex indignatione partem digiti ſibi amputauit, non debet promoueri, ſine diſpenſatione: ſed alias ſecus, ſi amiſiſſet caſu, uel etiam ſi uerè eſſet notorium, q̃ ex indignatione feciſſet: quia tunc ex quo non generaret deformitatem, non impediretur promotio. ſi aũt ita ſecuerit, q̃ claudicaret, repellitur tã
3 tum: quia corpore uitiatus. ¶ † Et tua] auctoritas archiepiſcopi in hoc ualet, q̃ auctoritate Papæ poterit plus minusve ſaltẽ in minoribus criminibus diſpenſare; uel ſpãle eſt, q̃ qñ abſcidit uirilia pp Deum licet ſtultè, poſſit eps diſpenſare. ſine diſpenſatione aũt non poterat pmoueri, ut in ſuſceptis remanere. uel dic, q̃ iõ ſuã auctoritatem Papa addidit, ut ſecurius faceret, cum tantũ neceſſe non eſſet: hoc tñ non credo. item non diſtinguo, utrum inſtabat operi licito, necne, qñ uiciatus eſt, quantum ad hoc, ut irregularis fiat. ſed ad hoc prodeſt, quòd facilius diſpẽſabitur [Concedas] ex diſpenſatione, aliàs contrà. lv. diſt. ſi quis à me. Inno.

EX parte [M.] xxxiij. quæſt. ij. hoc ipſum infrà de cleri. ægro. tua nos.

EX poſuiſti nobis [Ordinis] bene dicit ordines. ipſos .n. ſuſcipiendo, & tacendo irregularitatẽ peccauit. lv. di. ex pænitentibus, & ſuprà de renun. niſi cum pridẽ §. pſonæ. lvj. di. quia. liiij. di. ſi ſeruus ſciens. nam ab abbatia nõ remouetur propter irregularitatem. l. diſtin. accedens. xvj. q. j. legi. ſupra de æta. & qua. tua ſed propter peccata taciturnitatis. lv. diſtin. ex pænitentibus. & propter hanc taciturnitatem non facit executionem ſic ſuſcepti ordinis, ſuprà de renun. niſi cum pridem. §. perſonæ. tenetur etiam confiteri crimina, de quibus eſt conuictus, confeſſus, uel deprehenſus, uel aliàs notoria. l. diſtin. ſi illc. alia autem crimina confiteri non tenetur: ſed ſi confiteatur, & diſpenſetur, ſecurus eſt, ut ulterius non accuſetur: aliter autem ſecus. xxxiiij. diſtin. c. ulti. uel dic, quod hic abbatia talis erat, quæ quærebat ſacerdotem abbatem.

THomas [pollicem] ſupra eod. c. j.

## De bigamis. Rubrica.

VT bigamine pænitentes.

SVMMARIVM.

1 *An liceat epiſcopo, uel Papæ diſpenſare cum bigamo.*
2 *Quo caſu Papa diſpenſat contra Apoſtolum.*
3 *Papa poteſt interpretari, & etiam addere euangelio, & eſt in adminiſtratione maior Paulo.*

SVper eo [quot. fra.] hic habes ar. q̃ hoc ipſo, q̃ aliquis epiſcopus promouerit aliquem, cũ quo diſpenſare põt, diſpenſare intelligitur, & no. ſuprà de fil. pſby. ueniens. ſed tu dic, q̃
1 hic apparebat, q̃ uolebat diſpenſare eps. ¶ † Diſpenſare] not. q̃ non licet diſpenſare cum bigamo, quod fateor in epõ. Papa aũt poteſt uſq; ad ſubdia. xxxiiij. di. lector. ſi aũt promoueatur, characterem recipit. quidã tñ dicunt q̃ characterẽ non recipit. Sed contra uř, q̃ nec ẽt Papæ liceat: quia eſt ꝯ apl̃m. xxv. q. j. ſunt
2 quidã. ¶ † Sed dicendum a eſt, q̃ nõ diſpenſat Papa ꝯ apl̃m in his, quæ pertinent ad articulos fidei. & fortè in his, q̃ ptinent ad gñalẽ ſtatũ eccleſiæ: ſed in alijs diſpenſat: quia licet apoſtolus dicat, uouete, & reddite dño iuramenta ueſtra; tñ in iuramento, ſeu uoto diſpenſat. xv. q. vj. iuratos. j. de uoto, p totũ quanuis poſſet dici, q̃ non uř diſpenſare in uoto; quod in melius cõmutat. j. de iureiu. peruenit. ¶ † Itẽ interp-
3 tari, & addere põt euãgelio, ut colligitur. j. de teſti. in omni. ij. q. iiij. præſul. Itẽ maior eſt Papa, quàm Paulus in adminiſtratione.

a ¶ *Sed dicendum eſt. adde hic, quæ notaui in ca. poſt tranſlationem, in fi. ſupra de renun. & ultra ibi addita adde, quòd Inn. hic allegat Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. & refert Fel. in c. quæ in eccleſiarum col. vij. in fi.*

DE bigamis. Quidam laici mortuis uxoribus ſuis promoti fuerunt in ſacerdotes, qui poſtmodũ ꝯhebant cũ alijs de facto quidã ſacerdotes, qui nunquam habuerunt uxores, cum uiduis contraxerunt.

SVMMARIVM.

1 *Opinio nonnunquam præiudicat ueritati.*
2 *Voluntas, non exitus, ſpectatur in maleficijs.*

SVper à nobis, &. j. [iuris] ſic. ff. de his, qui no. infa. qd ergo. §. ij. qñq; attendit magis affectus, q̃ effectus, uel quã ſcm ipſum, de pæ. di. j. §. hoc aũt j. de cle. nõ reſi. relatũ. j. de cõceſ. pb. & eccle. nõ ua. lſas. ff. de cõdi. inſtit. mulier. §. j. j. de ſpon. iuuenis [Iuris] nñ exigit, qđ de iure ualeat mřimoniũ [Deſtinatio] .i. tñ. q re, an aĩo habẽdi eã pro uxore eã accepit [Duas] .C. de adul. eũ qui [Partim] q a unã tñ põt hre de iure; aliã de facto [In canone] . xxvij. diſt. pſbyter de iure nullã hẽre põt: alias cũ nulla cõtrahere põt. neceſſe eſt ergo, q̃ de facto intelligat. ¶ † Reputandi] hic hẽs, q̃ opinio præiudi-
1 cat ueritati. j. de ſpõ. iuuenis. iij. q. vij. tria. ff. de offi. prætor. Barbarius. C. de teſta. l. j. xxij. q. ij. hoĩes. ff. ad Mace. l. iij. ꝯ. j. q ſi. ſint le. p tuas. vij. di. ueritate. lxxxj. di. quicũq; & C. plus ua. quod ag. l. j. & ij & ij & eſt uerum, q̃ ueritas præualet opinioni. contraria caſualia ſunt. præfertur enim opinio in fauorem contrahentium, & odium decipientiũ. ff. ad Mace. l. iij. uel in fauorem plis, & teſtamentorum



mentorum j. qui fil. ſint leg. cum inter. C. de teſta. l. j. uel aliqua cõis opinio præfertur, ueritati. ff. de offi. pto. Barbarius. [Reputandus] quod fatemur. hic. n. pp intentionẽ quo ad diſpenſationẽ bigamus dicitur. ¶ Quæſtione] quæſtio talis fuit, an eps poſſit diſpenſare cum aliquo in ſacris ordinibus conſtituto, qui ante ſacros ordines aliquam habuit uxorem, & poſt ſacros ordines aliquam ſibi copulauit pro uxore. Et erat cã dubitationis: quia ſecundum matrimonium non tenebat; & ideo non uideba
2 tur bigamus reputandus [Clericis] † in maleficijs ſpectatur uoluntas non exitus. 48. di. c. ui. ff. ad l. Cor. de ſic. diuus. C. e. ſeruo. [Clericis] idem dicerem in monacho xxvij. q. j. quodcunque. idem in eo, qui duas uxores habuit de facto [Clericis] in ſacris ordinibus conſtitutis.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſignificat illud Pauli, oportet epiſcopum eſſe unius uxo.*
2 *Matrimonium inter duos ſignificat unam eccleſiã uni uiro Chriſto ſubditam.*
3 *Quare exigitur maior caſtitas in uxore, quam in uiro.*

DEbitum Paſtoralis officij, & j. [coniugio] confirmato [Vnus] i. idem uolens, uel. i. cum amãs.
1 c. ¶ † Iuxta q̃] i. ad oſtendẽdum, q̃ carnalis copula ſigñat ſacrm incarnationis Chriſti, & q̃ tantum inter duos coniuges eſt ſacramẽtum illud, quod in matrimonio ſignatur, i. una eccleſia uni uiro Chriſto ſubdita non eſt aũt ſacramentum hic, ubi alter coniugum carnem ſuam in plures diuiſit [Protoplauſtus] i. Adam primo plaſmatus. [Sacramentum] ſed nonne, & qui nullã habuit hoc ſignare non poteſt; ergo nec promoueri? Reſpon. non requiri ſacramẽtum ſed prohiberi defectum, qui defectus non eſt in eo, qui non contraxit, cum ea autoritas, oportet epiſcopum eſſe unius uxo. exponitur negatiuè. i. non plurĩ. hoc aũt eſt ſacramentũ. eps. n. unius uxoris uir ſignificat eccleſiam ex omnibus gentibus collectam uni uiro Chriſto ſubditam 26. diſt. c. acutius. qui autem plures uxores habuit, uel qui maritus eſt uiduæ, hoc ſignificare non poteſt. ¶ Sed quæres, quomodo ex hoc autoritatem ſumit hoc ſacramentum? Reſpon. ex eo, q̃ in ſingulari numero poſuit os, caro, carne, uxori, & ex uerbo ultimo, erunt duo in carne una, quaſi nõ di-
2 uident carnes ſuas in plures. ¶ † Sacramenti] illius. ſcilicet, quia matrimoniũ inter duos tantum ſignat unam eccleſiam uni uiro Chriſto ſubditã. in ſecundo autem coniugio non eſt hoc ſacramentum, nec eſſe põt, imo potius poſſet ſignificare plures eccleſias uni uiro ſubditas. miniſterium autem incarnationis bene poteſt ſignare in ſecundo matrimonio [Promoueri]. xxxiij. diſtinct. maritum & cap. ſi quis ¶ † Carnem] ſed quare magis exigi-
3 tur in uxore, quàm in uiro? nam maritus corruptæ promoueri non poteſt xxxiij. diſt. curandum præcipimus, ſicut ſi uir. ille autem. qui poſt uxorem habuit concubinam, promoueri poteſt. xxxiiij. diſt. fraternitatis. Vg. dicit, q̃ uir ſignificat eccleſiam, quæ ſæpe adulteretur orbitando a fide; & ita non deeſt ſignificatio ſacramenti, licet uir adulteretur. uxor autem ſignificat Chriſtum qui nunquam eccleſiam dimiſit. ipſe enim eſt fons uiuus, cui non cõmunicat alienus. ego credo, q̃ uir ſignificat Chriſtum, qui ſibi copulauit ſynagogam, & poſt eccleſiam, & ideo non nocet ſi uir, diuidit carnem ſuam in plures. uxor autem eccleſiam, quæ ſemper uirgo permanſit ſaltem mente: unde, deſpondi enim uos uni uiro, & c. xxvij. quæſt. j. nuptiarum. unde ſi uxor in plures carnem ſuam diuidat, deficit in ea ſacramentum. [Ad ſacerdotium.] xxxiij. diſt. Valentino.

QVia circa minima, & infra [habentes] non affectu matrimoniali; alias contra ſupra e. nuper Innocẽ.

A Nobis &c.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit differentia inter cõmendaticias & dimiſſorias literas.*
2 *Quis nam poſſit concedere commendaticias literas.*
3 *An poſſint abbates literas dimiſſorias dare.*

## De clericis peregrinis. Rub.

1 NOta, † q̃ aliæ ſunt literæ commendaticiæ, & aliæ dimiſſoriæ cõmendaticiæ dicunt, per quas q̃s cõmendatur de uita & moribus. exprimuntur ẽt ordines ibi, quos habet, arg. lxxij. di. c. pe. & ult. Literæ autem dimiſſoriæ dicuntur, per quas dimittitur a iuriſdictione prælati. 72. di. c. ul. has autẽ non põt concedere prælatus minor
2 epo. j. de offic. archi. ſignificaſti. † Commendaticias credo poſſe concedere quoſlibet bonos prælatos, ar. infra e. inter nam ibi innuitur quòd nõ ſolum per literas epiſcopi, ſed etiam per alia ar. poteſt conſtare de ipſis ordinibus, ut licite poſſit promoueri & celebrare. & hic etiã non dicitur, q̃ nullus iſtorum. v. eum ordinauit. ¶ Quidam tamen dicunt, q̃ quo ad ordines. ſ. ut recipiatur in ordine ſuo ad celebrandum, ſolus eps, qui ordinat, põt. concedere commendaticias, ar. lxxij. diſt. c. ult. ſed tunc tñ poteſt ab alio epo ordinari, quando per literas ſui epi ſit dimiſſus: uel alius caſus concurrat, in quo licitè
3 de iure ab alio epiſcopo ordinet. & ideo no. † quòd nullus epiſcopus debet ordinare clericum alterius epi, & ſi fecerit, irrita eſt eius ordinatio quo ad executionem. ſimile. ix. q. iij. epiſcopum, niſi alius epiſcopus daret ei beneficium. nam tũc cum rõne beneficij fiat de iuriſdictione ſecundi epiſcopi, bene poteſt ordinare eum, cum etiã poſſit eum iudicare ix. q. iij. c. j. & ij. j. de paroch. c. nullus, ſed remanet de iuriſdictione primi epiſcopi, ppter beneficium, quod ab eo habet, nec amittit ſed contra. lxxj di. c. j. & lxxij. di. per totum. ſo. illa. c. loquunturq̃ clericus a iuriſdictione epiſcopi ſecundi ex toto eximebatur a primo; puta q̃ habeat tale beneficium a primo epiſcopo, uel quod de iure, uel conſuetudine cũ alio beneficio poſſidere non poterat. & idem eſt, ſi beneficiũ quod ſecundo ſibi datur, eo modo tale ſit, quod cũ primo poſſidere non poſſit. nam & hæc fuit intentio canonum illorum, q̃ clericum alterius epiſcopi ſine eius uoluntate ſibi ex toto auferre non poſſit. ſed ſi detur ei pbenda in ſua iuriſdictione, cum ei hoc liceat, non tolerando tum primo epiſcopo, ut no. j. de præben. cum iã, & per conſequens ex quo dat ei præbendam, poterit eũ ordinare, licet ſit curialius non ordinare ſine licentia primi ordinatoris. ¶ De abbatibus autem, an poſſint literas dimiſſorias dare, dic, ut ſuprà de renun. c. ſi. ſed quid dices de abbatibus exemptis & alijs? rñ. q̃ ipſi literas dimiſſorias poſſunt concedere, ſi ita ſunt exempti, quòd diœceſani non habent in clericis eorum ordinationem, quod rariſsimè conceditur alicui. nam & tunc cum in omnibus quo ad ordines, & quo ad iuriſdictionẽ pertinent ad exemptos, & per conſequens literas dimiſſorias concederent.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Qua de cauſa quinque ſigilla requirantur in literis teſtimonialibus clericorum transmarinorum.*
2 *Nunquid clerici incogniti permittendi ſint celebrare.*
3 *An ſufficiat oſtendere literas de ſacerdotio ad hoc, ut credatur, quòd quis ſit ſacerdos.*

1 TVa nos duxit [Statuta] 98.diſt.ꝑ totũ.¶† Quin
que]ideo plura requiruntur, quia ſunt ignota.
nam ſi eſſet uni notũ, ipſi ſoli crederetur.j̃.de
proba.poſt ceſsi.89.di.quamuis 71.di.ex̃neo.62.di.ꝑ to
tũ.& idẽ ẽt ſi per teſtes & crederem duos ſufficere.j̃.eo.
tuæ.& credimus ſufficere.v.ſigilla ep̃orum ignota: opor
tet tñ aliquam notitiam haberi de ſigillis, uel de cleri-
cis ſaltem per famam.item hoc habet locũ in his, ubi nul
lum aut modicum præiudicium alij generatur.ſi autem
aliquantulum præiudicium magnum generatur, nõ cre-
ditur eis niſi per collationem ſigillorum: uel alias legi-
timè probetur, ar.in aut̃.de inſtru.cau.j̃.de fi.inſtru.c.2.
[Ep̃orum]non aliorum inferiorum prælatorum[ Alijs]
etiam citra marinis clericis.¶ [Obſeruandæ ] hoc. c. lo
quitur in his, qui poſtulant recipi ut clerici in ordine
ſuo.nam ſi tanquã uiatores petãt recipi, non ſunt ita ſub
tiliter examinandi.xlij.di. quieſcamus, & permittendi
ſunt ſecretò celebrare infra c.tuę.de conſe.di.2. nõ pro
2 hibeant.7.q.j.epiſcopi. ¶† In ſuſpenſione] ideſt proba-
tione.non enim ſuſpenſi ſunt neque ab homine, neque a
iure:imo ſine peccato poſſent celebrare, dummodò in lo
co eſſent, ubi celebrare poſſent.ſed plebes ſuſpenſę.i.pro
hibitæ ſunt audire eorum officia.ſi autem diceretur ip-
ſe ſuſpenſus uel a iudice, uel a iure, & celebret, eſſet irre-
gularis, & ſolus Papa poſſet diſpenſare cum eo.xj.q. iij.
ſi quis ep̃s dam.in hoc.n.caſu põt diſpenſare epiſcopus,
infra e.c.ſi.dicimus ergo, ꝙ cum eo hoc caſu poterit di-
ſpenſare epiſcopus, etiam ſi celebrauerit populo, licet
non debuerit celebrare ſine diſpenſatione. ſimile dici-
mus, licet quis deprehenſus in publico crimine non de
beat celebrare, niſi cum eo diſpenſent tamen ſi celebra-
uerit non præcedente diſpenſatione, etiam epiſcopus po
terit ſuper hoc diſpenſare, cum ei prohibitum non inue
niatur.poſſet etiam dici, ꝙ ſi hic ſuſpenſus eſſet a iure,
qđ ep̃s diſpenſare poſſet, & c.ſi quis ep̃s dam.loquitur ta
tum de ſuſpenſis ab homine, non a iure.de hoc tamẽ ali
bi plenius notabimus j̃.de cle.ex.mi. ſi cele. [ De acti-
3 bus] ff.nau.ca.ſta.l.ulti.§.ac. ¶† Inferioribus ] not.non
ſufficit oſtendere literas, ꝙ ordinatus ſit in ſacerdote,
niſi habeat literas de quolibet ordine, niſi forte qui or
dinauit in ſacerdotem, ſit tantæ diſcretionis, ꝙ præſumẽ
dum ſit de eo, ꝙ non ordinaſſet eum, niſi habuiſſet lite-
ras ab eo, qui ordinauit ĩ diaconũ, & ad alios ordines.&
tunc non quæram literas ſuper diaconatu, ar.j̃.c.proxi.
nec in alijs ordinibus.¶ Diſpenſari]i.prouideri, ut cele
bret in ordine ſuo, & ſit hoc ſine diſpenſatione ſolenni,
de qua dixi s̃.ſupra de fil.pre.ueniens.uel dic, ꝙ diſpen
ſatio neceſſaria eſt ꝑꝑ hoc ꝙ clericus eſt ignotus, teſti-
moniales literæ ignote.& hanc diſpenſationem non põt
facere niſi ep̃s infra e.c.ult.& hoc magis placet.

INter quatuor & infra[argumenta]ſigilla no. ordinatorum, uel per teſtes infra e.prox.uel per alia probabilia indicia, uti quidam dicunt, ar.ij.q. 6.§.diffinitiua.§. nulli homini infra de præſum. literas xxxij.q.j.dixit 27. q.ij.non aliqua, & C.de rei uen.iudicia.nam cum hoc q̃rat alterius patrimonium, & in ſpiritualibus ſufficiat credere, & alias ſit bonæ uitæ, & habeat.v.ſigilla epiſcoporum, licet ignota ſint ſigilla, ſi aliqua noticiã habetur ꝑ famam, uel alio modo uel de epiſcopis, uel territ corũ, licet alias non ſit ſufficiens probatio tñ præſenti caſu tales crederem poſſe admitti.[Conuerſatio] immo utrunque eſt neceſſarium teſtimonium ordinum ſuſceptorum & probatio uite ſupra c.proxi.

TVæ fra, & infra [canonica] de conſe.di.ij.tribus, ad omnes ordines de hoc ſupra eo. c.j.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt aſſumendus de aliena eccleſia ſacerdos, uel prælatus, cũ reperiatur idoneus in eadem.*
2 *Nunquid liceat exemptis aliquos in ſuis eccleſiis recipere ſine licentia epiſcopi.*
3 *Inſtituti abſque ſcientia epiſcopi remouentur, niſi cum eis uoluerit diſpenſare.*

DE nobis propo.[clericos] & malè ignotos, & ẽt
pernotus; ſed ad celebrandum bene poſſet eos
admittere ẽt ſine licentia ep̃i, ſi eos plenè no-
ſceret, non per litteras, quia ſolis epiſcopis eſt ſeruata
1 hæc cognitio.† [Inſtituere] hoc eis non licet, immo nec
epiſcopo, niſi habeat licentiam eius epiſcopi, cuius cleri
cus eſt lxx.diſt.per totum inferioribus autem prælatis
etiam cum licentia prioris prælati non eſt licitum ali-
quem inſtituere in eccleſia ſua, niſi primò epiſcopus diœ
ceſanus approbet, & diſpenſet, ut hic expreſſe habes 72.
di.hortamur.& hoc eſt ea ratione, quia aliquando cre-
derent aliquas literas ſufficientes, quæ non eſſent. uel
poſſet ille clericus habere alia impedimenta, ſed nec ad
mittere poſſunt ad celebrandum populo 71.diſt. extra
neo; ſicut nec eis licet dimiſſorias dare literas, ſed epi-
ſcopo tantum.72.diſtin.extraneo infra de of.ar. ſignifi-
2 ficaſti.¶ † Quid dices de exemptis, an poſſunt in ſuis ec
cleſijs aliquos recipere? Reſpon. epiſcopus in perſonam
ſacerdotis recepti ab exemptis põt animaduertere cum
in ſua diœceſi.delinquat celebrando.6.q.iij.placuit. C.
ubi de cri.agi.aut̃.quæ in prouincia, niſi forte & familia
res exemptorum ſint exempti, quia tenor priuilegij dili
genter eſt obſeruandus infra de priuil.porro. Non erit
ergo exemptis licitum aliquem clericum recipere ſine
licentia epiſcopi diœce.ſed ſi ipſe. epiſcopus malicioſè
differret ſuum dare aſſenſum, ageretur ad hoc coram ſu
periore, ar.infra de iure pa.paſtoralis, & potes dicere, ꝙ
non eſt neceſſe epiſcopum ſuum præſtare aſſenſum, ſed
tantum cognoſcere de literis dimiſſorijs. poſtquam au-
tem pronunciauerit eũ plenè dimiſſum, licitum eſt exẽ-
ptis eum accipere. & hoc eſt uerum ubi loca exempto-
rum populum habent alias enim pro ſe & ſuis locis exẽ-
ptis ſine licentia epiſcopi licet eis accipere clericos, dũ-
modo habeãt literas dimiſſorias.nec ob.quod dicitur ꝙ
ratione delicti poſſint in eos animaduertere, intermit-
titur ei pœna.quia non deliquit.uel dic quòd illud in-
3 telligitur de non exemptis ſpeciali priuilegio. † [Ex di
ſpenſatione] non poteſt epiſcopus diſpenſare in hoc, qđ
ſi non habet literas dimiſſorias, remaneat in eccleſia:
ſed in hoc diſpenſat, quia ex quo male inſtitutus eſt in
eccleſia, debet eijci, ſed diſpenſatur cum eo, quòd re-
maneat.ſed nunquid eſt etiam neceſſaria diſpenſatio in
his, qui aliquo contempto ſunt electi, uel poſt app.Re-
ſpon.non quia ibi electio eſt canonica, licet poſſet caſſa-
ri: ſed hic ſecus, ar.ſupra de ele.quòd ſicut, ubi de hoc
no.uel dic quòd hic non recipit executionem inſtitutio
nis ſuę, niſi fuerit cum eo diſpenſatum.ix.q.ij.Lugdun.&
2 ¶†Item uidetur,ꝙ de iure eſt, ꝙ uaſalli licet teneãtur eſſe in conſilio;& auxilio, ꝙ dñi non lædãtur.22.q.5. de forma;non tñ milites dñt ire cũ armis in ſeruitio eo rũ.nec aduocati tenentur pro eis aduocare, uel alia ſeruitia eis exhibere,niſi ex pactis ad hoc teneantur, cum non teneantur ad munera perſonalia cũ ſumptu,uel ſine ſumptu,niſi ex pacto.de hoc no.ĵ.de immu.eccle.ͤnõ minus.uel niſi in caſibus,qui ponuntur in uſibus feudorum:uel niſi ex conſuetudine,uel alio iure ſpeciali debeant teneri.¶Sed contra prædicta vř.ſ. ꝙ dñs uocans alios non debet teneri de dãnis datis in bello:quia caſus fortuiti non dñt imputari ſibi.ĵ. de homi.c. Ioannes. Sed rñ.ꝙ hic non fuit caſus fortui us, qui de facili potuit præuideri à uocante,ſ.ꝙ ſi iret ad bellum,ꝙ de facili poſſet expoliari & capi:quia dubius eſt euentus belli.

3 ¶†Secus tñ eſt in commodatore : quia ſi commodat æquum,uel arma ad bellum,& ibi amittantur,non cõpetit actio ad ea repetenda.ff.commo.ſi ut certo.§. ſed interdum,& hoc erit ea rõne:quia non exceſſit fines cõtractus:quia ad eum uſum uſus eſt,ad quem accommodatũ accepit.idem eſt in locatione equorũ,uel armorũ: quia ſi ibi capiantur,cõductor nõ tenetur ad emendam quia ſic ea cõduxit.ff.loc.l.uideamus.§.ſi hoc. & cõmo. l.ſi.

4 ¶†Mandatarius aũt,qui uocatur ad bellũ, licet pſci re potuit,ꝙ equũ de facili amittere poterat;ſciebat tñ, ꝙ ꝑ actionẽ mandati cõſequi poterat à mandatore impendia ſua,& dãna.ff.manda. itẽ caſus.§. impendia,&.l. ꝗ mutuã.§.ſi.¶Sed locator debet eſſe cõtentus mercede ſua.uñ nec tenetur cõductor,dũmõ dolũ,uel culpã non cõmiſerit. cõmodatarius ẽt nõ teneť,niſi de dolo,& lata culpa uel leui,& leuiſſima.ſed cõſtat,ꝙ ille,ꝗ utitur equo ad cũ uſum,ad quẽ ei cõmodatus eſt,nec etiam in minima culpa eſt.hæc aũt in mandatario non attendũtur.imò,qñ mandatarius melius implet mandatũ, tunc habet actionẽ manda.ad impẽdia,& dãna, dũmõ abſint dolus,& culpa.

5 ¶†In iuſto aũt bello, quod fit ex edicto principis,dicimus,ꝙ res occupatæ ſunt capientiũ, & liberi hoĩes capti fiunt ſerui.ff.de cap.& poſt. reuer.hoſtes.ff de uerbo ſigni.boues.Si uerò non ſit bellũ ex edicto principis,ſed alias ſit iuſtum ; puta quia eſt ad defenſionẽ rerũ ſuarum,uel ꝑ executione iuris ſui ; tunc diſtingue,quia ſi ille,qui bellum tale gerit,hẽt iuriſdictionem,põt ſtatuere,ꝙ quicunq; inuaſerit aliquem,liceat inuaſo bona inuaſoris capere,& ſua facere, & ẽt in uaſorẽ detinere,quouſq; eũ dño aſſignet,ut no.ĵ.de ſenten.excõ.a nobis.Itẽ ſi ſuper hoc nõ fecerit aliquã conſtitutionẽ,põt tñ dãnare de inuaſione facta intra fines ſuę iuriſdictionis.C.ubi de crimine agi oportet,authẽ. qua in prouincia.¶Si autẽ ille,qui tale bellũ iuſte agit nullam habet iuriſdictionem ſuper eo ꝑ quo bellũ agitur,& tñ qa iuſte pugnat,puta qa alius inuadit ipſum, & ipſe ſe & res ſuas defendit;& tunc licet uim vi repellere,& ẽt in repellendo hoĩes percutere,& ẽt occidere, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ,ut no.ſ. de reſti.ſpo.olim,in ſi.tunc tñ non licet ei bona eius capere, nec capiendo ea ſua facere,nec licet inuaſorẽ detinere. & tunc nõ cõpetit inuaſori cõtra hunc ſpoliatorẽ actio, vi bono.rap.nec actio iniuriarũ:quia obſtat ei exceptio paris criminis.ĵ.de adul.intelleximus,ubi no.ſed bene cõpetit rei uin.quia dominiũ remanet penes eũ , ſicut prius.ff.de rei uin.l.in rem actio.

6 ¶†Sed quæres, ſi mihi repetenti meũ reddere deneges, & ego meũ uiolenter aufero nunꝗd tibi competit actio, vi bo.rap.arg. ꝙ ſic ff.quod me.cau.l.extat.¶Sed ex prædictis vř,ꝙ debet tibi obſtare exceptio paris delicti: quia delinquis ita tu denegando,quod meũ eſt,ſicut ego,qui ui rapio.So.cir ca diuerſa ſunt hæc delicta;& ideò nõ cõpenſanť hic tñ conſtat,ꝙ exceptio culpæ non impedit proſecutionem actionis de dolo,uel criminis.ff.ſolu.matr.ſi mora.Alii dicunt in prædicto caſu,& uidetur melius.ſ. qñ ſpoliatus ſpoliauit ſuum ſpoliatorẽ,utriq; contra alterũ competit actio;ui bono.ra.& ẽt iniuriarũ.Sed bñ cõpetit alteri ſpoliatori exceptio cõpenſationis in tantũ,quãtũ æſtimabitur ſpolium,uel iniuria alterius.ſic.n.intelligitur,ꝙ dolus dolo cõpenſatur.ff.de dolo,ſi duo, & paria crimina mu.cõ.tol.ĵ.de adul. intelleximus.¶Itẽ ſit compenſatio inter delinquentes quo ad mutua paria debita, ẽt ſi nõ ſint pecuniaria,ut in redditione debiti cõiugalis,& in receptione dotis, & donationis ꝑꝑ nuptias: & ſic intelligitur.ĵ.de adul.intelleximus.ff.ſolu.mat.uiro.

7 ¶†Quo ad pœnas aũt temporales,uel etiã ſpũales, uel etiam quo ad pecuniarias, quæ applicãtur fiſco,nulla ſit cõpenſatio:imò oẽs,qui delinquunt,& illi tñ puniuntur,ut patet.C.de mõ mul per totũ.ĵ.de his,ꝗ ſiũt à maio.par.c. quæſiuit.Itẽ vř,ꝙ iſte mandator,ꝗ uocauit alios ad exercitũ,qui amiſerunt equos,& arma,hẽt actionem ui bonorũ rapto.ꝯ raptorem pro rebus ablatis uocatis,cũ ſua interſit:quia actione mandati tenetur eis ad ſatisfactionem tu tñ dicas contrariũ:& hoc ea rõne,quia res ablatæ non erant in bonis mandatoris, nec de bonis eius proceſſerãt.ff.vi bo.rap.l.ij.§.in hac actione.actio.n fur.uel bo.rap.non competit niſi ei, qui habuit dominium,uel poſſeſſionem,uel detentionem,uel aliquod ius,ut eſt ille,cui res obligata eſt pignori , ſed nõdũ tradita.ff.de præſcri.uer.ſi rem.§.ſi quis.ff.de fur. ſi is qui rem,&.l.homines, ergo expoliati ſinguli agere dñt.¶Sed contra.ĵ.de iniuriis.c.pe.ſolu.ibi.idem vř, ſi etiam mandator eis promiſiſſet,ꝙ ſeruaret eos indẽnes.ff.locati.l.quæro.¶In his aũt caſibus,& ſimilibus ex pediens eſt conſilium,ut mandator ſatisfaciat ſpoliatis:ſed ante ſatiſfactionẽ ſibi cedi faciat actionem.ſic.n. agere poterit cõtra ſpoliatores.C.man.l.pe.& ulti.poſt ſolutionẽ aũt non prodeſſet facta ceſſio,niſi & de ipſa facienda antea conueniſſet.ff.de ſolu.l. Modeſtinus. ꝗd ſi ego mandaui alicui,ꝙ faceret mihi ædificiũ in inſula circundata mari:& mandatarius uolens adimplere mãdatum accepit ſeruos,& pecuniã,& calcem,& aliã materiam ędificij,quã prius habebat nõ ob hanc cãm,ſed ob aliam,& ea oĩa mittat per mare ꝑ mãdato ædificij implendo,& oĩa naufragio pereant:nullo mõ de hoc dãno tenetur mandator:qa caſui imputandũ eſt,& nõ manda to.ff.manda.inter cãs.§.nõ oĩa. Sic.n. hæc oĩa poterant uenire caſu fortuito domi remanendo, ſicut perierunt eundo ꝑ mare,licet pluribus caſibus & frequẽtibus ſubiaceant eundo ꝑ mare,ꝗ remanendo domi.nõ.n.caſus fortuiti æſtimandi ſunt.iſte enim propter mandatum nihil amiſit,ſed propter caſum tñ,ut dicit lex.pal le.¶Et ſi aliud dř,ſequitur magna abſurditas,ſ.ꝙ ſi per unum ſolum



ſolum paſſum prædicta portata eſſent,uel etiam ſolum modo portari deſtinata,& fulgure,uel alio fortuito caſu perijſſent, ꝙ mandator teneretur, qđ abſurdum eſt dicere,uel ſentire Sed ſi ſeruos, uel materiam ædificii emiſſet propter ædificium,uel pecuniam mutuo accepiſſet,uel ꝑꝑ ædificium alienare omiſiſſet,& hoc caſu fortuito periiſſet,bñ tenetur mandator mandati,ẽt ſi in eo dem modo apud mandatarium perijſſent.probatur hoc ff.de condi.ob cau.ſi pecuniam.ff.manda.ſi procuratorẽ §.ul.& l.ſeq.§.item Papi.& §.item Labeo,& l.ſi quis alíqui,& l.inter cauſas.§.impendia,& l. qui mutuam. §. ſi. ff de neg.geſt.ſed an ultro iſte enim non ꝑꝑ caſum fortuitum tñ hoc amittit,ſed ꝑꝑ mandatum:quia nũquam hic emiſſet,uel mutuo accepiſſet,niſi ꝑꝑ mandatũ implendum hoc feciſſet,& ideo de eo tenendus eſt.

8 ¶†Sed dices,eodem modo nunquam amiſiſſet prædicta,niſi mãdatum præceſſiſſet,quia nunquam mari expoſuiſſet.Reſpon.neſcis,ſi alio caſu fortuito perijſſent, etiam ſi domi ſtetiſſent,cum infiniti ſint caſus, qui præuideri non poſſunt.C.de uſu.l.penul.circa medium . C.de præſcri. 30.anno.l.ſi.ante finem.In ſocietate tñ ſecus eſt:quia ſocius tenetur ſocio,ſi aliqua amittat caſu fortuito , ſi ea ſecum non tuliſſet,niſi ad negociandum iuiſſet.ff.pro ſocio,cum duobus.§.quidam.& eſt rõ diuerſitatis, quia ſocietas eſt quaſi quædam fraternitas,& ideo magis debet cõicare damna,& lucra.

9 ¶ † Item quia ſocietas ſit cauſa lucri,& ob uberiorem quæſtum,& quaſi fratres participant ſibi lucra.unde damna participare dicunť. ff.ꝑ ſo. l.chori ſocietatem,& l.ſe.& l.cum duobus.§. Pap. alias eſt lex,& incipit,ſi fratres,& §.ſed.æquum enim eſt , ut qui patitur lucrum,patiatur & damnum.ff.de re.iu.l.ſecundum naturam.¶Quidam dicũt idem ſeruandum inter mandatorem,& mandatarium.& hoc certum eſt,ꝗ ſi ſic ſeruetur.urbanum eſt certe,& de iure.Item uř,ſiue prius ſuas,ſiue de nouo emptas caſu fortuito amiſit,dũ modo caſus talis ſit,quem non incurriſſet,niſi mãdatum accepiſſet,ut in l.præællc.ff.de condi.ob cau. ſi pecuniã. §.ſi.ff.pro ſo.cum duobus.§.quidam.ff.man.inter cauſas §.impendia.ff.de nego.geſt.ſed an. Si autem non eſſet talis caſus,qui ꝑꝑ mandatum contingit,ſed etiam alias ꝯtigiſſet,tunc non haberet actionẽ mandati, & ſic intelligitur.ff.manda.inter.§.non omnia [ipſum] Hic. [ negligit] ſupra eod.peruenit.

NImis [temporale] ſupra de maioritate, & obediẽ. ſolitæ.

PEtitio [Extorſit] precibus importunis,uel etiã metu,qui caderet in conſtãtem uirum alias enim ſecus ut no.ſuprà eo.ad noſtram [ipſum] hæc uerba ſequentem interpretationem recipiunt, quia agebatur hic inter eos,quod ex illis uerbis apparet,conſpirationes &c. alias ſi generaliter agereť,ꝙ in nullo negocio eſſent cõtra eum.tunc enim in negocijs eccleſiæ non aſtringerentur,ut ſuprà e.c.ij.ſed in ſuis propriis deberent obtinere abſolutionem,ſi iuſtus erat metus, uel alia cauſa rationabilis,quare fuit iuramẽtum extortum,ut no.ſupra in c.quod me.cauſa ad aures [ſpecialibus] ff. loca.l. qui inſulam.§.ulti. C. de ſo. inquiſitio,argu.ff. de pac.cum eo. in aut. ut diffe. iudi.§. ſi uerò refu. ff. ſi ſerui. uindi.alterius.

EX literis [G.] debitore [E.] creditore [ a partibus ] per quas poteſt melius ueritas habeti,unde & ad eas eſt recurrendum.ff.de procu.ſi actor.C. de procu.l.ſi.ſuprà de iura.calum.cum in cauſa,ubi no.¶Iſtud autem iuramentum licet dicatur de ueritate dicenda, non eſt tñ de his,quæ quis uidit,ſed eſt tantum de his ꝗ quis indubitanter nouit a nã non uidi Chriſtũ crucifigi,& tamẽ firmiter hoc noui.Item nõ uidi Cõſtantinum,nec Iuſtinianum Imperatorem,ſed ipſum bene noui, argu.ſ.de teſti.ad hoc.ff. de iureiur. uideamus.ad hoc facit,quod dicit Aug. quòd ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis,quia de futura beatitudine non poteſt haberi certitudo ſcientiæ ſed credulitas tantum ſic eſt in iuramento de ueritate dicenda,quia iurat uera eſſe ea,de quibus non dubitat, licet ea non uiderit, ſed teſtis non tantum iurat de ueritate,ſed de his,quę in eius præſentia ſunt facta. C. de teſti.l.teſtium.Innocen.I I I.

a ¶*Nouit. Ad hoc dictum Innoc. uide per Card. late in conſilio 56.incipien.in elucidatione præmiſſi dubij,colum.ij.uerſi.ſed ad hoc ſtatim,& columm.ſeq.*

INtellecto [illibata] hæc decr.intelligitur, quoniam fecit alienationes,ꝑꝑ quas grauiter læditur dignitas regalis.non.n.ꝑꝑ hoc interdicitur ſibi donare, uel aliter alienare,arg.ſ.eo.tua nos. ij.

MVlieri [hoc] ſ.contrahere [ conſcientię] quidam dicunt hoc ſpeciale in matrimonio ꝑꝑ periculum quod eſſet,ſi continere cogeretur,arg.ĵ.de eo, qui cog. conſang uxo.ſuæ Iordanæ,uel dic,quod plus placet.ſ.ꝙ poſt ſni um cuilibet licet ꝯ ſuam confeſſionem uenire de hoc no.ĵ.de excep.cum uenerabilis.

CLericus [idem] hoc intelligo,qñ poſtea facto nouo ſtatuto dixit ſe,uelle teneri ad eius obſeruantiã ex debito prius præſtiti iuramenti.Secus aũt,ſi iuraret ſeruare ſtatuta præſentia & futura,ar.ſuprà e.ueritatis, & ſ.de teſti.cogen.præterea.nam tũc ex uirtute iuramenti teneretur ad ſtatuta facta poſt iuſiurandum, dummodo bona & canonica eſſent,ar.ſupra e.ueniens.

IVramentum A te iudice,& appellatur hoc iuſiurandum neceſſarium [de cauſa] ff.de in lit.iur.l.ulti.C. de iureiur gñali.§.ſinautem [recuſari] C.de iureiur.delata,& l.gñali.§.ſinaũt is,cui,& appellatur hoc iuramentum iudiciale [famoſa] ff.rerũ amo. Marcellus,& l.ſeq. [ actor] C.de eden.qui accuſare [ actor] niſi qñ iudex accuſatur,ꝙ accepit pecuniã pro diffinienda cã, in quo caſu,& ſi nihil probetur contra eum,tñ iurare dẽt ſe nihil accepiſſe,in auť.ut liti iur.coll. 9.& hoc in alio caſu quomodo ipſe ponet,& no.ſuprà de procu.ca. 2.¶ Præſumptione ] unus teſtis [ obtinere] ſi uero nil probat, reus abſoluitur.ſi autem ſemiplene,puta qa ꝑ unũ teſtẽ defertur iuſiurandum,ut hic.C.de eden. qui accuſare. C.de iudi.properandum[ pro illo] actore.ff. de iureiuran.admonendi [deferendum] C.de iureiur. in bonæ. C.de iudi.properandum.ff.quemad teſta.aper.l.j. in ſi. ff.de do.præ.Theopompus.

## De exceptionibus. Rub.

DEnique[ hactenus] repete,quæ diximus, ſuprà de teſ.ſup eo,& c.teſtimoniũ [ obiiciuntur] & ſufficit ſentẽtia ꝯ eos lata ſuprà de teſti.teſtimonium.& idẽ dicimus, ſi qđ crimen confeſſi ſunt [Stephanus]3.q.11. negãda.2.q.6.criminationes.[probauerint] quod ſit eo ipſo, ꝙ non probetur ꝯrium ſuprà de præſum.dudum[Confeſſi] contra ſuprà de elec.inquiſitionem ſuprà de confeſ.cum ſuper.Solu.ex confeſſione ſua damnari non poteſt,ut hic,niſi crimen,de quo teſtificantur, tangat crimen,de quo agitur,quod in decre. ꝯtrariis contingebat uel ibi imponitur extraordinaria pœna,quod hic nõ negatur.

gatur.Sed nec extraordinaria pœna inſligenda eſt, niſi
confeſſis,& ſic loquuntur pręmiſſa contraria,& ar.C.de
teſt.nullum.& non eſt imponenda illis,quibus in modũ
exceptionis probatum eſt crimen p alios teſtes,ut hic,
& ſuprà de or.cog.cum dilectus,in fi.[præſertim] ma-
ximè idem enim eſt,& ſi contingat cauſam quantum ad
probationem teſtium,& inſtrumentorum,ut not. ſupra
de confeſ.cum ſuper: ſed in confrſſione ſecus, ut no. ſ.
de cõfeſ.c.ij.& ſuprà eo.c.in gl.præce.[Cauſam,de qua]
ut ſi aliquis accuſetur de ſimonia, & ipſe accuſatus per
ſe inducat teſtem.ſ.ꝙ non erat in terra,qñ cum eo dici
tur ſimonia commiſſa,uel quòd non ipſe accuſatus,ſed
alius conſcius & auctor fuit huius ſimoniæ.nã in his ca-
ſibus,& ſimilibus ipſe teſtis confitetur ſe ſimoniacæ ali
quid dediſſe,uel recepiſſe,uere peccatum,quod confite
tur.i.ſimonia,tangit crimen,de qua agitur,ſ.ſimoniam,
quia de ſimonia accuſat, & tunc bene punitur [contin-
gere]ff.de adul.l.ij.§.ſi publico.4.q.3.§.itẽ qui falſo ſu-
prà de confeſ.cum ſuper ſuprà de elec.per inquiſitionẽ.

A Nobis [quæſitum] Cauſa dubitationis eſt, qa non
uidebatur,ꝙ communicans poſſit obijcere excom
municationẽ excõicato,cui communicauerat, arg.j.de
act.nulli.3.q.ul.ſicut.ff.de adul.ſi uxor ſ.de iureiu.quẽ-
ad.4.q.3.ſi quis teſtib.8.q.2.dilectiſsimi. j.de his , quæ
fi.a maio.par.ca.ex ore infra de præben.c.pro illorum.
infra c.proxi.infra de ap.an ſit.So.nõnullos ſuſtinemus
quos inuiti toleramus 24.q.j.quiſquis,no.igit ꝙ accuſa
tor excõicatus repellit ab accuſatione,nec põt replica-
re de cõione ſecum habita ab excipiente.idem dico,& ſi
accuſator ſimplici & minori excõicatione ligatus ſit,nõ
repellitur,ẽt ſi accuſatus ſit maiori excõicatione excõi
catus,cũ ſibi legitima defenſio reſeruetur infra eo.cum
inter,& c.dilecti.¶Quod intelligo uerũ,etiam ſi de ip-
ſa excõicatione impetatur,de qua impeti nõ põt abhis,
qui ei cõicauerunt infra de ſen.exco.in pręſentia . & eſt
rõ,quia eſt criminoſus ſupra qđ me.cau.ſacris,& crimi
noſi nõ admittũtur ad accuſationem 2.q.7.ipſi apoſtoli
niſi ſuam pſequãtur iniuriã.4.q.6.omnibus, & in epõ.
2.q.7.cum paſtoris , & in exceptis criminibus.2. q. 7.in
prin.bñficiũ aũt appellationis nõ põt tollere aliqđ cri-
men.j.e.cum inter [is] ſ.reus,uel accuſatus[ excommu
nicato] actori,uel accuſatori [ipſum] agentem, uel ac
cuſantem [repellere] excipiendo [ille] accuſator [eũ]
contra accuſatum [primus] accuſator [ſecundus] accu
ſatus [participatione] maxime.idem.n.eſſet, ſi uterque
eſſet minori excõicatione excommunicatus.j.eo.dilec.
argu.xxxij.q.viij.nihil.iij.quæſt.7.c.iudicet.C.de adul.
quoniam Alexan.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt etiam infamis fungi officio procuratoris.*
2 *Reſcriptum accipit uires ex ſcribentis intellectu .*
3 *Electio clerici beneficiati non prohibetur.*

CVm eccleſiaſticę[Poſſint] mirũ uidetur, ꝙ no
mine eccleſiæ hanc exceptionẽ opponere non
poſſunt.Lau.rñdet,ſoluat q poteſt. Vincentius
dixit,ꝙ & qui plura hẽt beneficia,& qui nomine eccle
ſiæ opponere non poſſunt: ad hæc non admittuntur, qa
de certa ſcientia dñi Papę & habẽtis plura beneficia p-
ceſſerant literæ,ar.ſ.de of.dele.paſtoralis.j.de reli. do.
conſtitutis.¶Alij dicunt,ꝙ nec nomine eccleſiæ poſſunt
opponere,cum eccleſiæ ſeruitorum numerum amplia-
ri expediat ſupra de conſt.c.pe.nec nomine ſuo quia qđ
quiſque iuris in alium ſtatuit,eodem iure uti debeat ſu
pra de conſti.cum omnes.32.qõ.7. nihil iniquius.¶Sed
quid ſi recipiant aliquos beneficiatos pluribus benefi-
ciis,nunquid poſſunt excipere ꝯ alios ? quidam dicunt,
ꝙ nõ,ar.j.de præb.pro illorum.ff.de adul.ſi uxor.¶Dic
primum,ꝙ uerum & merum ius eſt,quia hic,de quo agi
tur,erat canonicus eccleſiæ ut pote qa inueſtitus erat p
Papam,& agebatur ꝯ eum,ꝙ repelleretur,uel cũ pete-
ret poſſeſſionẽ,excipiebat,ꝙ nõ erat admittendus,quia
aliud bñficium hẽbat.bñ ergo poterat eis rñdere , fru-
ſtra auxiliũ.l.inuocat,&c.ut no.j.de adul.c.pe.¶Et ſi q̃-
ritur,ſi qui ſunt,qui habent plura beneficia, & alii non
dico,ꝙ nomine eccleſiæ nõ poteſt proponi,cum damnũ
eccleſiæ non uertitur.Si aũt uerteret,ſecus puta quia p
pter paupertatem p̃bendarũ eccleſia deſeratur.nam qui
libet ẽt habens plura beneficia ageret tũc,etiã alijs inui
tis,ut in interdicto,de lib.ho.exhi. ¶Item quilibet ad-
mittitur , ſi ſuum intereſſe, & ius ſpeciale proſequitur,
ẽt cæteris inuitis.ff.de procu.licet.Secus ſi cõe, puta qa
diceret minorem præbendã habeo,ſi iſte ſuper addatur
ſed ſi de ſua præbenda ſpãli diminueretur,tunc eſſet ſpe
1 ciale intereſſe . ¶ † Exceptio aũt, ꝙ procurator plura
bñficia hẽt,non obſtat,cum etiam infamis poſſit eſſe p-
curator, inſti.de ex.§.ult.Sed oppones,ſi hic erat cano-
nicus,quare impeditur,cũ nõ habeat poſſeſſionẽ etiã ab
his,qui nõ hñt plura beneficia,& etiam ſi nomine eccle
ſiæ excipiant? contra j.de appel.conſtitutus j.de accuſa
accedens.Sed hoc ideo fit,quia dicebatur per obreptio
nem impetraſſe;de hoc no.ſupra de dolo,cũ olim . hoc
autem bene fatemur,ꝙ ille,qui plura beneficia hẽt,be-
ne excipiet contra reſcriptum ſuper beneficio impetra-
tum hoc modo,ſ.tu non potes per hoc reſcri.petere be
neficium,cũ ſit impetratum p uiã ſuppreſſionis. hęc igi
tur exceptio proprie ꝯ reſcriptum proponitur,& non ꝯ
perſonam.ſed hic cum iam receptus eſſet hæc exceptio
non obſtabat,quia ei nõ obſtaret,ſi alias canonicus eius
eccleſiæ eſſet electus , cum non ſit crimen plura benefi-
2 cia hẽre,ut no.infra de præben.cum iam dudum.¶ † Sed
dices,quare contra reſcriptum competit exceptio bene
ficiorum plurium,ſi non eſt peccatum ? Reſpon . reſcri-
ptum uires accipit ex intellectu ſcribentis infra de uer
bo.ſig.dilecto.¶ Sed quia hñs beneficium quantumcun
que modicum ẽt inſufficiens,ſi reſcri.impetret ſuper a-
lio non ualet,quia præſumitur contra Papę uoluntatẽ
impetratum.ſupra de reſcri.ſi proponẽte, electio autẽ
3 uires accipit a iure. ¶ † Clericus autẽ beneficiatus non
prohibetur eligi,niſi forte tanta eſſet multitudo, ꝙ in
ambitionem,uel auaritiam tranſiret infra de pręb. cum
iam dudum,ubi no.ſed hoc uř contra id,quod hic dicit
qa ideo admittitur cõtra inſtitutum,quia beneficia plu
ra habebat.nam ſm ea,quę proxime dicta ſunt , exquo
non ꝯ reſcriptum,ſed ꝯ inſtitutionẽ obijciebatur , iam
ſm iura iudicari debebat,quæ non prohibent canonicũ
in una inſtitui in alia.& ſic ẽt,& ſi illi non haberent plu
ra beneficia,tñ tunc hoc opponere non debebãt.ad hoc
quidam reſpondent ſicut exceptio obreptionis oppo-
nitur ꝯ reſcriptum,ſic poteſt opponi cõtra collationem
ſupra de dolo,cum olim infra de accu. accedens . ff. de
na.re.l.j.¶Illud autem non uidemus ſibi aliquo modo
obiici poſſe,ꝙ plura beneficia habebat,quoniam ſi alias
ei de iure exceptio legitima competeret,eam oppone-
re poſſet,cum paria crimina non mutuoſe tollant circa
diuerſa commiſſa,ut no.infra de adul.c.pe.Reſpondeo,
ꝙ hæc crimina circa idem committebãtur.ſ.circa negli
gentiã huiuſmodi beneficii,de quo agitur.uel dic,& me
lius,



lius,ꝙ hic non ſumitur ar.à ꝯtrario ſenſu. ſicut.n.repul
ſi fuerunt, q hẽbant plura bñficia,ſic repellent , q non
hñt plura in caſu,in quo loquit decre. ut dictũ eſt [op-
ponere].j.de uſuris,quia fruſtra.3.q.7. in grauibus.ff.
de do.excep.apud Celſum.§.Marcellus.

SVMMARIVM.

1 *Quando agens dilatoria exceptione ſolutionis ſit repellendus.*
2 *Iudex condemnat reum ad debitum ſoluendũ in ſententia quan
do conſtat de debito, & de dilatione.*
3 *Declinatoria iudicij in ipſo litis primordio proponenda & pro-
banda eſt.*

1 PAſtoralis[dilatorias.]¶† De dilatoria exce-
ptione ſolonis dic ſic, ꝙ ſi ex confeſſione acto
ris,uel alio mõ conſtaret,ꝙ ſolutio debiti dif-
ferenda ſit,repellitur ab agendo , quia male agit.ff.qñ
di.uſuf.le.ce.l.j.§.fi.ff.de uerbo.ob.continuus.§.ij.ff. de
eo,quod cer.lo.l.ij.§.ſi quis ita ſtip.& induciæ duplican
tur,ut.ſ.de plus petitionibus.c.j.Sed ſi non cõſtat,ppo-
ſita exceptione dilatoria ſolonis, facienda eſt litis con
teſtatio ſup principali qõne,& pbatio exceptionis dif-
ferenda eſt poſt litis.cõte.C.de pba.exceptionem.ſ. de
lit.conte.exceptionis.ſ.de foro.cõpe.ex parte. & no.ꝙ
l.pręal.exceptionẽ dicit exceptionẽ dilatoriã pponẽdã
non añ lit.cõte. ſed in initio litis,& appello initiũ litis,
ẽt ſi proponit in lit.conteſt.uel parũ poſt,puta ante,q̃
ad alios actus iudicij pcedatur.C. de iura. calũ.l.ij. in
prin.Rõ aũt,quare oportet in initio, uel ante initiũ pro
poni,& nõ poſt,hęc eſt:quia ſi reus poſt litis cõte.ipſam
opponat,p ipſam nõ impeditur pceſſus iudicij,& dila-
tionũ materia amputãda eſt.C.de tẽp. ap.l.ij. in princi.
& hoc curare debet iudex,& ius,ut lites citò decidant.
ff.ſi cer.pe.quidam.ſ.de dolo,finem,in prin. cum ſi. nec
reus põt ex hoc multũ conqueri , ſi poſt litis cõteſ. non
poſſet hanc opponere:qa cũ tpalis ſit tñ,modicũ gene
rat præiudiciũ.C.de p̃ci.impe.offe.l.ij. ¶Itẽ qa ſi añ li-
tis conte.tacuit,& poſtea eã pponat, p̃ſumit cã differen
di facere.vñ vř,ꝙ ſi de nouo qñcunq; ẽt poſt litis cõte.
ueniret ad noticiam eius,puta quia pactum de non pe-
tendo factum fuit cum procuratore ſuo in remotis par
tibus tunc agẽte,& poſtea ei ſignificante.ff.de uerb.obli.
l.fi.§.ſi inter eos,in tali caſu vř,ꝙ ẽt poſt litis cõte.ppo
ni poſsit multo magis,q̃ in declinatoria fori,de qua hic
conceditur.j.eo.c.& ſ.de offi.deleg. inſinuante.aliq tñ
dicunt,ꝙ ſemper ẽt poſt litis conte.admittenda eſt hu
iuſmodi exceptio,& intelligunt legẽ p̃allc.exceptionẽ.
non imponere neceſſitatẽ.oẽs aũt fatentur,ꝙ ſi p atte-
ſtationes,uel inſtřa apparet debitũ in diem,quod bñ p-
derit reo:qa licet ad hoc non fuerint producti teſtes,
tñ contingit principale negociũ ut no.j.de accu.inqui-
2 ſitionis.¶†In ſnĩa aũt ſemper,qñ cõſtat de debito,& de
dilatione,iudex cõdẽnabit reum ad debitum ſoluendũ,
licet male egerit:quia de qua re cognouit iudex &c.ff.
de iudi.de qua;de hoc no.ſ.de plus peti.c.j.¶†Declina-
3 toria iudicij inter ipſa litis auſpitia proponenda eſt &
probanda.j.de re iud.inter monaſterium.C.de excep.
l.pe.& niſi tunc proponat in perſonam iudicis, conſenti
re vř.C.de iudi.ſancimus;in fi.niſi ſibi poſtea compete-
re incipiat ſupra de of.deleg.inſinuante : uel ad eius no
ticiam de nouo perueniat , ut hæc dilatoria ſolutionis
ante litis conteſt.proponitur , ſed poſt probatur fun-
data intentione actoris.C. de probatio. exceptionem,
& C.de excep.ſi quidem. ſed intelligo ante publicatas
atteſtationes, authen.de teſti.§. quia uerò peremptoa-
ria uerò ante litis conteſt.& poſt põt opponi, & probari.
C.ſenten.reſcin.non poſ. peremptorias infrà de præ-
ſcrip.auditis.ſi autẽ eadem ſit peremptoria ſolutionis,
& declinatoria iudicij,non in principio probatur,ſed in
proſecutione principalis qõnis differtur ſupra de foro
compe.ex parte,ff.ad exhi.l.iij.§.ibidem,niſi talis ſit, p
quam diceretur ſnĩa nulla eſſe ipſo iure, ut eſt exceptio
rei iudicatæ.2.q.6 §.diffinitiua : uel niſi ſit talis exce-
ptio,quæ eliſis literis elidit etiam principalem qõnem,
quæ tñ ex lřis nititur.ut ſi Papa ſcribat pro aliquo re-
cipiendo in aliqua eccleſia.nã tunc utile eſt & cautũ ad
elidendũ lřas & declinandũ iudiciũ exceptionẽ propo-
nere,ꝙ lřæ non ualent:qa non.dixit ſe ſufficienter bñfi-
ciatum.ſ.de reſcrip.ſi propo.ſ.de tranſac.ex lřis:uel ꝙ
non eſſet clericus:uel ꝙ erat condẽnatus de crimine;&
non differre in principalem qõnem: ¶Et eſt rõ diuerſi-
tatis:quia tunc ad læſionem totius qõnis ſufficit elidẽ-
re lřas.& ſic p p breuiandas lites utile eſt in prin.pro-
ponere: ſecus aũt eſſet in aliis peremptorijs , quæ licet
elidant iuriſdictionem,tñ quæſtio remanet ; unde inte
rim eſſet neceſſe eandẽ exceptionem replicare. tñ non
negamus,ſi iudex tolerare uult,& pars ẽt non contra-
dicit , ꝙ talis peremptoria etiam poſt litis conteſt. ad
utrunq; propoſita proponi & probari poſſit:quia pro-
pter hoc non uitiatur proceſſus [tempus] hic terminus
præfigendus eſt ad petitionem eius,contra quem exci-
pitur.ſ. ſi excipiens hodie proponat unam , cras aliam.
nam ad confundendã eius maliciã iudex hunc terminũ
præfigit. ſi aũt reus dicit ſe uelle proponere exceptio-
nes,& ad hoc petebat terminũ,nõ debet ſpãlem hře ter
minum:ſed habet illum qui à iure datur, ut declinato-
rias iudicij proponat intra.xx. dies , niſi abbreuietur.
3.q.3 offeratur,& dilatorias uſq; ad litis conteſt. ¶Itẽ
debet uenire inſtructus,nec debet ei dari materia mali
gnandi.contrariũ tñ.ſ.ꝙ poſſit peti hæc dilatio,uidetur
expreſſum.j.de ap.cum cãm;& credo hunc terminũ poſ
ſe præfigi etiam in peremptorijs; & poſt lapſum termi-
num non vř , ꝙ poſſit proponi exceptio excõicationis,
quãuis ſi terminus præfixus non eſſet, ſemper uſq; ad
ſnĩam proponi poſſet, infra eod. exceptionem, arg. pro
prædictis:quia eadem rõ eſt in peremptorijs,quæ in di-
latorijs,ſ.ut finis litium feſtinetur.Item arg.ad hoc, qa
etiam ad agendum quandoque terminus præfigitur.C.
de inge.manu.diffamari , & qui ſi. ſint legi.lator , cum
ſuis concor.[ad illius] exceptionis.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid excommunicatus poſsit agere.*
2 *Non auditur excommunicatus extra iudicium appellans,*
3 *Nunquid ſi quis ante excommunicationem extra iudicium ap-
pellauit,poſsit appellationem proſequi.*
4 *Exceptio in qualibet parte litis rite opponitur.*

CVm inter priorem [vinculo excommunicatio-
1 nis] †Circa hanc materiam ſic credimus,quòd
excommunicatus nullo modo poſſit agere:
quia perſonam ſtandi in iudicio non habet , infra eod.
dilecti , & c. exceptione. excipe , quod habetur ſupra
de offic. ordin. ſignificauit , in fin. accuſari autem &
conueniri poteſt nominatim, & tunc ei omnis legitima
defenſio reſeruatur,ut ſupra de iudi. intelleximus; pu
ta recuſare iudicem,appellare,& excipere,appellationẽ
proſequi, ut hic no. & infra eo ſignificauerunt, & c.ult.
reconuenire

reconuenire autem non poteſt,ut hic. Itẽ etiã dicunt q
dam,ꝙ compenſare non poſſit.Item per iã,quod hic di
cit,in ſi.ꝙ defenſionis remediũ non debet trahi ad ma-
teriam impugnationis,dico,ꝙ ſi electus petat cõfirma-
tionẽ,ꝙ excõicatus non eſt admittendus ad excipiendũ
contra electũ;qa ſic trahitur defenſio ad impugnatio-
nis materiã.¶Itẽ qui eſt extra eccleſiam,ẽt cum ſua nõ
interſit,qũo alij obijciet excõicationẽ, uel aliquod cri-
men?arg.xxv.di.primum.xxvi.di.una.& qũo auferet ſe
ſtucã de oculo fratris &c.3.q.7.§.tria,in ſi.& c.ſequen-
ti?& ſi obijciantur paria crimina &c.ſolue,ut not. infra
de adul.c.pe.¶Sed ꝯ.j.eo.dilecti, ubi contra excipien-
tem de excõicatione contra electum non datur replica
tio.¶So.illa loquitur in neceſſario reo. h c aũt in uolũ
tario.uñ hic primo reus uoluntarius firmare debet p-
ſonam ſuam in iudicio;quod facere non poteſt excom-
municatus.ſed neceſſarius reus hoc ipſo,ꝙ uocatur,fir-
mauit pſonã ſuã in iudicio.ſ.de iudi. intelleximus. uñ
& dr̃,ꝙ iudicium redditur in inuitũ.ff.de uerbo.oblig.
inter ſtipulantem.§.j. & idem dicimus,ſ. ad ꝯdicendum
non admittantur excommunicati,ubicunq; officiũ iudi
cis imploratĩ gñaliter nullo expreſſo; ut ſi quis reſtitu-
tionem peteret aduerſus aditionem hr̃ditatis,ubi uoca
ri debent gñaliter oẽs,quorum intereſt.C.ut ab hære.
ſe ab.tunc ſi excõicatus ſe offerat ad ꝯdicendum in in-
teg.reſti.non eſt audiẽdus.nam quod dicitur,quòd reo
ſeruatur defenſio,intellige uerum,qñ ex neceſſitate eſt
reus,qui uocatur.ſed ſi ex neceſſitate non eſt reus, ſed
ex uoluntate;ut in caſibus prædictis, non credimus, ꝙ
ſe opponere poſſit;& ſic intelligitur decre.ſ.de iudi. in
telleximus.ſatis tñ crederemus,ꝙ ſi in libello exprime
ret aliquam perſonam,puta peto in integ. reſti.aduer-
ſus ſnĩam pro Io. contra me latam audietur. uel quia
dãnoſa eſt hæreditas propter debita Io. uel legata ei
facta.nam hic ex neceſſitate uidetur reus cõſtitui.¶Alij
tamen dicunt,ꝙ nec hic admittetur ad contradicendũ.
& dicunt quidam,ꝙ ſi non fuerit admiſſus: quia excom
municatus erat,poſtea tanquam abſolutus admitteretĩ,
ut petat reſtitutionẽ in integrũ ad appellandũ pro eo:
quia nec per ſe, nec p alium procuratorem potuit ius
ſuum defendere.ff.ex qui.cau.maio.ſed & ſi.ff. de mino
ri.Papa.exuli.uel non currit ei tempus. vñ poſt obten-
tam abſolũnẽ a ſnĩa reſti.in inte.poterit appellare in-
tra.x.dies.ar.pro hoc,quia illo tpe non currit ei tp̃s ap
pellationis,ar.j.de conceſ.præben.non ua.quia dic tñ,
quod factum eſt contra eum,tenet, nec põt retractari:
quia uocatus non fuit,uel admiſſus,quãuis alius nõ ex-
cõicatus ob hoc poſſet dicere nullum., ut no.ſ.de pro-
cura.in noſtra.prius dictum magis placet; & ualet reſti
tutio ad appellandũ, quando aliter ſibi ſuper iure ſuo
ſubueniri non põt.¶Sed ſi aliter agere põt,ut in confir
mato patet ꝯ quem obiiciendo crimina auditus nõ fuit
hic.n.non eſt reſtituendus:quia per aliam uiam ordina-
riam ſibi prouideri poteſt,ſ.quia contra eum de crimi-
nibus poteſt agere directo infra de appel.conſtitutis.
& ideo non reſtituetur ad appellandum.ff.ex qui. cau.
ma.in integ.reſti.l.j.ij.& iiij.nam & quãdiu cõpetit uia
ordinaria,extraordinaria denegatur.ff. de mino.in cau
ſæ.j.rñſo,& ſequenti.ſed ſecus forte dicendũ eſt de pec
2 cato in forma,ut alibi no.¶†Item no.ꝙ excõicatus ap-
pellans extra iudicium non auditur. nam cum illa ap-
pellatio ſit quaſi ad cauſam prouocatio infra de appel.
cum ſit Ro.ſicut non poteſt prouocare, ita nec appella
re;nec per eam negocium ad ſuperiorem defertur. Itẽ
ſi ille excõicatus,cuius intereſt,coram iudice uadat, cũ
cauſa inter alios uertitur, uel cum imploratur officiũ
iudicis,ut in caſibus ſuperioribus,& appellaret,non po
terit eam proſequi:quia non potuit appellare etiam in
iudicio, cum non eſſet neceſſarius reus, imò nec reus.
alias autem in iudicio,ubi neceſſarius reus eſt, licite ap
pellat, & ſi ex alijs cauſis ſit excommunicatus & ante
3 iudicium cæptum.j.eo.c.ult.¶†Si autem aliquis appel-
laſſet extra iudicium ante excommunicationem crede
rem,ꝙ appellationem ſuam proſequi poſſet, ſi negociũ
ſit ad ſuperiorem delatum; puta quia poſt appellatio-
nem grauauit eum in eo ſuper quo appellauit ante, q̃
excommunicetur,& multo fortius,ſi tunc arripuit iter
ueniendi ad ſedem apoſt.arg.3.q.9.re uera,& arg.quia
generaliter dicitur, ꝙ appellationem proſequi poteſt
excommunicatus.j.eo.uenerabilem, & quia vr̃ iudiciũ
iam ceptum,uel cauſa appellationis. crederem tamen,
ꝙ licet appellaſſet,ſi nondum grauatus eſſet, cum non-
dum appellatio effectum habeat,nec adhuc ad ſuperio
rem ſit tranſlatum negocium;ꝙ non admittitur proſe-
quens appellationem, obſtante ſibi exceptione excom
municationis.Alii tñ cõtrarium dicunt,dicentes,ꝙ ex-
communicatus appellationẽ ſuã poteſt proſequi indi-
ſtincte.Itẽ his,quæ diximus prius, uidetur contra.ſ.de
offi.delega.prudentiam.§.ſexta,ubi dicitur, ꝙ excõmu
nicatio ſuperueniens impetrationi lr̃arum impedit p-
4 ceſſum per eas.¶†Item ꝯ.j.eo.exceptionẽ,ubi dr̃,ꝙ ex-
communicatio in quacunq; parte litis rite opponitur.
ergo apparet,ꝙ ꝯ iſtum appellationẽ proſequentẽ ri-
te excõicatio opponitur ẽt prius,q̃ negocium fuerit ad
ſuperiorem relatum. Tu dic, ꝙ hoc ſpeciale eſt in ap-
pellatione,ut excõicatus ipſam proſequens admittatur
ut.j.eo.ſignificauerunt,& c.ſi. ſecus aũt, qñ non agitur
in modum appellationis [defenſionis],ſ. in ſeruo.ff.de
accu.ſeruus,& in patrono.ff. de bo. libe. ꝙ cum minor.
§.ſi libertus.[condẽnaretur] appellationis etiam cau-
ſam proſequi poterit.j.eo.c.ul.[reconuentione]recom
penſare autem non poteſt. argu.contra.ff. de compen.
quicunque. Innocentius IIII.

SVMMARIVM.

1 *Lit.conteſta.ſit per exceptionem peremptoriam.*
2 *Excipiens an ſemper confiteri dicatur.*
3 *Nunquid,ſi quis confitetur aliquid,dicatur etiam cõfiteri quic quid ex illo ſequitur.*
4 *Producens inſtrumentũ de falſo contra illud dicere non poteſt.*
5 *Errantes in iure nedum ſe corrigere poſſunt,ſed etiam ſuum erorem reuocare.*
6 *Quicquid à prophetis ſcriptum eſt,id indubitanter credẽdum, & tenendum eſt.*
7 *Teſtes,qui pro me ſemel teſtificati fuere non poſſum amplius reprobare.*
8 *Sententia non dicitur incerta, cum in aliqua parte actorum contineantur capitula excepta.*
9 *Statim qđ eccleſia ſita eſt in diœce.tẽporalia ad ep̃m pertinẽt.*

CVm uenerabilis[poſſeſſionibus] Iſte epiſcopus
intendebat petere poſſeſſiones,& pertinentias,
ut de eis pro libito diſponeret infra eo.c. ſæpe
exponit.ſed hanc petitionẽ reputant quidã ſatis ꝯgruã,
etiam ſi tm̃ rõnem ſibi debere reddi petere intenderet,
& eſſet patronus clericus,ut infrà de priui.c.iij.§.in ec-
cleſiis. Imò plus dicũt aliq,ꝙ eſt ſufficiens & congruus
talis libellus, etiam ſi patronus laicus ſit. ¶ Per hæc
enim uerba, eccleſia cum ſuis pertinentijs & poſſeſ-
ſionibus nihil intelligitur petere, niſi ius patronatus,
ar.ſuprà de iu.examinata.ſed certe in laico hoc non ad
mittimus,niſi tm̃ ius.patronatus petet, quia nihil hẽt
in poſſeſſionibus infra de iure patro.ꝙ aũt, de cætero.
x.q.j.c.2.& ſeq. ¶ In clericis aũt,ad quos ex fundatione
ſua pertinet ius patronatus, bene admitto hũc libellũ.
16.q.2.c.2.ſed ſi ex donatione laicorũ obtineret,idẽ di
cunt.ſ.qđ in laicis ſed tutius eſt, ubi ẽt patronus cleri-
cus eſt ex fundatione,ꝙ nõ petat eccleſiam cũ poſſeſſio
nibus,& ptinentijs,ubi intendit tm̃ petere ius patrona-
tus:ſed petat rõnẽ adminiſtrationis ſibi reddi.hæc.n.pe
titio cõpetit nõ ſolũ illi,qui habet ius patronatus, ſed
1 etiã illi,qui habet adminiſtrationẽ in tpalibus.¶†Re-
ſpondit] litẽ conteſtando;& ſic apparet p exceptionem
peremptoriã litis conteſt.fieri.ar.ſ.de dolo, prout ar.ꝯ.
ſuprà de litis conteſt.c.j.So.ſiue excipiendo, ſiue rñden
do alias rñdeat petitioni animo cõteſtandi litem lis cõ
teſtata erit,ar.hic, quia hoc ipſo, ꝙ hic appellatur rñ-
ſio,infra appellabitur exceptio,ubi dicit, ꝙ exceptionẽ
obiiciens &c. [cambium] infra de re.permu.ad quæſtio
nes[propoſuit] & male.ar.tñ ꝯrium.ſupra de tranſ.præ
2 terea.ij. ¶†Credere] non eſt uerum,ꝙ ſemper qui ex-
cipit,confiteatur,ar.ff de excep.non utique. ar.ad idem
ff.de ex.nemo.ꝯ.ſ.de tranſ.præterea.Itẽ cum iuramen-
to talis clauſula ꝯtineatur,ꝙ nullam probationẽ requi
ret,niſi quam credat neceſſariam.C.de iur.caſũ.auť.in
iſto;ergo monaſteriũ; qđ hanc exceptionẽ propoſuit,
credebat eam eſſe ueram,& ſe iuuare illa permutatione
& ſic p ꝯñs uř cõfiteri rẽ fuiſſe epi aut credebat eſſe fal
ſam exceptionem,& ſic non iuuari ea,& ſic faciebat con
tra iurm̃ cal.& ẽt ſi nõ iurauerat,tñ ꝯ ius nõ erat audiẽ-
dus allegans turpitudinem ſuam.infra de dona.inter di
lectos.Ad hoc ſic rñdeo,ꝙ ſiue excipiẽdo,ſiue alio mõ
quis confiteatur expreſſe in iudicio intẽtionem aduer-
ſarij,tunc bene ſibi præiudicat cõfeſſio prædicta adeò,
ut ante ſentẽtiam dicere nõ poſſit ꝯ.cõfeſſionem ſuam,
niſi oſtenderet errorem,ar.j.de accu.cum dilectus. C.
de iur.& fac.igno.error.ſ.de tranſ.præterea.C.de pro-
ba.l.j.¶Si uerò non confiteatur expreſſe,ſed excipiendo
tm̃ proponat,ut hic fuit,nõ põt dici,ꝙ confiteatur, nec
etiam credat,qđ plus eſt qui.n.excipit,nõ credit,ſed nõ
diſcredit, immò dubitat,& quaſi inter duo uериſimilia
agit,C.de excep.ſi quidem.ff.de acqui.hære.qui puta.§
qui bona,& §.ul.C.de condi.inde.l.ul.nec ob.dicta auť.
quia licet non credat,qui excipit,quia tamen nõ diſcre
dit,neceſſaria eſt ſibi dilatio ad probationem, ut ſciat,
an uerum ſit necne id,de quo dubitat.¶Imò idem uř di
cendum in actore,ut ſi inducat aliquod priuilegium p
ſe,& poſtea illud priuilegium probetur falſum,licet ta-
cite uiſus ſit confiteri,quæcunque in inſtr̃o continẽtur,
etiam ſi qua in eodem inſtr̃o erant ꝯ eum, tñ reproba-
to priuilegio ſibi non oberit propter hoc,quia uiſus eſt
hoc feciſſe innitens priuilegio ſuo, qđ ſine dolo uerum
putabat, infra de ſen.& re iudi.cum I.& A.ar.imò idem
dicendum uř,ſi expreſſe confeſſus fuiſſet uera eſſe, quæ
in priuilegio continentur:quia ſemper priuilegio inniti
debet; quo ſublato & omnia,quæ ex illo ſequuntur, tol
li uidentur.¶Sed ſecus dicendum uř,ſi expreſſe aliquid
confeſſus fuiſſet,nõ habita mẽtione de priuilegio, quia
tunc ei ſtare tenetur,etiam priuilegio caſſato,uel re,p-
bato.ſecus aũt,ſi non pronũciaretur falſum,ſed alias de
fectum haberet,puta conſenſum canonicorum, uel con
ſimilia,ut not.j.de cen.cum olim.uel chartam non eſſe
ſufficientẽ ad probandum id,ad quod inducitur,ut no.
infra eo.in gl.q.d.ſed ſi cõfiteatur in gñe uera eſſe,quæ
continentur in charta prædicta, quæ inducitur ad pro-
bandum,& non probat,uel quæ alias defectum patitur,
credimus,ꝙ licet poſtea pronunciet illã chartã non ſuffi
cere ad probationem,tñ pp confeſſionem ratam habe
ri dñt omnia,quæ ibi dñr. & rõ diuerſitatis eſt,qa pro
bato falſo inſtr̃o tollitur fundamentum, cui inhærebat
cõfeſſio;& ita p ꝯñs totum tollitur ædificiũ ei coh[illegible]
ſ.ipſa cõfeſſio,ar.j.q.j.cum Paulus,& infra de pres[illegible]
ro non bap.ueniens,ſed in alio caſu,ubi non probat fal
ſum,remanet inſtr̃m in ſuo uigore,licet non habeat tan
tum uigorẽ,ut credebat,qui illud producebat,ar.op.C
de libe.præteri.uel exhere.auť.ex cauſa.Item prædicta
locum hñt,ubi ſententia lata eſt ſuper falſitate inſtru-
menti,uel alia qõ incidenti.ſed ſecus eſt,ubi ſup princi
pali qõne fertur diffinitiua ſententia:quia tunc lata ſen
tentia,non obſtante priore confeſſione, poteſt ſequi ſen
tentiam is,pro quo lata eſt,& ei inniti, & ẽt cõtra prio
rem dicere confeſſionẽ ſupra de iureiu.mulieri.[cõtra
ctus] inſti.de actio.§.actionum[dño] nã dans rẽ alienã
non ꝯhit permutationem.ff.de re.permu.l.j.in ſi. [diu-
tius] ſed non uſque ad præſcriptionem [intelleximus]
incipit ſententia[intelligitur]. ff. de ex. non utique.
3 ¶†Sed cõtra,quia ex quo aliqd cõfitetur, & quicquid
ſequitur ex illo,uř eſſe confeſſus. 8.diſt.quo iure.Reſpõ
deo licet excipiat de permutatione, nõ tñ cõfitetur rẽ
fuiſſe permutantis:ſed permutantem non poſſe uenire ꝯ
tra pmutationem,uel repetere rem,quam permutauit,
cũ alias pmutatio licitè facta ſit nam ſi nõ eſſet licite fa
cta,& expreſſe cõfiteretur rem fuiſſe epi quocunque mõ
ſiue excipiendo,uel alio mõ,bene præiudicaret mona-
ſterio,& prodeſſet epo ſupra de tranſa.præterea.ij. ar.ſu
pra de teſti.ueniens.j. item licet excipiatur,non confite
tur tacite,quia ẽt dubitans excipit.C.de excep.ſiquidẽ,
quamuis tutius ſit,ut ibidem dr̃, hoc modo preſtari. nõ
eſt,uel fuit res tua,ſed & ſi tua fuiſſet,ex cã permutatio
nis,in nos tranſtuliſti.C.de exceptio.ſiquidem. ¶Inſtru
mentum] quaſi dicat inſtr̃m non prodeſt epo, quia ibi
non dr̃,ꝙ ep̃s Sabiñ.permutationem fecerit,ſed Theo-
doſius ep̃s tñ.ſi ep̃s replicet,ꝙ procurator hoc excipere
non poſſit,cum falſo adiecerit in tranſcripto,Sabiñ ma
le dicit,cum delicta &c.ſed dices,ſi uerum eſſet inſtr̃m,
quare imponitur ſilẽtium epo, cum neceſſe haberet te
ſtare per mutationi? Rñ.forte non præiudicabat inſtr̃m
cum in permutatione non interueniſſet autoritas ſupe-
rioris,nec alia,quæ interuenire debent.x.q.2. hoc ius.
4 17.q.4.in uenditionibus.¶†Item licet pducens inſtru
mentum de falſo cõtra illud dicere non poſſit. infra de
cen.cum olim,arg.19.di.ſi Romanorum,ſicut nec cõtra
teſtes.4.q.3.item ſi quis teſtibus.3.q.8.ſi quis in agendo
põt tñ dicere illud ꝯtra ſe nõ facere,ut hic nã licet mo
naſterium produxerit inſtrumẽtũ ad probãdum ꝙ ep̃s
Sabiñ.fecerit pmutationem,tñ poſtea admittetur ad di
cendum,qđ nõ cõtinetur in inſtr̃o autentico Sabiñ.Ve-
ritas.n.rerum erroribus geſtorum nõ uitiatur.ff.de of-
fi.præ.illicitas.§.ueritas.ff.ad muni.aſſump. ff. de nego.
ge.l.ſed ſicut.§.ul.item licet non poſſem dicere contra
ea,quæ continentur in inſtr̃o, qđ produxi, quia ab ini
tio uidere diligenter debui,qđ in eo contineretur poſ
ſum tñ dicere contra dicta teſtium,quos produxi,& ip
ſa de ipſis depoſitionibus teſtium re probare.4.q.3.§.
item ſi quis teſtibus,& ẽt ꝯtra teſtem poſſum opponere
ꝙ corruptus ſit,uel de noua inimicitia ut in eo.§.dici-
tur.& de noua infamia ſupra de teſt.cog.præterea.imo
& dicta meorum teſtium p alios teſtes poſſum indirecte
re probare,ut ſupra de teſ.præſentium,in prin.in his.n.
nihil

nihil ſibi imputatur,quia ſcire non potuit, quid teſtes
5 dicerent.¶ † Item ſi quis male intelligens legem, alle-
gat eam pro ſe,uel inſtrm,uel chartam ſimplicem dicit
ſibi fouere in ſua cauſa,cũ in ueritate de iure nõ foueat
quia nõ eſt autentica charta,uel eſt teſtimonialis : tñ ſi
poſtea per aliquem articulum,qui in eadem charta con
tinetur,inducatur ꝯ eum,nõ facit ſibi præiudicium præ
cedenti ratione,quia ueritas &c.de offi.præ.illicitas. §.
ueritas,& quia qui errant in iure, quales ſunt præcedẽ
tes,non ſolum ſe corrigere poſſunt,ſed & ſuũ errorẽ ẽt
reuocare,& ſibi non præiudicant,immò & iudex corri-
gere,& ſupplere debet,ut no.in ſumma de errore aduo.
C.quæ de aduo.iu.ſu.¶Sed oppones,hic producens hãc
chartam credit probare ꝑ eam,id qđ pro eo facit,eadẽ
rõne & qđ ꝯ cũ facit,ar.3.q.8.cuius in agendo.ergo ui-
detur,ꝙ dẽt haberi ꝓ confeſſo,maxime ſi expreſſè cõfi
teatur eſſe probata,quæ in eadem charta continentur.
Rñdeo licet credat,& confiteatur per ipſam chartã om
nia,quæ continentur in ea eſſe probata , ſed cum erret
in iure,ſibi non præiudicat.ſecus, ſi confitetur ſe crede
re ea,quæ in ea continentur eſſe uera,ut no.ſ.eo.in gl.
non eſt.hoc tñ fatemur,ꝙ ſi per tale ius , uel per talem
chartã minus autẽticam aliquid iudicatũ eſſet, tam iu-
dex,q̃ aſſeſſor,q̃ ẽt litigator eandem chartam,uel con-
ſimilẽ,uel idem ius ꝯdemnato agente ꝯ eos ad intereſſe
contra ſe admittere tenentur,ut no.in ſumma Azo. qđ
quiſque iur.ſed qđ dictum eſt contra dicta teſtium à me
productorum poſſum obijcere,videtur ꝯ.37.di. ſi quid.
6 ¶ † So.aliud eſt in prophetis, & auctoribus,ubi locus ẽ
ab autoritate,& quicquid dicunt,indubitanter creden-
dum & tenendum eſt,ut 9.di.ego,& c.ſeq. & 15. di.c.ſi.
aliud in teſtibus,& inſtris, quæ & ſi autoritatem habẽt,
ut eis credatur,q̃diu non probetur ꝯ probationem ta-
mẽ in ꝯtrarium admittunt.C.de fi. inſtr.l.ſi.ſ.de teſt.p̃-
ſentium.& tales prophetas uel autores ſi haberent infi-
deles,uel hæretici,qui aliquid dicunt contra eos,ex eo
rum autoritatibus contra eos argumẽtari poſſumus,ut
in prædicto.c.ſi quid uiri.ſed bene fateor,licet ipſi infi-
deles de iure non ſint audiendi,ſi uelint admittere auto
ritates eorum,& propriorum prophetarum ſpiritualiũ
auctorum,nos de iure non poſſumus auctoritatibus eo-
rum uti ꝯ illos,q ueri auctores non ſunt,uel prophetæ,
cum eos nos reprobemus.ſ.de teſt.præſentium.C.de fal
7 ſis,q falſis,C.de reb.cre.ſi qs. ¶†Itẽ no.ꝙ teſtes ꝑ me in
ductos non ſolum in eadẽ cã,ſed ẽt alijs,& non ſolum ſi
ꝑſona,contra quam primò produxi,mõ contra me pro-
ducat,ſed ẽt ſi quæcunque alia, non poſſum reprobare,
ar.4.q.3.§.item ſi quis teſtibus.¶Et idem dicimus in iu-
dice,ar.3.q.8.cuius in agendo:& hoc intelligo uerum,
ꝙ nõ poſſum reprobare teſtem, uel iudicem ex cã,q̃ ex
parte mea ꝓcedat,ſed ex cã,quæ ab alio procedere poſ
ſit,uerbi gratia,patrem tuũ induxi in teſtem, uel habui
iudicem ꝯ aliquem,mõ tu inducis ẽt cõtra me,bñ repro
babo eũ,& ẽt recuſabo eum.ex te.n.procedit cã , quare
recuſo eũ.ſ.quia pater tuus eſt.¶Item ſi admitto aliquẽ
ad unum officium,nõ poſſum eum repellere ab alio of-
ficio,ubi conſimiles perſonæ requirantur, uel reputan
tur:ſi autem diſſimiles,tunc ſecus.Item ſi impetraui ali
quem in iudicẽ q poteſt eſſe criminoſus, & idẽ in teſtẽ
ꝯ me inducatur, eundem bñ repello à teſtimonio mo-
do p̃textu criminis,ſed prætextu infamiæ ciuilis nõ poſ
ſum eum repellere , quia quem non reputaui infamem
ad iudicandũ,nõ debeo reputare infamem ad teſtimo-
niũ,cũ infamia utrunque repellat, ar.ad hoc,& omnia p̃
dicta,infra de accu. nulli ſuprà.de æta.accepimus.ff. de
adul.ſi uxor.§.ul.4.q.3.ſi quis.utrum aũt eũ,quem ordi
naui,exceptione repellere poſſim a bñficio,no.ſ.de ęta.
& qua.c.accepimus.an autẽ ꝯ factum ſuum cuiquam ue
nire liceat,no.ſ.de elec.noſtri.¶Delictum] 16.q 6.ſi e.
epiſcopum nõ uſ hoc ſpãle fuiſſe in fauorẽ eccleſiæ, qa
qcunque priuatus inducat falſum inſtrm eo ꝓbato fal-
ſo non ꝯdemnabitur productor inſtri ad id, in quo fal-
ſum inſtrm dicebat eum teneri,cum in ueritate non te-
neretur:quia ſi ꝯ diceret,ſequeretur,ꝙ deberemus iniu
ſtã ſñiam ferre fatemur tñ,ꝙ puniatur de falſo,ar.ſ.de
cau.poſ.cum ſuꝑ itẽ alia rõne nõ debet cõdẽnari ad id,
quod cõtinetur in inſtro,quia hoc excipiẽdo proponit,
& ideo non cõfitetur,ut ſupra dr.alij dicunt ꝙ ſi affirma
tiuè proponat exceptionem,& ſciebat inſtrm,ꝑ qđ pro-
bare uolebat exceptionẽ eſſe falſam,proferenda eſt ſen
tentia cõtra eum.ſed ſi neſciebat falſum,ſecus eſt ꝑꝑ rõ
nes aſsignatas ĩ gl.hic poſitas: in eccleſia tñ ſpeciale eſt,
etiam, ſi ſciebat. [ad 20.] dic ut no.ſupra de proba. li-
cet [epiſcopale] ſupra de of.or.cõ
8 querente . ¶ † Authẽtica] non eſt
a incerta [a] ſententia,cum aliqua par
te actorum contineantur capitula
excepta.C.de ſen.quę ſine cer.quã
pro.l.pe.intelligo.n. ꝙ certis no-
minibus,uel per circumlocutionẽ
inſtrã diſtinxit.uel intelligiſ de ꝓ
ductis in illo iudicio, quę publica
ta erant in actis. nam p̃textu alio-
rum inſtrorum non poſſet iuuari.

a ¶*Non eſt incerta. Car.in conſil. xciij. incipien. reſpondeo quod , colum.ij. uerſicu.* Ex hoc *enim infertur, allegat. & ſequitur* Innocent. *hic.*

C.de tranſ.ſub prætextu,ſm quoſdam.Nobis uſ,ꝙ be-
ne eſt certa hæc ſentẽtia,etiam ſi in nulla parte actorũ
exprimantur illa capitula,quia ſcripta authentica cer-
ta & indubitata ſunt,quare eis fides eſt adhibenda; qđ
dic,ut legitur & no.ſ.de ſi.inſtru.c.j.& ij.unde pruden-
ter facit ille,a quo petitur ius epãle,ſi facit illum expri
mere,qd petit,ut no.ſuprà de of.ord.conquerente.nam
ſi iudex adiudicet alicui ius epãle nulla exceptione fa-
cta,de cætero omnia iura epãlia exhibere cõdemnatus
tenet,quamuis priuilegium,uel præſcriptionem uellet
exhibere ſuper aliquibus capitulis , in quibus diceret
ſe exemptum ante præſcriptionem.j. de præſcrip. cum
olim iudex ergo prudenter facit. ſi qñ ei conſtat,ꝙ quis
habet in aliqua eccleſia ius epãle,ſe de aliquibus capitu
lis dubitat,ſi dicit,adiudicamus tali ius epãle, exceptis
talibus capitulis,de quibus nõ plene cõſtat nobis,ut hic
& j.de reli.do.conſtitutus, & c.cum uenerabilis,&.j.ti.
proxi.auditis,&.c.cum olim,& c.ueniens [munitum ſe]
no.uindicantem uindicare ex præſcriptione.de hoc no.
9 j.de præſcrip.ad aures.¶ † Temporalia]no.hoc ipſo,ꝙ
ſita eſt in eccleſia in diæc.tpalia ꝑtinet ad epm., ut hic,
uñ ea nullatenus alienare uſt.x.q.2.c.ul.tñ uacãte ec-
cleſia aliq eps noĩe eccſiæ aget.j.de ſuc.ab inteſt.cũ di-
lectus.& ſi nõ appareat quis ſit pa
tronus , intelligam eam liberam.
b ſed eps [b] habebit ius epãle ibi , ut
hic,& iuriſdictionem.x.q.3.c. 1. 2.
& 3.& ſeq.ut 16.q.7.omnes, & tũc
ẽt,ſi non eſt collegiata, & nõ eſt in
parochia alterius eccleſiæ,ipſe po
net ibi miniſtrum , licet aliqui di-
cant,ꝙ non eps,ſed populus p̃ſen-
tabit miniſtrum,ſed nõ uideo,qua
re hoc dicant,cum iure non caueatur. adminiſtrationis
autem rationem in omnibus eccleſiis petet epiſcopus,ni
ſi patronus ſit clericus.

b ¶*Sed epiſcopus. Ad Inno.hic. adde Arch. in c.unico,infra de c. mo.li.6.& pro intel ligendo dicta Inn.hic adde Car.in conſ.65 inci. pro diſcuſsione, col.j.*

Olim



OLim [Treuereñ.] hic Treuereñ. Archiepiſcopo
cõmittebatur cauſa, quæ erat inter Gui.& aduer
ſarium [idem] .ſ.Guil. [dietas] à ſua diœ. cõputandas
ad locum,ubi citabaſ,non ad locum,ubi iudices habe-
bãt domiciliũ. [curetis] & ſicut continetur in litera ,
ꝑmittant ꝓcedere abbatẽ S. Laur. & ꝯiudices ſuos, ad
quos pars aduerſa literas ſuper app.facta ab archiepõ
obtinuerat. alioquin iſti ꝓcederẽt, ad quos iſtæ literæ
de conſenſu partium ſub hac forma impetrantur.

SVMMARIVM.

1 *Cauſam appellationis etiam excommunicatus proſequi põt.*
2 *Superflua probatio admitti non debet.*

DIlecti filij [electionẽ] fortè petebat ab eis obe
dientiam,quã ipſi denegabant,& ſuꝑ hoc impe
tranſ,ſ.P. S. & G. uel ipſi appellauerũt,& app.
non ꝓſequebanſ.vnde electus põt petere,ꝙ ꝓcederet ĩ
cã,j de ap.oblatæ,§.pen. uel ꝙ eis imponaſ ſilentium,
& ẽt alias punianſ, ſ de cle.ſtatuimus.¶Vſ tñ, ꝙ hodie
non põt impetrare literas,ſed apud iudicem app.expe-
ctare,& ibi ꝓſequi cãm ſuam,ut in p̃al.decr.ſtatuimus.
ſed aliqñ Papa, uel alius ſuperior literas ꝯcedit ex cer
1 ta ſcĩa; & tunc ualent, aliter non. ¶†Sed oppones, non
uſ bene dicere : quia ꝯ hunc ſic agentem admittiſ exce-
ptio excõicationis, ſicut ꝯ illos non admittitur replica
tio,ſ eo.cum inter. Sed rñ.hoc non eſt uerum : quia cã
appellationis agebatur,quã proſequi põt excõicatus,ſ
cum inter.j e.uenerabilis. Aliqñ mandat Papa, uel qs
alius citari , qui uolũt opponere alicui ; & tũc citator
publicè debet ꝓponere edictum, ut quicũq; vult ſe op-
ponere facto,ſuꝑ quo agiſ,tali die cõpareat,j qui ma.
accu.poſſ.cum in tua. & ꝙ talis citatio operetur,ibi no.
¶Põt etiam iſte citator,quos vult,noĩatim citare,ut cõ
pareant ad opponendum ſe ꝯ factum, de quo agiſ,ſi uo
lunt; & ſi non cõparuerint, ꝙ p̃iudicium eis fiat, ex p̃al.
decr.colligitur. hic aũt conſtat, ꝙ in hoc caſu nullum
præciſè citare põt ſub modo tm̃,ſ.ſi vult. ¶Aliquando
autem mandatur alicui,ꝙ citet oẽs,qui ſe opponunt ta
li ſuper electione ſua,uel ſuper alio facto ; & hic dixe-
runt quidam,ſed malè, ꝙ citatoris eſt aliqua cognitio.
debet.n.eos uocare,quos actor petit citari, & quærere
ab eis , ſi uolunt ſe opponere , uel non. & ſi reſpon-
derint,ꝙ uolũt ſe opponere,citet eos. ſi uerò dicant,ꝙ
nolunt ſe opponere,abſoluet eos à citatione,arg. ꝓ eis:
quia omnia iudicia ſunt abſolutoria, inſti.de offi.iudi.
§.ſi. ſed hoc nobis non placet : quia cum hæc clauſula,
citet omnes, qui opponunt, ſit intelligenda de eis, qui
ante datam literarum ſe oppoſuerũt, & ſua interſit eos
ſe non oppoſuiſſe, non ſunt abſoluendi à citatione illi,
1 ¶† Iudiciũ] ſi alicui competunt plures exceptiones declinatoriæ iudicij, puta de ſuſpecto, excommunicationis, ꝙ falſum ſit reſcriptum, uel conſimiles, ſemper in principio proponat exceptionem ſuſpitionis. nam ſi primò aliam proponeret, ſibi faceret præiudicium, ut hic, & 3. q. 8. cuius in agendo 4. q. 3. ſi quis. ff. de iudici. ſed & ſi. Item facit ad hoc, quia ſi ſemper uſq; ad litem conteſtatã proponi poſſet, fruſtra præfigeretur tempus. 20. dierum. 3. q. 3. offeratur. Item fruſtra conſuleretur proteſtatio tempore abſentiæ iudicis, ſi uſq; ad litem conteſtatam poſſet recuſari. C. de iudi. cum ſpecialis.

2 ¶† Sed dices, nonne naturaliter exceptio falſi, & excommunicationis præcedit, cum, ſi nullum eſſet reſcriptum, non ſit iudex? Reſpon. quando dico nullum reſcriptum, q̃a falſum, uel quia ab excommunicato impetratum, eligo iudicium eius: quia de hoc ipſo iudicabit, & eius ſñia faciet ius inter partes ſupra de reſcrip. ſuper literis, quem ex quo in uno elegit, non poteſt in aliis recuſare. 3. quæſt. ult. cuius in agendo. quando autem dicit eum ſuſpectum, non eligit eius iudicium: quia non ipſe ſententiabit, ſed arbitri. j. de ap. cum ſpeciali. Item ſi non recuſatur iudex, ualet q̃cq̃d facit. j. de ap ad hæc. ſed & ſi aduerſarius conſentiat, non tenet ſñia ꝑ falſum reſcriptum, uel ab excõmunicato lata. j. eo. ad probandum. ¶ Alij dicunt, quòd ſimul poteſt proponere cum ad idem tendant, ſ. ad remouendum



mouendum eum, ar. ff. de excep. nemo, ff. de iud. non uř, alij dicunt, ꝙ etiam ſeparatim, dũmodò recuſatio ꝓponatur intra xx. dies, ar. C. de inoffi. teſtam. contra maiores. alii dicunt, ꝙ ſi proteſtatur, poteſt: alias non. Primi autem reſpondent ſic ad has leges. nam lex illa, nemo, non contradicit: quia proponendo diuerſas exceptiones nullam uidetur confiteri. nam qui dubitat, excipit, ut no. ſupra de excep. cum uenerabilis. nam hic intendit intentionem aduerſarij elidere, ſicut qñ excipit ali quem exẽptum per priuilegium, uel per pręſcriptionẽ, ſupra de reſcrip. auditis. ſed tñ facit ſibi præiudicium in hoc, quia in iudicem conſentire uř litigando coram eo, coram quo litigare non tenetur. Similiter lex, non uidetur, non obeſt: quia maius eſt, & maius ſignum conſenſus litigare ſub aliquo, q̃ petere ſibi edi, genus actionis. Item quia ibi nullam ſñiam petit. Ad aũt. offerat, Rñ. uerum eſſe exceptionem recuſationis poſſe ꝓponi uſq; ad xx. dies, ſi tacitè, uel expreſsè non renunciauit. nec propter hoc, ꝙ dedit ſportulas, uel fideiuſſionem uidetur conſenſiſſe in iudicem, cum talis cautio, ſ. iudicio ſiſti, præſtetur coram illo iudice, qui non cognoſcit de cã, ff. de iudi. l. ij. §. pen. & hæc ſatiſdatio, & ſportulæ ex neceſſitate præſtantur, & ideò non præiudicat. hac igitur opinione prima retenta uř, ꝙ aliquis ſimul non poſſit recuſare iudicem, & repellere procuratorem aduerſarij ſui, cum ſuper procuratione oportet eum audire ſñiam, & ſic uidetur in iudicẽ cõſentire. ſed ſi actor proponit ꝯ procuratorem rei, & ꝓcurator recuſat iudicem, bene ꝓcedunt hæ duæ q̃ones ſimul: quia ille, qui recuſat, non eligit arbitrium hmõi iudicis ſuper procuratione, ſed aduerſarius, & iudicium redditur in inuitũ, ff. de uer. obl. inter ſtipulantem, §. j. [renunciaſſe] de offi. deleg. gratum [de priuilegiis] quibus forte ei, ſ. conuentui S. Leodij libera electio cõcedebatur, & nihil facit hoc ad rem. ¶† Non obſtante] quæ forte erat, ꝙ uel in totum, uel in partem monaſterij S. Annæ eſſet electio. ſed contra. 2. q. 6. §. diffinitiua. hoc intelligitur, ubi ꝓpoſita fuit exceptio rei iud. ſed inſtrumentũ non fuit productum, uel alia probatio. contrarium autem loquitur, ubi nec ꝓpoſita, nec ꝓbata fuit exceptio rei iudicat. ff. de cõpen quod in diem. Item in aliis caſibus ualet ſñia ꝯ res prius latas, uel iudicatas, ſ. ſi ſit appellatũ ꝯ de fide inſtr. cum Ioãnes. Item ſi in integrum reſti. beneficio ſubueniatur, ſupra de in integ. reſt. c. ij. Item ſi quæſtio eſſet, an ſit iudicatum, necne, & pronunciatum eſt non iudicatum, ſententia poſteà lata ꝯ res prius iudicatas teneret, ff. quę ſent. ſine ap. l. j. in prin. ſunt & alij caſus, ſ. in negotio publico, ff. de re iu. imperatores. Itẽ in caſu, quem habes, ff. de iureiur. admonendi. Item intelligunt quidam ſm̃ canones, ubicũque uertitur periculum animæ, ut ſupra eo. lator, ꝯ de teſti. ex parte [ꝓlata] primò alio tẽpore [ſtatuiſſent] ut præſumitur: q̃a ex quo ipſam aliđ iſſent, ad hanc cognitionem uenire nõ debent [alioquin] . i. ſi ualidum erat inſtrumentum; & ideò non erant poſthabituri, imputetur eis, qui modò obiiciunt, quod tũc non obiecerunt [noſtrorum] . i. de nouo repertorum, C. de tranſac. ſub prætextu.

SVborta [litigantibus] ſuper poſſeſſorio [habuiſſe] not. ſufficere epiſcopo probare quaſi poſſeſſionem, nec oportet probare ſpoliationem, uel ſubtractionem. hoc enim ipſo, ꝙ ſubditus per eum requiſitus non exhibet obedientiam, conſtat ꝙ eam eis ſubtraxit, & inde competit illi intrdictum, uel officium iudicis, uel condictio, ut no. ꝯ de elec. querelam, & ꝯ de reſti. ſpol. ſæpe. ¶ Decernimus] agebat enim epiſcopus poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis, & petitorio: ſed quia cõſtabat de poſſeſſione, ſtatim ſententiat ſuper eo, dilatata quęſtione proprietatis; quod eſt notdignum; & forte non haberet locum, niſi per confeſſionem conſtet: imò locum habet: quia licitum eſt dimiſſo petitorio poſſeſſorium ꝓſequi, ſupra de cau. poſſ. paſtoralis [efficaciores] quia habebat ſententiam Alex. [præiudicium] q̃a res inter alios &c. C. res inter, per totum. & intelligas Papam ignoraſſe ius, quod in eo habebat: aliàs præiudicaretur, ff. de rei uen. ſæpe [ſentẽtiam] . ſ. ꝙ monaſterium ſubeſſet epiſcopo [reprobaſſe] C. ſi ex fal. in l. ij. [reperti] de hoc no. c. proxi. ſupra.

SVMMARIVM.

1 *In quibus caſibus monachi conſtituere poſſint procuratorem.*
2 *Poteſt quilibet regularis conſtitui procurator ab abbate in negotiis monaſterij.*
3 *Non eſt admittendus obiiciens contra procuratorem talem.*
4 *In proſecutione negotij ubi plures monachi admittuntur & in idem conueniunt poteſt unus pro aliis conſtitui procurator.*
5 *Criminoſi in cauſa inquiſitionis admittuntur.*

CVm I. & A. [ex parte] no. ꝙ Canonici regulares non ſolum nomine eccleſiæ, ſed ſuo conſtituunt procur. alium canonicum regularem, ar. ꝯ. 16. q. 1. qui uerè, & c. monachi, j de acc. Pe. 88. diſt. ꝑuenit. ad hoc rñde, ꝙ monaſterium indubitanter ꝓcuratorem conſtituit, ꝯ de conſue. cum dilectus, & in aliis
1 infinitis iurib. ¶† Item monachi in cauſis, quas habent, conſtituunt procuratorem, uidelicet ſi fiat inquiſitio ꝯ eos, ut hic. uel ſi ipſi inquiſitionem contra alium impetrent, uel inquiſitionem proſequuntur, ut hic, & infra de accuſa. olim. & idem ſi de electione ſua agant, infra eo. ad probandum, ſupra de reſcrip. cum dilecta. Item in accuſatione, & in quolibet negotio, ubi licitum eſt monachis agere, licitum eſt etiam eis ſuper eo literas impetrare per alium, ſupra de except. cum dilecti, in prin. ubi dicitur, trãſmiſſa nobis petitione &c. & etiam agere per procuratorem, ex quo à iure ſibi conceditur agere, multo melius eſt, ꝙ per aliũ agat, q̃ per ſeipſum,
2 ſupra de ſyndici. c. j. ¶† Item quilibet regularis poteſt conſtitui procurator ab abbate in negotiis monaſterij. 16. q. 1. qui uerè, & cap. monachi: non autem in ſuis ꝓpriis abbatis, ſi ſua propria ſibi aliqua negotia contra iura fingat, etiam ſi fuerit inquiſitio contra eum ſecũdum quoſdam, cum prædicta cap. dicant, ꝙ ad hoc ut poſſit procurare eorum negotia, oportet duo interuenire & mandatum abbatis, & utilitas monaſterij. Sed nos credimus, ꝙ etiã in inquiſitione monaſterij, & aliis negotiis abbatis poteſt eſſe ꝓcurator monachus, & eſt admittendus, ut in electione, & in aliis. & in hoc uertit utilitas monaſterij, ut bonus abbas ab eo defendat, uel ei præficiat. imò hac eadem ratione, ſ. quia utilitas monaſterij uertitur, credimus, ꝙ etiã pro laico patrono, uel principe, uel magno defenſore, ſiue utili amico monaſterij poſſit eſſe procurator. nam & archiepiſcopus hoc poteſt, infra qui fil. ſint legi. ꝑ uenerabilem.
3 ¶† Et ſi ꝯ procuratorem conſtitutum obiiceretur, non eſt admittẽdus: quia nõ uertitur utilitas monaſterij, nõ audiretur. non. n. eſt huius litigãtis quærere utilitatem monaſterij; & eędem utilitates occultæ ſunt, quas aduerſario non cõpetit eſſe notas. ſed conuentus, ad quẽ pertinet ſcire, & tractare utilitates monaſterij, poſſet ꝯdicere, & etiam ipſe monachus, ſi certum eſſet, ꝙ non

eſſet utilitas monaſterij. Item de mãdato epiſcopi,ubi
1 eſt utilitas monaſterij, poſſunt eſſe ꝓcuratores. 16.q.1.
qui uere. ſed ſine mandato epi, uel abbatis, imò, quod
plus eſt, contra uoluntatem eorũ debent denũciare ma
lum prælatum, & ad hoc poſſunt etiam ꝯſtituere, & ꝓ-
4 curatores conſtitui,ut hic,& 2.q.7.quapropter.¶†Item
credimus,ꝙ in proſecutione cuiuſlibet negotij,ubi plu
res monachi admittunt̃,& conueniunt in idem,vnus ex
his pro aliis poteſt conſtitui procurator,ut infra de ac-
cuſa.olim, & hic. Sed contra hoc.12.q.1.non dicatis.
ubi dicit,ꝙ literas non poteſt recipere ſine licentia ſu-
perioris; ergo multofortius non poteſt recipere literas
procurationis. Solu.illud intelligitur, ꝙ non oportet
etiam literas recipere pro ſua utilitate; ſed pro utili-
tate monaſterij poteſt, & in caſibus à iure conceſſis,
[infamatus] poſt hunc textum corrigitur litera decr.
per regeſtum ſic, & cũ ſuper his & aliis cũ procuratore
ipſius abbatis aliquando diu litigaſſent,&c ut ſequitur
[dilata] hoc ea ratione, quia inquiſitio non tantum in
vno capitulo, & contra vnum, ſed in multis, & contra
multos erat cõmiſſa,ff.de do.ex.apud.§.idem, ff.de ne-
go.geſt. at qui natura,§.penult.ff.de arbit. quid tamen
[prædictus] abbatis. & not.in cauſa inquiſitionis con-
ſtitui procuratorẽ [lite non conteſta.] hoc non nocet,
ſupra ut lite non conteſta. quoniam [conſpiratorum]
hæc eſt ualida exceptio; & ideò, infra diſtinguit ſuper
ea. [depoſitionibus] conſpiratorũ. alias enim fortè pu-
blicauerunt [publicatis] hæc uidetur ſufficiens ratio,
infra de accuſa.qualiter,§.debet, & cap.olim. ſol.ſi nõ
publicauit,deliquit: ſed non ꝓpter hoc reuocatur ſen
tentia,cum ob hoc nõ fuerit appellatum. uel dic,ꝙ hic
pars abbatis non negabat publicatas atteſtationes, niſi
conſpiratorum. aliorum enim bene fuerunt publicatæ,
quorũ dicta fuiſſe publicata bene colligitur ex hac de-
cret.uel Papa præcepit publicanda dicta conſpiratorũ,
& mandat inquiri, an iudices dicta eorũ fuerint ſecu-
ti, & aliorum dicta dictis conſpiratorum concordent.
¶Probare] debuit enim proteſtari, ꝙ in perſonas te-
ſtium dicere uolebat: alioquin ſibi preiudicaret,ſuper
de teſti.præſentium. imò,quod plus eſt, debet probare
ſtatim,uel terminum ad ꝓbandum recipere,ar.hic,& ſ.
de teſti. cauſam [aliorum] non.n.retractatur ſententia
ꝑ falſos teſtes lata, niſi iudex eorum dicta fuerit ſecu-
tus,ut no.ſupra de proba.licet, quãuis aliud poſſet dici
in conſpirationibus, & aliud in corruptis teſtibus.
5 ¶†Fides] ſed dices,nõne tanquam peccatores poterunt
in totum repelli à teſtimonio? Reſpondeo,ſic,ſi obii-
ceretur ab aliis: ſed hic nullus contra eos de conſpira-
tione obiiciebat, niſi ſolus abbas,à cuius nocumẽto be
ne excluduntur.Vel dic,ꝙ in cã inquiſitionis etiam cri
minoſi recipiunt̃, cũ inquiſitio non fiat niſi contra dif-
famatos,ĩ de accuſ.qualiter. uel dic horum teſtimoniũ
præſumptionem,& modicam fidem facere,& non plenã
ſicut alij teſtes.uel dic,ꝙ inimici nõ ſolum dicũtur quo
ad repellendum à teſtimonio, qui odium in mente ha-
bent, ſed etiam q inimicitiæ cauſas habent,uel habere
præſumuntur etiam ſine mentis odio, arg.3.q.5.c.ij.&
ſeq. & idem poteſt dici in conſpiratore, qui pro bono
eccleſiæ conſpirare poteſt contra prælatum, & nõ pec-
cat, & tamen repellitur à teſtimonio.

SVMMARIVM.

1 *Infamis efficitur condemnatus iniuriarum.*
2 *Nunquid Papa ualeat reſtituere in integrum laicum non ſuæ iuriſdictioni ſubditum.*

CVm te [notaret] † Nam condẽnatus iniuriarũ
fit infamis,ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agat̃,
ff.de his,qui no.infa.athletas,§.ult. [uolumus]
reſtituendo te plenè [infamia] no.Papã reſti.in integ.
ſ.famæ,honori,patriæ,& omnibus hmõi.2.q.3.§.ult.cir
ca fi.& C.de ſen.paſ.l.j.& ult. iure aũt ciuili ſoli prin-
cipes, & ſenatus,ff.de poſtul.l.j.§.de qua. nam licet alij
magiſtratus poſſint reſtituere alios minores,& etiã ma
iores de iuriſdõne ſua,& quãtum ad iuriſdõnem ſuam;
tñ famæ reſtituere nõ poſſunt, ut eo.§.dr̃.ſic etiam epi,
licet minores,& maiores reſtituere poſſunt,& diſpẽſare
in multis caſibus, ut no.ſ.de temp.ordi.dilectus, & ab-
ſoluere à iuramentis,& uotis,& fidelitatibus, ſupra de
iureiur.cum quidam,ĩ de uoto.c.non.15.q.6.§.autori
tatem; tamen in integrum reſtituere non poſſunt quã-
tum ad honores,& ſimilia,nec infamiã remittere, cum
hoc nullo iure cautum habeatur. collegium tñ Cardi-
nalium,quod autoritatem ſenatorum habet,reſtituere
poſſet, ar.96.diſt. Conſtantinus; & ſic põt intelligi,qđ
dicit.c.ꝙ eccleſia ſenatum habet.16.q.1.eccleſia.& ꝓ-
pter hoc dicimus,ꝙ licet ſuſtineat eps infamem ipſo iu
re, uel per ſententiam condẽnatum, uel etiam diſpen-
ſaſſet,cum diſpenſare nõ poſſit,ut patet.2.q.3.§ hinc; ta
men nõ admitteretur ad accuſationes, uel teſtimoniũ,
cum ſit infamis.2.q.1.prohibẽtur. ſ de teſt.teſtimoniũ.
ſi cum alio,q̃ cum infami diſpenſet, bene admittitur ad
teſtimonium, & ad accuſationem, & alios actus legiti-
mos & in ciuili cauſa,& criminali,& contra clericos,&
laicos. nam cum ratione diſpenſationis poſſit eſſe in or
dinibus ſuſceptis, uel promoueri ad maiores; ergo ea
ratione poterit accuſare, & teſtificari in ſacerdotes.
2.q.7.ipſi teſtes. arg.contra, ſupra de teſti.teſtimoniũ.
ubi dicitur,ꝙ condemnatus de crimine non admittitur
ad teſtimonium in criminali:ſed illud intelligo,ubi di-
2 ſpenſatum non eſt. ¶†Sed quæritur,an Papa poſſet re-
ſtituere in integrum laicum non ſubditum ſuæ iuriſdi-
ctioni? & dic ꝙ non.2.q.3. hinc,niſi fortè eſſet ſibi ne-
ceſſarius in clericatu. tunc enim forte poſſet dici,ꝙ ad
hoc Papa tantum, & non alius poſſet eum in integ.re-
ſtituere, arg.quia etiam ſeruum alterius poſſet eccle-
ſia aſſumere, dũmodò ius ſuum ſerui domino recõpen-
ſet, arg.54.diſtin. multos, ex antiquis. conſuetudo ea,
per quæ alia ſeruorum ſuorum amittunt. ſed nec reges
poſſunt reſtituere in integrum, cum omnes teneãtur le
gibus Imperatorum obedire, quæ eis hanc poteſtatem
non concedunt,argum.7.quæſt.1. in apibus. alia etiam
ratione eis obedire tenentur: quia ab eccleſia ſunt ap-
probatæ. nam nulla lege cauetur,ꝙ aliquis poſſit in in-
tegrum reſtituere,niſi ſolus princeps,ideſt imperator,
uel ſenatus, ut ſupra dicitur. Alij tamen dicunt,quòd
reges omnes in integrum reſtituunt: quia non ſunt ſic
imperatoribus ſubditi, ſed Papæ ſoli in dubiis, & gra-
uibus articulis, ſi. infra qui fil.ſint legit.per uenerabi-
lem. Papa aũt in integrum reſtituit illos de patrimo-
nio ſuo, & etiam illos,qui aliorũ iuriſdictioni non ſub-
ſunt,ĩ qui fil.ſint leg. per uenerabilem, & oẽs clericos.
[non notari] nota eccleſiaſticum iudicem reſtiuere fa-
mæ.15.q.6.auctoritatem:ſed hæc ſunt in terra Eccľię.
AD probandum.ſ.ſic.l.ſuper [cuſtodis] factæ in ab-
batiſſam uel potes dicere,ꝙ licet cõtendere de ali
quo minori officio monialibus, ad qđ per electionẽ uo
cantur. ĩ.de ſta.mo. c.ij. [eam] .ſ.ſententiã [vnus] ſu-
pra de procur.c.ult. contra ſolu. aliud eſt in conſtitu-
tione procuratoris: aliud in ſententiæ prolatione, ſed
nõne duo poterant ꝓcedere, tertio impotentiam iuris
incurrente,ſ.de reſcrip.ſciſcitatus? rñ.poterant: ſed qa
admiſerunt impotentem,ꝙ uoluerunt, non potuerunt.
ſ.de off.dele.cũ ſuper ab. [infirmandam] per exceptio-
nem oppoſitam ꝯ petentem executionem ſnĩæ.aliter.n.
ad irritandam ſnĩam ab excommunicato latam agi non
põt ſm quoſdam. hoc non placet:imò bene agitur,ſi pu
blicè fuit denunciatus, ut no.ſ.de exce.exceptionem.

SVMMARIVM.

1 *In quibus caſibus res iudicata non præiudicet aliis, & etiam quando hæc regula non habeat locum,& uide in nu 2.*
3 *Nunquid ſi quos res tangit,& alium agere uideant,& taceãt fiat eis præiudicium.*
4 *Caſus, in quibus ſola ſcientia ſine citatione ſufficit.*
5 *Sententia contra electores,uel ordinatores lata quando præiudicet electis,& ordinatis,& quando non,in nu. 6.*

1 QVãuis [regulariter] ff.de re iud.ſæpe.† uera
eſt hæc regula: qa non ꝑiudicat res iudicata
aliis in hoc,ſ ꝙ ꝯ alios pariat actionem, uel
exceptionẽ:ſed bñ ꝑiudicat in hoc,ꝙ poſſeſſio
quæ prius erat apud alios transfert̃ apud uictores.ſ.eo.
cũ ſuper,niſi appellatum eſſet,ut ibi dicit. & tunc fortè
difficilius eſſet eis ꝯ alios agere ꝙ ꝯ primos,ar.ff.de ali.
iudi.mu cau.fa.l.iij.ſed ſi aliquis eps poſſidet iura epi-
ſcopalia in monaſterio alterius diœc.ſecus eſt, ut not.
2 hic in gl.uer.gra. [non nocet] †fallit hæc regula, ubi-
cũq; fit ius ex ſnĩa,ut in querela inofficioſi teſtamenti,
& in cauſa filiationis.ff.de inof.teſt. Pomponius.§.ſi ex
cã.ff.de lib.agn.l.j.§ ſi.& l.ij.& 3.in prin.Ita in cã inge-
nuitatis, niſi detecta fuerat colluſio.ff.de ſta.ho.inge-
nuum.In criminali etiam accuſatione ſpeciale eſt: quia
accuſatus ab uno non poterit ab alio accuſari, niſi do-
ceat de præuaricatione prioris ff.de præuarica.l.ij.uel
niſi dolorem ſuum proſequatur, doceatq; ſe ignoraſſe
accuſationem ab alio inſtitutam.ff.de accuſa.l.ſi cui.§.j.
idem eſt in populari actione, ſi bona fide agente actore
abſolutus ſit reus.ff.de iureiu.eum.qui.§.in popularib.
Item ſpeciale in crimine adulterij,ut abſolutio adulte
ri proficiat adulteræ.ff.de adulte.denunciaſſe.Itẽ ſpeci
le eſt,ꝙ unius ex appellatoribus uictoria prodeſſet alij
C.ſi unus ex ap.l.j.& 2. Item in ſeruitutibus prædialib.
ff.ſi ſer.uin.loci.§.ſi fundus. Item extraneo agente &
rumpente teſtamentum per querelam aliis proficit.ff.
de inoff.teſt.poſthumus. alias autem res iudi.non pro-
deſt, nec nocet, niſi illis, ꝯ quos lata eſt, uel illis, qui
finguntur idem cum illis; puta quia eis ſingulari uel
uniuerſali iure ſucceſſerunt.ff.de excep.rei iud.ſi à te.
§.ſi.& l.& an eadem.j.reſpon.& l.exceptio rei iud. Item
not.ꝙ in his caſibus ſufficit ſola ſcientia ſine citatione
[actio] ſecus, ſi diuerſis iuribus agant; puta qa ꝓprieta
rius patiatur uſufructuarium non agere de fructibus,
uel è conuerſo. Item ſecus,ſi ille, qui partem habet in
re,patiat̃ alium, qui ſir̃ partem habet, agere.ff.de lib.
3 cau. pariter.¶†Sed quid,ſi quos res tangit,uideant aliũ
agere, & taceant, nunquid fit eis præiudicium,ſ.tunc
quando officium iudicis imploratur ſuper reſtitutione
in integrum, uel huiuſmodi: Reſpon.non,niſi citentur
nominatim, uel per edictum,ut no.ſ.de ma.& obe.c.ſi.
ſ.de procura.in noſtra. alias autem bene nocet eis. nec
obſtat regula hic poſita,res inter alios &c. quia in caſu
poſito, ex quo citatio facta eſt, intelligitur contra om-
nes iudicatum,qui ſciuerunt, uel ſcire debuerunt cau-
ſam agi: quia in eis non nominatur aliquis ſpecialiter,
ſed in genere fertur ſnĩa ſic,ſ.reſtituimus te in integrum
Præſto autoritatem tuæ adoptioni; & ſic in ſimilibus
eſt dicendum.¶Actio] uerbi gratia, creditor habet hy
pothecariã ꝯ quẽlibet detẽtorẽ pignoris,& debitor rei
uin. & ꝑfert̃ creditor debitori. idem eſt in his, in qui-
bus non competit actio: tamen illi quibus competit
actio, ius habent ex perſona illorum, qui agunt, & ta-
cent, tunc ſi eos ſcienter agere permittunt, licet malè
agant, fit eis præiudicium, ut eſt uidere in marito &
uxore. nam marito competit rei uin.ad rem dotalem;
uxori uerò nõ.C.de rei uin.doce:& tñ ſi uxor uindicet
rẽ dotalẽ,licet malè,præiudicat marito ſcienti & tole-
ranti.idẽ eſt ẽt uidere in emptore,cui ꝯpetit actio,& uẽ
ditore,cui nõ ꝯpetit, & ꝓprietario,& in emphyteutica-
rio, cui competit actio, & proprietario,cui non cõpetit
ff.de re iud.ſæpe. in his.n.caſibus & ſi agere non potue-
runt hi, quibus non competit actio; ſi tamen agunt,li-
cet malè, præiudicant tamen eis: quia eos prohibere
potuerunt, quominus agerent; & quia de uoluntate eo
rum iudicant, uidetur de iure,ꝙ habuit ex perſona agẽ
tis. & ſufficit in his caſibus ſola ſcientia, nec exigitur,
qđ citentur. & ſic intellige quod hic dicit.ff.e.tit.l.ſæpe
quidam tñ dicunt,ꝙ in ſolo primo caſu,ſ.in creditore
& debitore locum habet, qđ dr̃ de actore. in aliis aũt
tribus caſibus locum habet,qđ dr̃ de defenſore. & ubi-
cũq; in præal.l.ponit̃ experiri,quo ad ꝑdictos tres caſus
ponit̃ pro defendere. Naturaliter aũt primo actio, &
defenſio eis competit,qui ſuis auctoribus pro euictionis
periculo denunciant.põt etiam dici, ꝙ licet defenſio cõ
petat tam ei,qui poſſidet nomine alieno,q̃ ei,cuius no-
mine poſſidet̃: tñ in defenſione præfertur ille,cuius no
mine poſſidetur, ut lit.non cont.qñ.§.ſi ſup. nam & cõ-
tra utrũq; datur actio,ꝯ unum rõne detentionis, & con
tra alium rõne ciuilis poſſeſſionis. bñ.n.competit rei
uin.rõne utriuſq; poſſeſſionis.ff.de rei uin. officium, &
etiam interdictum,unde ui,rõne utriuſq; poſſeſſionis,
& utriuſq; poſſeſſionis põt fieri reſtitutio ſeparatim. nã
dño poſſeſſori ciuiliter fieri põt reſtitutio eius ciuilis
poſſeſſionis,& uſufructuario poſſidenti.naturaliter fie-
ri reſtitutio poſſeſſionis huiuſmodi fructus,uel alterius
ſuæ naturalis. & hoc caſu uidetur, ꝙ ſnĩa lata ſuper na-
turali poſſeſſione præiudicet ciuiliter poſſidenti, ut po
ſit denegare uſumfructum ei, qui obtinuit. & eodẽ mõ
ſi ferat̃ ſnĩa ſuper ciuili poſſeſſione, puta alij adiudica-
ta eſt ciuilis poſſeſſio fundi uſufructus, quàm ei, qui
conſtituit uſumfructum; bene præiudicat poſſeſſori na-
turali: qa ſibi poterit denegari, uel auferri uſufructus
debebat.n.ſuas exceptionis prætendere, & cauſam de-
fendere. Alij tamen contradicunt, uel potes dicere, ꝙ
præfertur ille,qui detinet naturaliter. detentor autem
nunciat domino,ſicut creditor debitori. Ideo autem di
ximus præiudicari ei, qui ex perſona alterius ius habet
ſi permittat eum agere, ex cuius perſona ius habet:
quia poteſt ipſum prohibere. Cæterum, ſi non ex eius
perſona ius haberet, quantumcunque ageretur, etiam
ſuo nomine, uel alieno, nunquam ſibi præiudicaret,
etiam ſi eſſet de perſonis, quæ agunt ſine mandato,
niſi præcederet, uel ſequeretur eius uoluntas taci-
ta, uel expreſſa.C.quibus res iudic.non not. l.prima ſe-
cunda & tertia & ff.de procu. ſed hæc prima reſpon.ff.
iud.ſol.l.iij.§.j. hac etiam ratione imputatur patrono,
ſi libertum non defendat.ff.de re iud.ſæpe: quia pri-
mo ad eum ſpectat defenſione liberti, poſtea ad li-
4 bertum. ¶†Item nota, quòd in his caſibus ſufficit ſo-
la ſcientia ſine citatione. Argumentum eius, quod di-
ctum

ctum eſt de liberto, dicendum vr̃, ꝙ ſi unus ep̃us agit
contra aliquod monaſteriũ petendo epiſcopalia, ſi ille,
qui primò ibi exercebat epiſcopalia, non defendat mo
naſterium, & feratur ſñia ꝯ monaſterium, ꝙ præiudicat
ep̃o, qui prius habebat ibi epiſcopalia quo ad poſſeſſio
nem, arg. ad hoc, ꝙ ſi epiſcopus primus põt agere cõtra
ſm, ſi poſſidet, quod non eſſet ei ius ibi exercere epiſco
palia, multo fortius, quando ea petebantur, debet exci-
pere. ſecus autem, ſi egiſſet ſecundus epiſcopus contra
monaſterium interdicto, unde vi, uel uti poſſidetis, ra-
tione prædictorum iurium, quibus ſe ſpoliatum dice-
ret: uel in quibus diceret ſe turbari: quia tunc primus
epiſcopus non debet ſuſcipere defenſionem eius, nec ſi-
bi aliquod præiudicium generatur: quia contra perſo-
nas tm̃ agitur, & perſonale eſt interdictum. non nega-
mus tñ, quod etiam ſi agitur de perſonali interdicto,
quin aliquando fiat alijs præiudicium, ſ. quando præiu-
dicium ſequitur ex vi interdicti. uerbi gratia ſi egiſſet
aliquis contra aliquem, quia ſpoliaſſet eum poſſeſſione
iure inſtituendi clericos in aliqua eccleſia, unde pete-
bat reſtitui ad prædicta iura, & caſſari quicquid fece-
rat ſpoliatione pendente. in hoc. n. caſu bene fit præiu-
diciũ clericis inſtitutis ꝑ ſpoliatorem, ſi feratur ſñia ꝯ
eum: quia eijcientur de eccleſia. s̃. de fil. præſby. ueniens
ff. de vi & vi ar. l. i. §. ſi fundus, &. §. ſe. ſecus aũt, ſi nõ in-
terdicto, ſed negatoria egiſſet, ſ. ꝙ non erat ei ius inſti-
tuẽdi, & petẽdo ſibi adiudicari ius inſtituẽdi, cũ ad ip̃m
ꝑtineret. nã hic ex ſñia lata ꝯ inſtituentẽ nullũ fit p̃iudi
ciũ inſtitutis. q̃ inſtitutio ualet ꝑꝑ poſſeſſionẽ. ȷ̃. de iure
pa. cõſultationibus [à quo cãm] ut ſi electus patiat̃ ele-
ctores de electione, an ſit canonica, agere, uel ordina-
tus ordinatorem ſupra de elec. dudum Ro. lxxj. di. tãtis
5 3. q. 6. hoc quippe. † nam ſñia ꝯ electores, uel ordinato-
res lata ſuper eo, ꝙ eſſent publicè delinquentes, præiu
dicat electis, & ordinatis, ut in prædictis capitu. ¶ Idem
& ſi ille, pro quo iudicatum eſt, patiatur iudicem defen
dere ſñiam: quia ab eo cauſam habuit. hoc non poteſt
habere locum, niſi quãdo iudex proceſſit ex officio ſuo
inquirendo, & ſi ſic remouit aliquem, cuius præbendã
alii contulit. nam ſi inquiſitor hic defendit cauſam præ
iudicabit illi, cui collatum eſt beneficiũ, ſi ſciuit, ut hic.
6 ¶ † Idem tñ, & ſi egiſſet Petrus, & ego modo agerem ad
idem de iure mihi a Petro conceſſo. tñ quod dictum eſt
de ordinato, & ordinatore, non uidetur ita indiſtincte
uerum. nam quantuncunq; condemnetur de crimine or
dinatus nunq̃ præiudicat ordinatori. nam cum ex vi ac
cuſationis ordinati non ſequatur cõdemnatio ordina-
toris, nulla ratio eſt, quare condemnatio eius ſequere-
tur, uel quare præiudicaret ipſi. nam ex vi accuſatio-
nis ſequitur aliquando bonorum ademptio, infamia, &
huiuſmodi. C. de bo. dam. l. j. ij. & iij. per totum. ff. de his
qui no. infa. athletas. §. ult. & l. ſequen. ff. de fur. non põt.
ſed ꝙ alius nõ accuſatus ex vi accuſationis alterius pa
tiatur pœnam, non inuenimus, niſi in certis caſibus, ut
in crimine læſe maieſtatis. vj. q. j. §. uerum, & hr̃ſeos. ȷ̃.
de hæreticis. c. uergentis, & alia conſimilia capitula in-
telliguntur, qñ notoria erant delicta ordinatorum, uel
inſtitutorum: quia etiam ſi non eſſet actum ꝯ ordinato
res; tñ ſine ordine iudiciario poterant puniri ordinato
res, qui ſcienter malos ordinauerant, ut. s̃. de iure iu.
ad noſtram. iij. & . ȷ̃. de actu. euidentia. ſed ſi accuſaret̃
ordinatus, ꝙ extra quatuor tempora ordinatus fuiſſet:
uel quòd minus canonice electus, uel tranſlatus fuiſſet,
quæ & publica & notoria ſunt, bene præiudicaret ſen-
tentia lata contra ordinatum ordinatori ſuprà de trãſ.
epi. inter, & de temp. or. literas. hæc enim ſunt ita con-
nexa, quæ ſeparari non poſſunt. ſi enim male fecit reci
piendo ordinem tali die, deterius fecit ordinator con-
ferendo, ar. ſupra de tranſ. epi. inter, circa fi. ſed bene
pòtuit ordinatus male recipere ordines quia erat crimi
noſus: ſed ordinator bene contulit: quia hoc ignorauit
ſupra de cor. uiti. expoſuiſti; & hoc quidã de plano con-
cedunt. Melius uidetur, ꝙ quantuncunq; crimen ſit no
torium ordinati, uel ꝙ ordinator celebrauit extra. iiij.
tempora. nunq̃ tñ agitur, ut caſſetur ordinatio, quã ha
bet ab ordinatore: ſed tãtum agere poteſt, ut puniatur:
uel pñiam agat, quam non habet ab ordinatore, & ideò
nunquam præiudicat uni ſñia ꝯ alium lata. ſecus autem
eſt in electis & electoribus. nam in illis obtinet, quod ſu
perius eſt notatum. hoc aũt uidetur eſſe indubitatum,
quod ſi aliquis egit contra capitulum alicuius eccleſię,
& petit præbendam, quę mihi debebatur, uel mea erat,
non præiudicat mihi ſñia lata ꝯ capitulũ alicuius: quia
ſi poſſidebam præbendam, tunc cõſtat, ꝙ nõ præiudicat
quia ꝯ capitulum non cõpetebat actio, ſed contra me.
ff. de alie. iu. mu. cau. fac. l. penulti. ff. de rei uin. officium
ſupra de iudi. examinata, & ſi non poſſidebam, non præ
iudicat: quia non potui actorem prohibere ab agendo.
ff. de re iud. ſæpe. §. ult. ff. de iureiu. nam poſtea. §. fi. & l.
ſed & ſi poſſeſſori. hoc uidet̃ falſum: quia ſi quis ageret
contra capitulum ſuper præbenda, quam dicit uacare
de iure, licet alius eam teneat de facto: uel ſi quis dicit
eam ſibi deberi; quam alius etiam dicit ſibi deberi, &
eodem iure, ſcilicet per electionem capituli, ſatis uide
tur locum habere hæc decre.

SVMMARIVM.

1 *Rei, cuius commertium quis non habet propter naturam ipſius rei, nec legatum, nec donatio, nec ſtipulatio fieri poteſt.*
2 *Non minus ualet iudicium, quando quis iniuſte agit, quàm quando iuſte.*
3 *Actor non exprimit in libello diẽ, uel locum facti contractus.*

ABbate, & infra [commendatori] & hic no. quan
do ad plures pertinet actio de aliqua re, ita, ꝙ
ad unum pertinet quaſi ſub alio, ſicut commẽ
dator eſt ſub præceptore, ꝙ ſimul ambo, & omnes age-
re poſſunt, de hoc no. s̃. de iud. cum deputati. ȷ̃. de reli.
do. cum uenerabilis [uel quaſi] no. libellum. ſub diſiun-
ctione. ut no. s̃. de in inte. reſti. c. conſtitutus [finibus]. s̃.
1 de reſti. ſpo. cum ad ſedem. ¶ † Sub conditione] hæc rñ-
ſio probatur. ff. de leg. j. cætera igitur, in prin. ff. de act.
emp. l. ul. ff. de leg. j. ab oĩbus, & l. ſi ſeruus, aliàs uerum
eſt, quod rei, cuius cõmertium quis non habet propter
naturam ipſius rei, nec legatum, nec donatio, nec ſtipu
latio fieri poteſt. ff. de leg. j. filiuſfami. §. ſi quis. ff. de leg.
ij. boue. §. j. ff. de leg. iij. fideicommiſſa. §. in ſeruo, & eſt
expreſſum de re, quæ eſt apud hoſtes. ff. de uer. ob. liber
homo [mox]. C. de ſacroſan. eccle. ut inter. ¶ Intentio]
ſatis bñ dicit, quod ex nullo uerbo poſito in donatio-
ne facta monaſterio de Populeto apparet uoluntas do
natoris, quòd locus de Roſel. daretur monaſterio de
Bonefac. ar. C. de do. promiſ. l. j. Item pro hoc facit:
quia uerba donatoris non dirigebantur ad monaſte-
rium de bonefac. ſed ad monaſterium de Populeto.
& ideò non uidetur ius quæſitum in re, ſed in per-
ſona. ff. de annu. leg. Caius. ff. de lega. j. quidam teſta-
mento. ff. de contrahen. empt. l. fin. aliàs autem, ſi ap-
pareret ex aliquibus præſumptionibus de uoluntate
donatoris



donatoris, quod ad monaſterium de Bonefac. perue-
niret res donata, poſſet dici, qđ aliter ꝓuideretur mo-
naſterio de Bonef. ar. ff. de lega. ij. Titius. §. patre. ff. de rei
uindi. emptor. §. ancilla. ff. de leg. ij. Titia, cum teſtamen
to. §. Titia, cum mi. ȷ̃. de teſta. nos quidem. ff. de dona. in-
ter ui. & uxo. Sulpitius [donatio] ȷ̃. de eccle. ædi. ad au-
dientiam. ſed contra. ff. de ſer. ur. præd. ſi ſeruos. §. fi. ff. ſi
ſerui. uendi. l. fin. ff. de adimen. le. ſeruos. ff. de lib. cau. ſer
uos. ff. de lib. & poſt. placet, & l. ſe. inſti. de lega. §. poſthu
mus: ſed ibi non quæritur ius in re, ſed perſonalis obli-
gatio. ¶ Quia uideri] ff. de iud. non poteſt, ſolemus, nun
quàm, no. ff. ad exhi. l. tigni. §. fi. C. de in litẽ iura. l. j. nec
obſtat de pignoraticia act. ſi rem. §. fi. quia ibi loquitur
in pignoraticia, quæ ſtatim oritur ex cõuentione, & ſic
reſponde. l. ff. de pigno. act. l. ſi rem [dicebatur] bene al-
legat iſte, ſi res donatæ nullo modo pertinebant ad re-
gnum, quia ſm hoc nihil pertinuit ad regẽ de eis diſpo
nere, ſed ſi ad regnum pertinebant, licet ea nõ poſſide-
ret, bene ius, quod in eis habebat, dare potuit, & ad hoc
obligare ſucceſſorem, & ſm hoc bona etiam erat rñſio
partis aduerſæ [ſuperuenienti] ff. de rei uen. ſi autem, in
prin. ff. ad exhi. tigni, in prin. [ſpãli cauſa] puta ex cauſa
uenditionis initæ cum. P. tali die & loco dicerem ſibi de
bere, & non eſt uerum [& poſtea] q̃ lis cepta ex prædi-
cta cauſa [ſiue alia] ſ. quia res, quam petijt ex cã uendi
tionis, ſibi debet̃ poſt litem cõteſtatam ex cã donatio-
nis, quæ pœnitus aliena eſt à cauſa uẽditionis. ſimilis au
tem cauſa uendit onis ſcđa eſſet primæ, ſi ex cã alterius
uenditionis alio loco & tꝑe factę ſibi poſt lit. conte. de-
betur; & tñ quia ex ea actum nõ eſt, non ueniet in iudi-
cium; & ideò de ea non ſententiabit, & hoc eſt, qđ hic di
cit [obnoxium] hæc petitio generalis rarò admittit̃ in
ꝑſonalibus actionibus, in realibus ſæpe [indebite] ſ. qa
2 tunc nõ debebatur [iudiciũ] † iudiciũ. n. non minus ua
let, qñ quis iniuſte agit, quàm qñ iuſte, qđ ſatis patet,
qa ſñia ꝯ eum lata tenet imò etiam pro eo, licet ſit ꝯtra
ius litigatoris. 2. q. 6. §. diffinitiua. & idẽ ur̃ de actis & ge
ſtis. [libera ꝯſcientia] quia cum in gñe dixit, eũ ſibi ob
noxiũ, & eũ inuenerit tꝑe ſententiæ obnoxiũ, ꝯ conſciẽ
tiam iudicaret, ſi eũ non obnoxium ſententiaret. Itẽ ex
hac ſñia ꝑpetuò & ex omni cã pararet̃ exceptio rei iud.
abſoluto. ſed ſic non eſt, qñ ex certa cã petijt, quia tunc
tm̃ paratur exceptio ex illa cã [iudicio] qa probationes
& acta inter eaſdem ꝑſonas præiudicant, & ẽt in alio iu
dicio, ſi ad idẽ agatur. & hic ad idem aget̃, quia ſub gñа
libus uerbis omnis tꝑis ius, ſ. & ante litem conte. & poſt
deduxit in iudicium [& tunc] ſ. tꝑe litis conte. [funda-
uerit] nõ habita diſtinctione inter ꝑſonales actiones, &
reales, niſi quia perſonales rarò admittuntur nõ expreſ
ſa cauſa, ſed reales ferè ſemper non expreſſa cã admit-
tuntur: ſed ẽt in eis, ſi expreſſa ſit cã certa, niſi cã ſit ꝓ-
poſita tꝑe litis conteſt. non prodeſt, ſi poſtea alia ſuper-
ueniat, ar. ff. de exce. rei iud. ſi mater. §. ſi quis uerò. [do
nationis] puta quia dixit, Peto talẽ fundum ex cã uendi
tionis. licet. n. non adiecerit de tꝑe & loco uenditionis,
quia tñ uẽditionem neceſſariò comitatur locus, & tp̃s,
non prodeſſet petitori, ſi poſt litem conteſtatam eãdem
rem emat, cũ de certa uenditione intelligi oporteat &
certis loco & tꝑe facta, ut hic dicit ſecus aũt, ſi dicat? di-
co hanc rem ad me pertinere iure dñij, uel quaſi. hic ẽt
ſi poſt litem conte. nouum ius acquirit, fertur ſententia
pro eo. ff. de rei uin. ſi autem, ar. ff. de exce. rei iud. ſi ma-
ter. §. eandem cũ. n. in libello nullas cãs dñij expreſſerit
non hẽt concomitantias loci certi, & tꝑis, & ideo nõ eſt
nis, quo loco & tꝑe dñium ad ipſum ꝑueniat [cauſam]
ſcilicet emptionis, & uenditionis, & donationis, uel ſimi
3 le ¶ † Vacua] i. impoſſibilis. certa. n. uenditio nõ poteſt
fieri, niſi certis loco & tꝑe. fatemur tamen, ꝙ nec actor
debet exprimere in libello diem, uel locum facti cõtra-
ctus, ſicut nec teſtis. s̃. de fide inſtr. cum Ioannes, niſi iu-
dex hoc ex certis cauſis faciat fieri, ar. s̃. de fide inſtr. cũ
Ioannes, circa fi. inſti. de act. §. curare [cõcomitantia] ſ.
tẽpus, & locus: ſed ſufficit quouis loco, uel tꝑe illud fa-
ctum fuiſſe [licet] q. d. & ſi hæc quæ dicta ſunt, non poſ-
ſunt tolerari: de iure tñ ſic ſeruandum eſt, quia æquum
eſt. ff. ad l. Aquil. ita uul. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ad æternam rei memoriam eſt ferenda.*
2 *Forma promulgandarum ſententiarum.*
3 *Eccleſia non debet habere cum inimicis ſuis odium: ſed omnes ad pacem uocare debet.*
4 *Poteſt clericus pro quolibet peccato deponi.*
5 *De hæreſi ſuſpectus, ſi ſe non purgauerit, excommunicari debet.*
6 *Imperator deponi poteſt a Papa.*

AD apoſtolicæ ſedis. Et infrà [concilij] præ-
ſentia concilii eſt ad ſolennitatẽ tm̃, quia ẽt
ſine cõcilio ſolius Papæ ſñia ſufficeret ad dã
nationem imperatoris. 15. q. 5. alius. 9. q. ul.
petet, & c. c. ipſe ſolus habet plenitudinem ꝑtãtis. 2. q.
1 6. decreto [ſempiternam] † ſupple ſic pronuncio & diffi
nio. omnis. n. ſententia ad æternam rei memoriam eſt fe
renda. quia perpetuo eſt ſeruanda, & ius facit inter par
tes: ſpãliter tñ perpetuò memoranda eſt ſententia depo
ſitionis, quæ fertur ꝯ iniquos principes, & maxime con-
tra imperatorem. eſt. n. memorandum de hac ſententia
depoſitionis, quæ non debet ferri niſi urgente multa ne
ceſſitate. & multis cauſis, & criminibus, & infamiis mani
feſtis contra imperatorem clamantibus. Item memoran
da eſt talis ſententia, ut ſciant omnes, quot & quantis pe
riculis ſe opponit Romana eccleſia, ut pacem procuret
ſubditorum, & ut exemplum det cæteris prelatis omnia
pericula ſubeũdi pro defeſione ſuarum eccleſiarũ quot
enim periculis & maris, & terræ, & proditionis, & aſſaſ-
ſinorũ, & aliis infinitis ſubiecit ſe Papa, qui hanc tulit
ſententiam uix homo enarrare poſſet, quædam tñ ſcri-
2 pta ſunt in chronicis Ro. eccle. ¶ † Hinc debent ſumere
exemplũ iudices, qualiter ſuas ſententias debent ꝓmul
gare. dẽt. n. ſic dicere. ego, uel nos talis iudex ordina-
rius, uel delegatus præſentibus partibus talẽ ſentẽtiam
proferimus ad æternam rei memoriam, uel ad honorẽ
Ieſu Chriſti, uel ad honorem & obſeruationem iuris li
tigantium, uel alia conſimilia uerba. nam quidam
iudices malefaciunt, qui dictant ſuas ſentẽtias aliis ſcri
bendo ſiue partibus, ſiue uniuerſis. huius enim ſcripturæ
potius ſunt teſtimoniales ſcripturæ præteritorum, q̃ aſ-
ſertoriæ præſentium. Item illud non ur̃ fieri debere, ꝙ
alicui ſcribat ſententiam, & loquatur in præſenti, licet
in decre. factum inueniatur, ut s̃. de ſequeſt. poſ. c. j. de
re iudi. inter. qđ quàm ſit abſurdum, cuilibet diligẽter
3 intuenti ipſas decre. liquido apparebit ¶ † Pacem] no.
ꝙ eccleſia omnes inimicos ſuos debet uocare ad pacem
& tm̃ eis publicè offerre, ꝙ & conſcientiam habeat ſe-
curam & illæſam, ſi contra eos ꝓcedere debet, & ꝙ ora
obſtruat detractorum imo, & ſi eccleſia ꝯ inimicos ſuos
procedat ſiue ſpiritualibus, ſiue materialibus armis, to-
tum fieri debet, ut ad pacem ueniat. 23. q. 3. noli. ¶ Re-
uocare]

uocare] no.ex hoc loco,& ex his,quæ ꝓxime dicta ſũt, ꝙ ſententiam ſuam,uel facta ſua nunquã ſuppoſuit correctioni, uel emendationi concilij,uel aliorũ,ſed ſuæ emendationi tñ ſeruauit.hoc tñ dixit,ꝙ ſuper emendatione ſua conſiliũ concilij quæreret,&.bene fecit, 9. q. 3.patet,& c.ſeq.¶ Adhærentes ] no. fidelitatem eccleſiæ Romanæ,quia nunquam uoluit habere pacẽ, nec pacis tractatũ,niſi prius exprimeret,& præmitteret de pace ſibi adhærentium, & de perpetua ſecuritate eorum
4 [grauiſſima] † bñ fecit Papa,ꝙ non ſolum multa crimina ſed ẽt multa gña peccatorum ſubiecit ſententiæ depoſitoriæ imperatoris.magna.n.cauſa ſubeſſe debet depoſitioni imperatoris.non eſt ſimile ius ad depoſitionẽ clericorum,q ꝓ quolibet peccato deponi poſſunt. xxv. di primum.l.di.ut cõſtitueretur:qa imperatores, & alij pricipes deponi nõ poſſunt abſque magnis & multis periculis,& periculum eſt cã,quare aliquid detrahitur rigori.ĵ.de cle.excom. mi. latores. Item imperatores & principes nõ miniſtrant in ſacramentis eccleſiæ,ſed clerici ſic.& ideo oportet eos ſine peccato eſſe.31.di.tenere [deierauit] periurium licet in omnibus ſit graue crimen,in principibus tñ,& prælatis eſt grauiſſimum,quorũ uerbum debet eſſe firmiſſimum ẽt ſine iuramẽto,ar. 22.q.4.innocens,& c.inter cætera. [& ĵ.]ſub uerbis iſtis continentur in textu ſententię.primo multa periuria ſecundo multorum pactorum fractiones tertio multa ſacrilegia quarto multæ ſuſpitiones hæreticæ prauitatis [pace] non eſt hæres ex teſtõ Chri, qui pacẽ nõ ſeruat, cũ teſtm̃ eius fuerit, Pacem meã do uobis,pacẽ relinquo uobis;& principes maxime ad pacẽ ſeruandã tenentur. ff.de pac.conuentionum. [ſacrilegiũ] de ſacrilegio no. ĵ.de ſen.exc.cum ꝓ cauſa [non dubijs] cum hæticorum uocabulo contineri debeat,& ẽt puniri, qui ex legis argumento à tramite fidei deuiare noſcantur.C.de hære. l.j.idem uř in ſimonia.ĵ.de ſimo. ſicut ſi. † Itẽ ſuſpectus de hřſi,ſi ſe non purgauerit,excommunicari dẽt,& ſi ꝑ annum in excommunicatione ſteterit,ſicut hęreticus ꝯdemnari debet.ſ.de hære.excõicamus.§.j.Item ſine ulla damnatione ipſo facto eſt infamis,& alias pœnas incurrit.ſ.de hřti.excõicamus.§. credentes[exinanitionẽ] licet.n.feudatarius habeat utile dominiũ, & ſibi liceat uti frui re feudataria diſſipare tñ non debet,imo nec deteriorare,ſicut uſufructuarius. ¶Reprehendi] no.ꝙ licet Papa poſſet eum priuare regno:quia debitam pẽſionem per biẽnium non ſoluit.ſ.de loc.c.ſi.tñ ex cauſa,q tantum intereſſe ſedis apoſtolicę tangit,non priuat,ſed tñ ipſum reprehendit [imperet] forma hmõi ſententię ſumpta eſt ex eo,quod legitur 1.Re. 12.q.2.vulteranæ.
6 ¶ † Priuamus] no.quia Papa deponit imperatorem. ſi. 15.q.6.alius;& eſt hoc de iure.nam Chriſtus filius Dei, dũ fuit in hoc ſeculo,& etiam ab eterno dñs naturalis fuit,& de iure naturali in imperatores, & quoſcunque alios ſententias depoſitionis ferre potuiſſet,& damnationis,& quaſcunque alias,ut potẽ in perſonas,quas creauerat,& donis naturalibus & gratuitis donauerat & in eſſe conſeruauerat,eadem rõne & vicarius eius põt hoc nam non uideretur diſcretus dñs fuiſſe, ut cum reuerẽtia eius loquar,niſi unicum poſt ſe talem uicarium reliquiſſet,qui hæc omnia poſſet fuit autem iſte vicarius eius Petrus, Matth. 16. ultra medium & idem dicendum eſt de ſucceſſoribus Petri,cum eadem abſurditas ſequeretur,ſi poſt mortem Petri humanam naturã a ſe creatam ſine regimine unius perſonæ reliquiſſet,& argu.ad hoc ſuprà qui ſi.ſint legiti.per uenerabilẽ,ultra me. de hoc not.ſuprà de fo.compe.licet.

CVm æterni tribunal [ſe ſuſpenſum] Hic ſit infamis C.de pœn.iud.qui ma.iudi.l.ul. [diuinis] in officio ſuo.11.q.3.ſi quis eps [irregularitatis] hic colligitur, ꝙ cum irregularibus ſolus Papa diſpenſat; & idẽ uř de corpore uitiatis,& illegitime natis,& pœnitentibus, & bigamis.& idem ſeruat eccleſia Romana[in tot]in quatuor prædictis.Innocentius Papa.IIII.

DVobus Iudicibus[pro reo] ſuprà de proba.ex literis [pro reo] de hac materia nota. ſupra de offi. deleg. cauſam.

## De appellationibus. Rub.

DIlecti filij. [ap.ſe.] repete quæ diximus ſ.de offi le.quod ad conſultationem [factas] tẽpore ſuſpenſionis,& excõicationis ac interdicti Prioris per ipſum & archiepiſcopum [malitioſe] infra de conceſ.prębẽ.uel ec. non ua.nulla [in irritum.] nam non noceret, ſi poſt ap. latæ ſunt.

INter cætera [generalem] Hic nouum ius imitatr poſtea ſubſecutum,ſm ꝙ non licet appellare niſi ab inſtante grauamine,uel comminato.ĵ.e.cum cãm, & c. ut debitus,& cũ ceſſante,& c.dilecta.uel poſſet dici,ꝙ hæc decre.præſagiebat ius illud.

AD noſtram [ap.] hodie non uř differentia inter regulares,& alios,& inter correctionem & alium ꝓceſſum,cum ſemper liceat appellare,ſi excedat, qđ idẽ eſt,ac ſi grauet ſuprà de off.or.licet infrà de accuſa.c. inquiſitionis.olim aũt poterat eſſe differẽtia:quia clerici ſæpius audiebantur appellantes, regulares rarius.ꝑterea ꝯtra diſciplinam clerici non appellabant, niſi grauarentur in aliis audiebantur appellantes ẽt ſine grauamine, regulares uero uix,uel nũquã audiebantur.hodie ẽt poſſet habere locũ hoc poſt ſentẽtiam ꝯtra regulares ſm regulam latam, quia tunc non deferret iudex appellationi.in alijs ſecus.& qđ dicimus in corrigendis exceſſibus regularium,idem intelligimus ẽt de exceſſibus aliorum ſubditorum ſupra de offi.ordina. irrefragabili.§.j.& ſi ex officio cõdemnati appellauerint, & appellationis literas impetrent etiam poſt ſententiam,& etiã facientes mentionem de appellatione, non ualent,niſi faciãt mentionem de cã condemnationis.ſ.de reſcr.dilectus filius abbas.ĵ.de coha.cle.& mu. ſuper eo. Item in hoc eſt differentia inter correctionem exceſſuum,& alias cauſas, uel alia iura,quia correctio exceſſuum nulla conſuetudine etiam præſcripta impediri poteſt,de offi.ord.irrefragabili.§.j. ſed alia iura,& iuriſdictio bñ toluntur præſcr.ut ſupra de præſcri.per totum,& cõtraria conſuetudine,ut.ſ.de conſue.c.fin.

PErſonas eccleſiarum [his] Nõ enim ulterius audietur appellans in articulo,quem nõ proſequitur, ut hic,& infra eo.ſæpe in aliis ſecus infra e.directẽ [ſi autem] prima pars loquitur,qñ pars præfixit nimis magnum terminum:ſed poſtea iudex præfixit terminũ minorem ſecunda qñ appellans præfixit terminum competentem [ſententiæ].i.iuriſdictioni tuæ. nam licet appellans proſequatur appellationem a diffinitiua ſententia interpoſitam intra terminum ab homine præfixum, ꝑp hoc nõ manet ſñia rata,niſi labat terminus iuris.nec ꝯdicit.c.ſc.ĵ.eo.ſæpe,qa oĩa illa capitula intelligunt de termino iuris. Alij tñ intelligũt idẽ in termino iuris,& in termino hoĩs,ſ.quod ſemper manet ſñia rata; & hoc uř uerius; qđ ſic probatur:qa ultra terminũ pſixum appellationi



proſequendæ ſiue à ſe,ſiue à iudice,ſiue à iure præfigatur,appellationem proſequi non poteſt.Item nec de nouo appellare põt:quia nec grauari poteſt: qa nec iudex,qui ſententiando functus eſt officio ſuo , non hẽt ulterius ꝙ faciat.ſ.de of.dele.in literis niſi ꝙ exequatur.ſ.de offi.dele.ſignificaſti.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit differentia inter appellationem,& prouocationem.*

CVm ſit Romana[& euidenti cã]2.q.6.ei,q app. C.de tem.ap.aut.q ei.aliter.n.non conceditur biennium.uñ oportet eum neceſſitatẽ ꝓbare.ĵ. eo.ꝯſtitutus,& ex neceſſitate daretur triennium.ĵ.c. ex rõne,ubi no.[proſecutus].ſ.c.proxi.[ſi uerò] interpoſitione, ut pateat rñſio alij membro,ſ. quando appellat ante ſñiam[prouocationes]de hoc not.ſuprà.de. maio. & obe.dilecti.per omnia cenſetur iure appellationum
1 † eſt tamen differentia:quia proprie & ſtricto modo loquendo appellatio dicitur illa, quæ ſit in iudicio. prouocatio uerò dicitur illa, quæ ſit extra iudicium : ſed iõ proprius dicuntur ad cauſam prouocationes:quia tunc ſiet incæptio cauſæ,& appellatio pure & ſtricte dicitur in cauſa iam cæpta.Item ſi in iudicio appellaſſet, lapſo termino non audietur ulterius ſuper eo, de quo appellauit,ut patet in eo,ꝙ le.& no.ſuprà.c.proxi.ſed quãdo extra iudicium appellat,etiam lapſo termino audietur appellans quia hæc appellatio non proprie dř appellatio, ſed ad cãm prouocatio,nec põt impediri, quin alio iure ſe iuuet appellans [ſi autem] mõ loquitur,qñ appellatur in iudicio,ſed ante ſentẽtiam[cogitur] elapſo termino appellationis proſequẽdę aſſignato [ſi raptor] ſicut dicitur ab aduerſario,ſed ipſe non confitetur [irrequiſitum] hic not.ar.ꝙ in notorijs nec uocatione ad cãm,nec admonitione opus eſt.2.q.1.de manifeſta.9. q. 1.ſtatuimus.ar.ĵ.12.q.2.indignę.2.q.6.accuſatio.So.dicimus citationem neceſſariã.& uerbum hic poſitum,ſ.irrequiſitum, expone,illa uice. ſed prius requiſitus erat uel dic, ꝙ non fuit requiſitus per Paulum,ſed per Appolinem diſcipulum eius.

AD hęc ſi una [uitare] nimis graue uř ꝙ in iſta decr. dř ꝙ ſi aliqs ſemel appellauit ab aliquo, ꝙ in aliis poſſit eum recuſare ut ſuſpectũ tñ quidã ſic plane intelligunt hoc habere locum in delegatis non ordinarijs. Item omnes dicunt, ꝙ ſi reprobata fuit appellatio, ꝙ poſtmodum non poteſt eum recuſare:quia non grauauit eum;unde non debet ei eſſe ſuſpectus.ſed nunqd poterit eũ tñ durante cã appellationis recuſare,an ẽt poſtea,puta ꝑpetuò?Alij dicunt,ꝙ hic non dř, ꝙ hæc non ſit ſufficiens cã recuſationis,qa appellauit:ſed dř,ꝙ niſi habeat iuſtam cauſam recuſationis, oportet ꝙ ſub co rñdeat.& erat cauſa dubitationis,ut ipſi dicunt:quia ex quo in uno appellauerat,in omnibus ſuſpectus uidebatur.rñdent non eſſe ita. uel loquitur ſm antiqua iura, qñ licebat ẽt ſine cã appellare, & ẽt ita recuſare : quia paribus paſſibus ambulant amplio & recuſatio.ĵ.eo tit. ſuper eo.§ j.hodie aũt ſecus,ſ.quia non poterit hic appellans recuſare iudicem,niſi ſubfuerit iuſta cã, ut ĵ. e. ut debitus & c.cũ ſpãli[uitare]niſi committat graue crimen & manifeſtum.ĵ.eo.propoſuit: uel niſi ſit ꝯtumax ad ꝓſequendã appellationem.nam tunc, ſicut nõ poteſt appellare,ita nec recuſare.ſ.eo.perſonas.ĵ.eo.ſuper eo. [uitare]ex aliqua iuſta cauſa,non autem eo. ꝙ in alia cauſa ab eo appellauit.

SVMMARIVM.

1 *Ad appellantem, non autem appellatum, pertinet iudicem eligere.*

2 *Non tenetur pars ius alterius partis dicere.*

SI duobus hæc decr.hẽt locum , qñ ex ſñia lata uterq; reputat ſe grauatũ.ĵ.de teſta. Raynaldus,& c.Raynutius:aľs non uidemus,locũ hẽat.nam nõ credimus ſi ꝑs grauata appellaret ad archiepm, ꝙ pars non grauata poſſet dicere, & ego appello ad Papã,& ego uolo,ꝙ appellatio, q tu facis,agat coram Papa:quia cum ipſe non ſit grauatus,nõ
1 audiet appellans.ĵ.eo.ut debitus.†nec eſt appellati eligere iudicẽ appellatiõis,ſed appellantis.ſm antiqua iura, qñ poterat appellari ſine grauamine, forte habebat locum hæc decret.etiam in alijs caſibus [ueniens] corã ſuo iudice[iudice]puta epiſcopo[iudicis]id eſt proximi ſuperioris ſuo iudici, coram quo litigabat, ſcilicet archiepiſcopi[citatus]is, qui ad Papam appellauit [uenit]coram minori iudice.ff. de iudi. ſi quis ex.ff. de in ius uocan.l.ij.[promulgata]à minori iudice [¶Cognouerit].ff.ſi quis in ius uoc.non inue.l.ij argu. ff. de act. empt.& uen.l.j.in ſi.nam,ut ibi dicitur, ex quo ordinarius certus eſt,certiorari non debet.ergo, ſi iudex certus eſt,tunc nõ tenet excõmunicatio. ſi aũt aduerſarius ſit certus,& non iudex,dicunt quidam, ꝙ mulcta & excõicatio impoſita contumaci tenet,& proceſſus in cã appellationis irritabitur.Alij dicunt ĵ.ſ. ꝙ non irritabiť; & quia ſi peteret caſſari ſñiam,oportet eũ cãm aſſignare.& ſi cã aſſignet,qa tu ſciebas me ad Papam appellaſſe,ſi ſř & ipſe rñdebit,& ego ad archiepm appellaui, corã quo bñ poterã ꝓſequi appellationem, quis appellatio ad Papam ꝑfertur,ſi coram eo inciperet ꝓſequi,uel ſi ab aduerſario peteretur.ſed tamen archiepiſcopus nõ debet eum exaudire in citatione, ſi ei innotuerit,quòd ad Papam appellatum ſit, nec etiam poteſt, niſi partes conſentiant, cum ex quo hoc nouit, iuriſdictionem ad ſuperiorem ſentiat deuolutam. & ideo non tenet citatio,& per conſequens nec eius ſententia,argu.C.de ſta. defun.l.penu.Si autem ignorauit, cum iuriſdictionem habeat,tenet citatio, & ſententia excõmunicationis, & etiam in cauſa appellationis procedet lite non conteſ. ſi corã primis iudicibus erat lis conteſt.ĵ.eod. titu. per tuas.& etiam idem,ſi erat de illis caſibus, in quibus proceditur lite non conteſtata,de qbus le.& no. ut lit. non conte.qñ eſt rõ,quia ignorantia facit tolerari ea,quæ fiunt ratione publici officij.C.de teſta.l.j.ff.de offi. præſi.Barbarius melior ratio eſt,quia iudex ordinarius eſt in cã appellationis,& in alijs ſuis caſibus.& ideo tenet quod ſit ab eo,niſi appelletur,uel recuſetur.ĵ.eo. ſolici
2 tudinem. ¶ †Sed dices, nonne hic aduerſario noceret ſua ſcientia?reſpondeo, ideo non nocet : quia ſcientia unius cum ſcientia alterius compenſatur,ſicut paria crimina,&c.ĵ.de adult.c.penulti.& dolus dolo cõpenſant ff.de dolo,ſi dolo.Item cum ſit pars,non tenet dicere ius alterius partis,licet iudex non debeat admittere petitionẽ eius, ſi ſciet:ſed ſi ignorat,tenet proceſſus eius, ut dictum eſt.imò plus uidetur dicendum.quia ſi poſtq incæpit proſequi litem appellationis, ueniat, qui appellauit ad Papam , & uelit impedire proceſſus eius, non poterit, ſicut ſi præſens fuiſſet, & non contradixiſſet:quia qui abeſt contumaciter, non minor eſt præſente, in authen.ut omnes obe.§.ſi autem ille,& not.ſuprà de dilat.præterea.hoc tamen bene dicimus,ꝙ ſi ei una pars,

pars,cū non appellatum eſſet,iuiſſet ad ſuperiorem fal
ſo ſecus dixiſſet ei ꝙ ad eū appellauerat,uel ſi dolo ta-
cuerit ſe renūciaſſe appellationi,& ſi iudex ꝓcedat ad
ſnīam,totum reuocabitur uel conditione ſine cā, uel ꝑ
in integ.reſt.uel per querelam falſi.ff.de iudi.ſi prætor,
PArochiano [hæredes] ar.p̃.C.ne ex de li.defunc.l.iij.ſol.hic non agiť p̃ hæredes ex de delicto defuncti:ſed ſacerdos non debet abſoluere excõicatũ,niſi ei, q eſt publica perſona,de ſatisfaciendo ſufficientem præſtiterit cautionem.s̃.de app.qua fronte.§ ſane;& ex illa ſtipulatione agẽt omnes,quorum intereſt.ff.rem pupil. ſalu.fore.l.quæritur.& plus dicimus,quia ſi cõmittatur cautio,uel ſtipulatio;tamen intelligitur appoſita, & ex ea agitur,ac ſi interpoſita eſſet ff de adop.his uerbis tñ cũ nullũ ius det eis ex ſtipulatione agere, niſi interpoſita ſit,non uidemus,qũo agere poſſint: ſed cogendi ſunt officio iudi. ut ſatisfaciant:& hoc innuitur hic.Item rõ uidetur,ꝙ ex quo pęnituit , nec aliter pęnitere potuit niſi faceret ſatis fieri, uidetur hæredibus iniunxiſſe , ut ſatisfacerent,& ideo cogendi ſunt.

## De parochijs, & alienis parochianis. Rubr.

IVs parochiale conſiſtit, ut in diebus feſtiuis parochiani miſſam audiant in ſuis eccleſiis, j̃.eo.ut dominicis,de conſecr.diſt.j.ſi quis.& in decimis perſonalib.16.q.1.ſi quis la.& c. quicunque.j̃.de deci.ad apoſtolicæ.& in oblationibus. 10.q.1.quia ſan.ſanctorum,hanc.Item in pœnitẽtijs accipiendis à ſacerdote parochiali j̃.de pœ. & re. omnis: Item in ſepulturis,bñdictionibus nubentium,& aliis ſacramentis conferendis.s̃.de ſepul.c.1.& 2.& per totum 13.q.2.j̃.de ſi.ſuam. ¶Et uideť quibuſdam,& forte non male,ꝙ ad oblationes cogi poſſint parochiani,maxime ſi ſacerdos eſt pauper, ar.32.di.ad hæc,de conſe.diſt.1. omnis 16.qõ.1.ſtatuimus an ad præſtãdum aliquid pro aliis ſacramentis cogi poſſint,no.j̃.de ſi.ad apoſtolicã. Item no.ꝙ hic dicimus perceptionem decimarum eſſe de iure parochiali & idem dicimus de pceptione,canonicæ portionis,quam eccleſia parochialis habere debet ab eccleſia,ubi ſuus parochianus ſepelitur. s̃. de ſepul. c.1.& 2.& c. de his ſed & iſtæ eædem portiones dicũtur eſſe de iure epiſcopali. s̃.de offi.or.conquerente & hoc eſt uerum,ꝙ portio,quam percepit eccleſia parochialis ab eccleſia, ubi ſepelitur,de iure parochiali eſt:ſed portio,quam percipit epiſcopus a ſua eccleſia propter communionem,quæ eſt inter eos,eſt de iure epiſcopali s̃.de teſta.requiſiſti.

SI ep̃s].i.ep̃atus hoc.c.loquitur de diſpenſatione. de iure.n.remouendi eſſent, & perpetuo deponendi 1. q.7.c.ſi quis omnes,& loquitur in partibus Africæ,ubi Donatiſtæ præualebant,& quaſi quicquid dr̃ hic,prouiſio fuit [Diuidant] ep̃s catholicus,& conuerſus [Eas] parochias,ſiue plebes. ¶Sic] i. in hæreſi catholici.n. ſine diuiſione omnes catholico ep̃o dimittentur uel melius credimus ſic exponendum,quæ ſic inuentæ fuerunt i.ubi ambæ.i.quæ partem habebant populi adhęrẽtem hæretico,& partem adhærentem catholico omnia autem loca,quæ adhæſerunt catholico epiſcopo ſua tantum erunt;& loca,quæ adhæſerunt hæretico, tantũ ſua erunt communia autem.i.ubi ſunt hæretici & catholici, communia erunt [Vbi] ideſt ubi poſſent fieri duæ, partes, puta quia multæ ſunt parochiæ,quæ diuidi poſſunt ſecus autem,ſi unus locus tantum ſit;& hoc eſt,qđ ſequitur , quòd ſi forte & c. [alia] ideſt una pars. [Ad illum] ideſt hæreticum epiſcopum [Vnus] tantum & ideo alius locus in eius cambium dari non poteſt , cum non ſit. ꝙ autem in uno loco uterque partem ſuam haberet,non eſt conueniens , & eſſet cauſa litis inter eos [Inueniuntur] puta quia tria,uel quinque ſunt loca,in quibus communiter eſſet plebs adhærens hæretico , & adhærens catholico.

VT dominicis.[contẽpto] de pœ.di.6.placuit 61.di. primatus.9.q.2.p totum ſi aũt nõ cõtẽneret,ſed ex iuſta cã ad aliã parochiã trãſiret,uel in trãſitu peregrinationis,non expelleretur.7.q.1.ep̃i,uel presbyteri 92. di. c. ult. [Abijciant] forte in hoc caſu eſt licitũ cuilibet prælato cuiuſlibet eccleſię eijcere uiolenter nõ ſolum laicos, ſed etiam clericos,ar.infra de ſen.ex.c.ueniens ſed potius ſibi conſulimus, quòd uerbis moueat, & non iniiciat manus.

NVllus epiſcopus [iudicare] ex epiſcopali ordine: alias enim eſſet contra : quia quilibet ordinarius tam præpoſitus,quam archid.iudicare põt , non tamen ordinare ſupra de offi.ord.c.j.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi limites non ſunt diſtincti,locum habet præſcriptio in prouincijs,& in epiſcopatibus,& in parochijs, & quo ad omnia iura.*

2 *Limes quid ſit.*

1 SVper eo [de finibus] † nota,ꝙ ubi limites non ſunt diſtincti, ſm omnes ferè locũ habet præſcriptio in prouincijs,& in ep̃atibus, & in parochiis,& quo ad omnia iura.16. q.3. inter memoratos, & c.dilecto:s̃.de præſcri.ad aures ubi uero diſtincti ſũt limites,dicunt ferè omnes,ꝙ nec limes,nec q annexum eſt limiti præſcribi poteſt.16.q.3.licet,& c.dilecto.qđ aũt remotum eſt,quo ad omnia iura præſcribi poteſt, licet inter alterius limites contineatur Gu.Na. tamen & Alanus,& quidam alii dixerunt , ꝙ etiam remotum a limite præſcribi non põt quo ad iura merè ep̃alia, ſiue ſint de lege iuriſdi.ſiue diæc.ſed horum opi.conuinci uidetur j̃. de reli.do.c.1.s̃.de præſcri.ad aures, & c. auditis,& c.cum ex offi in quibus omnibus oſtẽditur, ꝙ iura epiſcopalia præſcribuntur. ¶Quidam tamen dicunt,ꝙ iura,quæ pertinent ad ordinem epiſcopalem, ut eſt conſecratio,& ordinatio,& ſimilia, & etiam quæ pertinent ad iuriſdõnem,non põt præſcribere , ut intra limites alterius ep̃i faciat ſed poteſt præſcribere,ut clericos alterius diæc.in ſua ordinet,& iudicet.Illud autẽ certum eſt, ꝙ quo ad proprietatem,& quo ad ius pa.ea quæ ſunt in limitibus,& circa limites præſcribi poſſunt 16.q.4.uolumus & quod dictum eſt de limitibus p̃ſcribendis,locum habet in prouincijs 16.q.3.quicũque. C. de fu.li.agros,& in epiſcopatibus,& parochiis.16.q. 3.

2 inter me.in ſi.& in parochiis,ut hic. ¶† Item no.ꝙ proprie limes eſt longitudo,ſiue latitudo ſpacium a ſpacio diſtinguens;& in tali limite nihil eſſe poteſt, qũ eſt linea tantum uerumtamen non ſic ſtrictè limites ep̃atus accipiuntur:ſed flumina,montes,& paludes in ep̃atibus ſolent eſſe limites;& de hoc limite dicunt quidam ꝙ eſt communis utriuſque,& quod in eo fundatur, commune erit. ¶Alii dicunt, ꝙ eſt nullus alii dicunt , & forte melius , ꝙ talis limes diuiſus inter ep̃os intelligitur ipſo iure licet nunq̃ actus diuiſus fuerit . unde ſi fluuij limes exſiccatus ſit per longitudinem,uel per latitudinem,diuiſus intelligitur, & per iudicem arbitrio boni uiri actuali ſigno diſtinguetur:& ſi eccleſia ſit in medio limitis, in duas eccleſias diuidetur , niſi aliter ipſi ep̃i inter ſe potuerint conuenire.quandiu autem non ſunt duæ, cõmunes intelligũtur quo ad parochialia & ep̃alia iura,ſicut arbor in confinio poſita.ff.communi di. arbor,inſti.de rerum di.§.inſula.nec præſcribet unus contra alium xvj. qõ.iij. inter me.Si autem de illa eccleſia non poſſint fieri duæ,ſuperior ordinabit, ꝙ alternis annis uel uicibus diſponant. ff. de uſufru.ſi rei. §. ſi fu. & l. quotiens. uel dic, quòd illius ſoli erit eccleſia,in cuius parte caput poſitum eſt. ff de acquiren.re.do. adeo §. ſi. item non poteſt epiſcopus donare alii , quæ ſunt in limite . xvj. quæſtio.iij. ¶ Quæ finibus] ff.de rei uin. quæ religioſis. ff. de contrahen. emp.in modicis, principaliter ita,ꝙ ſunt partes eius.ff.de rei uin.qui p re ff. de contrahen.emp.in modicis uel uicinia ſunt, & ſi non ſunt partes eius nam rõne uicinitatis poſſent confundi fines,& relinquitur hoc arbitrio boni uiri. nam quædã ſunt,quæ potius intellectu accipiuntur.ff.de ſol.ratum [Parochiarum] i.epiſcopatuum nos intelligimus, ut iacet, ſ.& plebium,uel capellarum.

S V M M A R I V M.

1 *Clericis,uel eccleſiis ſiue diuitibus , ſiue pauperibus exiſtẽtibus decimæ integræ eis ſoluendæ ſunt de omnibus,quæ proueniunt de terra, ſiue de animalibus,ſiue operatura manuum, & in nu.2.*

*Malefaciunt*

8 *Maleſaciunt prædicatores, qui docent & prædicant non dari debere decimas clericis.*

SIgnificauit [tpalia] decimas pſonales, oblationes, & huiuſmodi nam decimas prædiales exigere poſſunt, ut ſtatim ſequitur [partibus]. j. ti.
1 proxi. ad apoſtolicæ. ¶ † Perſoluuntur] ſup. illis eccleſijs, in quarum parochijs poſſeſſiones ſitæ ſunt, qa ſi eſſet conſuetudo, q alii eccleſiæ ſolueretur, ſtabitur conſuetudini. j. ti. proxi. ad apoſtolicæ. hoc aũt conſuetudine induci non põt, q quis alicui non ſoluat decimas, ſi ſunt prædia laicorum, non religioſorum quicquid alii dicant, nobis uſ, q clericis, uel potius eccleſijs, ſiue ſint diuites, ſiue pauperes, decimæ integræ eis ſoluendæ ſũt de omnibus, quę proueniunt de terra, ſiue de animalibus, ſiue de operatura manuum. ¶ Et q diuitiæ eccleſiarum non debent impedire dationem decimarum, probatur, quia in nullo caſu poteſt eſſe uerum, q propter diuites liceat aliis diuitibus ſua iura auferre. 14. q. 4. c. quid dicam, & q. v. per totum item decimæ non ſunt tãtum clericorum, ſed pauperum, & fabricæ. 12. q. 2. nobis
2 & c. ſe. ¶ † Itẽ decimæ ſunt tributa ægentium animarũ, & ea ſibi dominus reſeruauit in ſignum uniuerſalis dominii 16. q. 1. decimæ, j. eo. tua q autem omnes decimę & perſonales & reales decimæ ſint integræ perſoluẽdæ probatur qa auctoritates ue. & no. te generaliter loquũtur. Nam Abraam obtulit decimas Melchiſedech ſacerdoti de omnibus. Gen. 14. circa fi. Oſeæ. 7. circa prin. Item Iacob promiſit domino cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. & in Exo. 22. circa fi. legitur decimas & primitias non tardabis offerre. & in Leui. 27 circa fi. Omnes decimę terrę ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum dñi ſunt, & j. e. c. ouis, & bouis, & capræ quæ ſub uirga paſtoris tranſeunt, quicquid decimũ fuerit, ſanctificabitur dño, & non eligetur neque bonum neque malum, nec altero commutabitur. & numeri 18. circa fi. filiis Leui. dedi omnes decimas Iſdrael in poſſeſſionem pro miniſterio: quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœder. & j. nihil aliud poſſidebunt decimarum oblatione contenti, quas in uſus eorum neceſſarios ſeparaui. & Deuter. 12. c. in prin. offerretis in tabernaculis uictimas, & decimas, & primitias manuum ueſtrarũ, & eiuſdem. 14. circa medium, Decimam partem ſeparabis de omnibus frugibus tuis, quæ naſcuntur in terra item. ij. p al. 31. circa prin. Primitias obtulerũt primi frumenti, uini, & olei, mellis quoque, & omnium, quę gignit humus decimas obtulerunt. Nehemi. x. circa fi. ipſi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum noſtrorũ Tob. 1. Tobias fideliter offerebat omnia primitiua ſua, & decimas item Eccleſiaſti. 35. circa prin. in exultatione ſanctifica decimas tuas. Malac. 3. & me configitis in decimis, & primi j. inferte omnem decimam in horreũ meum, ut ſit cibus in domo mea. item Lucæ. 13. Do decimas omnium, quæ poſſideo. idem Matthæi. 13. Ve uobis, qui decimatis mentam, & anethum, & cynamomum & relinquitis, quæ grauiora ſunt legis, & miſericordiã, iudicium, & fidem; & hoc oportuit facere, & illa non
3 omittere. ¶ † Item confundi debent uehementer iſti noui magiſtri & prædicatores, qui docent & prædicant contra no. & ue. te. nunquam enim inueniũt Aug. Amb. Greg. uel alium Sanctum Doctorem aliud ſenſiſſe. 16. q. 7. decimas, & in c. ſeq. Sed dicunt aliqui decimæ datæ fuerunt clericis pro parte ſua, & non debebant aliam portionem habere niſi decimas, numeri 18. circa fi. cum ergo modo multa habeant, non debent habere decimas

Sed uerũ eſt, q in diuiſione terræ pmiſſionis nõ debuerũt hře partẽ, ſicut aliæ tribus, ſed p parte debuerũt eẽ cõtenti decimis ſed ſi alias offerent eis, uel alio iuſto titulo darent, bñ poterãt poſſeſſiones hře, ut Leui. c. fi. ultra med. ¶ Itẽ decimæ ſunt pars dñi, Leui. 27. circa fi. & dñs dedit eas Leuitis, numeri. 17. circa fi. q aũt de ſuo dñs dedit Leuitis, nulli licet auferre, q̃tũcũq; ſint diuites, uel mali. j. e. tua. Itẽ mirũ eſt de qbuſdã, qui quaſi inſani & hřtici dicunt, q pſonales decimæ non ſũt dandæ, cum expreſſe habeatur ɔ numeri x. circa fi. & Deutero. 12. circa prin. item maior rõ eſt, q quis det tributũ de eo, q producit manus ſua tanquam dignius, q de eo, quod producit humus.

## De decimis. Rub.

DEcimã traditionẽ] ar. p opinionibus magiſtrorũ nobis uſ, q primitiæ dãdæ ſunt ẽm conſuetudinẽ regionis, & hoc hic pbat, q nũquã præceptũ inuenit de certa quantitate [Et 60.] imò cum non inueniat expreſſa quantitas, in optione relinquitur dantis, quantumcun que uelit, det, niſi conſuetudo aliud induceret [Hoc] in Ezechiele, uel in traditionibus Hebræorum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia intra limites alterius baptiſmalis eccleſiæ ſita an ſoluat decimas.*
2 *Clerici cuiuslibet eccleſiæ tenentur ſoluere decimas perſonales.*
3 *An ſeruus, & monachus teneatur ad ſoluendas decimas.*

1 NOuũ genus [a clericis] † Quidã hoc intelligũt uerum in omnibus clericis, & omnibus pdijs, ſ. tam eccleſiæ. q̃ hæreditarii, ɔ. 16. q. 1. ſi quis laicus ſed illud intelligit de clericis coniugatis, qui nec in perſonalibus, nec in prædialibus decimis habẽt exẽptionem hoc nõ placet alii dicũt, q de dote eccleſiæ non debent clerici clericis decimas ſoluere, & ſic loquitur c. a. hoc de aliis aũt poſſeſſionibus in alterius pa o hia ſitis ſecus, & ſic loquitur c. ſi quis laicus, Alii dicunt, q de pſonalibus decimis loquitur principium huius c. finis autem huius. c. de pdialibus, uel de coniugatis clericis loquitur, q & pſonales ſoluunt uel dic; q eccleſia intra limites alterius baptiſmalis eccleſiæ ſita nõ ſoluit perſonales decimas de laboribus eccleſiæ, uel aliis i. de his, q̃ ad eccleſiã pertinent, uel acquirunt ei; & ſic loquitur prin. dec. ſed clerici de his, q̃ ſibi propria acquirũt bñ ſoluent decimas pſonales, ut de aduocatione, & ſimilibus, & ſic loquitur finis decr. prædiales autem [a] ſoluunt, ſicut alii non priuilegiati. j. e. ſuggeſtum, & c. ex parte, & c. proxi. & multis aliis. cap.
2 ¶ † Item plus dicimus, q clerici cuiuslibet eccleſiæ & etiam ſacerdotes, & quod plus eſt prelati [b] ſuę eccleſiæ, à qua percipiunt eccleſiaſtica ſacramenta, ſoluunt etiam decimas perſonales licet enim ipſi ſeruiant eccleſiæ, & aliis miniſtrent ſacramenta tñ nomine eccleſiæ faciunt, & nomine eccleſiæ ſuſcipiunt decimas,

a ¶ *Prædiales autem Adde Car. in conſil. 88. inc. conſultus ego Fran. col. fi. poſt principium.*

b ¶ *Prælati. Quod prælati ſoluunt decimas perſonales ſuæ eccleſiæ, adde Card. in conſil. 90. inci. in diſcuſſione dubij præmiſſi, col. 2.*



decimas, & ipſi ẽt à ſeipſis nomine eccleſiarum recipiũt ſacra. ¶ Quid dices de Ciſtercien. & alijs clericis, q mercenarios tenent in alijs parochijs, qui ibi texunt ueſtes, & alia manibus ſuis operantur, & ex talium mercenario rum operibus multa lucrantur monachi, uel clerici? Rñdemus q mercenarij de mercede ſua ſoluant decimas: ſed de eo, q peruenit ad monaſterium ẽt de mercede, nihil ſoluetur. & ſi ſerui monaſterij, uel monachi in alia parochia operantur, cũ nihil ſibi acquirant, nullas decimas perſonales ſoluent illi eccleſiæ in cuius parochia operantur, & ubi audiunt diuina officia. Idem ẽt uidet in ſeruis, & mercenaris laicorum, ſi operantur in alia parochia, quam in qua dñs commoratur; quia ibi mercenarius ſoluet decimas de mercede ſua. ſerui autẽ nihil ſoluent, cum nihil hře poſſint: imò dominus ſoluet inde decimas eccleſiæ, ubi ipſe dñs per circulũ anni audiuit diuina officia, & ubi moratur. ¶ † Alij tñ dicũt, cum
3 naturaliter etiam ſeruo mercedes debeantur, arg. ff. de condi. inde. naturaliter, q eccleſiæ, in cuius parochia operatur, ſoluendæ ſunt decimæ, & idem forte dr in monacho. ſed hoc non placet, cum non poſſit quærere niſi monaſterio, & monaſterium decimas perſonales ſoluere non tenetur. & idem dicimus in his, qui negociantur nomine aliorum. ¶ Item non credimus, q licet hodie in aliqua eccleſia audiuit officia, & hodie ibi lucretur centum, q ex eis det decimam illi eccleſiæ: ſed ubi per totum annum eccleſiaſtica ſumit ſacra, i. audiuerit diuina officia. 16. q. 2. queſti. j. co. ad apoſtolicæ. & ſi forte in pluribus audiret officia, & quaſi pro equali parte, non eſſet malum, q auctoritate ſuperioris inter eos decimæ diuiderentur: quia dignum eſt, ut temporalia metat, qui ſeminat ſpiritualia. ¶ De præbendis autem ſuis clerici non debent dare aliquid eccleſijs, in quibus audiunt diuina officia, ſi forte alibi audiunt, quàm in eccleſijs, ubi habent pbendas. & hoc uerum, ſi illæ eccleſię uñ habent prębendas, nulli debent ſoluere decimas uel ſi debent ſoluere, decimauerunt bene illa bona. unde pbendas dederunt. quod ſic probo, quia præbendæ datæ clericis non ſunt clericorum; imò pprietas eſt earum eccleſiarum, quæ dant pbendas, unde de eis non poſſunt teſtari. s. de teſta. c. ult. & c. ad hæc, & c. relatum. Si autẽ eccleſiæ, quæ dant præbendas, deberent alijs dare decimas, & non dediſſent, tunc clerici, qui receperunt pbendas, debent inde dare decimas, infrà. cap. à nobis, & c. tua.

EX multiplici derogare no. per priuilegium non derogari pacto, nec tranſactioni.

COmmiſſum. [paſcuis] quæ uendebantur, & ſic precia ſoluebantur, uel ſolui debebant eccleſiæ parochiali. uel decimæ debent ſolui de paſcuis, i. de lacte, & lana beſtiarum, quæ paſcebatur in illis paſcuis. ſi. j. c. nuncios. Et ſic eſt a . q tales decimæ cenſeant prædiales quia ſi perſonales eſſent, non parochiali, ſed illi, ubi audit officia, dari præcipiuntur, prima magis placet, & ſi dominus fundi gratis patiatur paſcere beſtias in fundo ſuo, tamen cum herba deuulſa de terra à beſtia, uel potius ab eo, qui beſtias paſcit, tranſeat cum onere ſuo decimæ, infrà c. tua & ca. paſtoralis, dominus beſtiæ decimam æſtimationem totius herbę debet dare eccleſiæ. ff. de uſufru. ſi uſufructuarius. & idem uidetur. arg. huius l. & præal. rationis, q ſi quis comburat, uel aliter deſtruat ſegetem, maxime maturam, uel arbores cedat: q parochialis ſacerdos poteſt agere ad decimam æſtimationis. Alij autem contradicunt. de feris autem, auibus, & piſcibus non recluſis bene dandę ſunt decimæ eccle

ſiæ ubi percipit ſacramenta, & non baptiſmali eccleſiæ, quia in nullius parochia debent eſſe inſti. de re. di. §. feræ. & § ſeq.

PEruenit.

NVncios [de apibus] .i. de melle apum, & cera. ſi. j eo. commiſſum.

CVm homines.

DIlecti filij [Conduxiſtis] no. licere clericis conducere prædia, ſi ſua eis non ſufficiunt [Conducitis] ſed proprijs tantum.

SVggeſtum [componatis] cum enormiter lædantur alij decimas recipere debẽt, niſi ſoluatis. [Ordinis] .i. Ciſtercien. [Priuilegium] circa decimas monachorũ no. qđ olim in primitiua eccleſia decimas de laboribus, & pdijs ſuis dabant, ſicut laici. 16. q. 1. gñaliter. 12. q. 1. in fi. & c. procedente. Sed paſchalis. 2. & Greg. & concil. Magun. conſtituerunt, ne religioſi, nec alij cõiter uiuentes decimas de ſuis laboribus ſoluerẽt. 16. q. 1. queſti. & c. decimas. & certo tpe hoc priuilegiũ arctatũ eſt circa Ciſtercien. tẽplarios, & hoſpitalarios Hieroſolymitanos. alijs uerò monachis conceſſit tñ de noualib. quę pprijs manibus excolunt, & de hortis, & nutrimẽtis aĩa liũ. j. c. prox. & c. ad audientiam. ¶ Eſt ergo ſic tenendum q monachi Ciſtercien. nõ dabũt decimas de poſſeſſionibus pprijs quas colunt manibus, uel ſumptibus pprijs, niſi pacto, uel tranſactione ſint ligati. s. e. ex multiplici, & enormiter lædatur eccl'ia, ut hic, uel niſi ſoluendo renunciauerunt priuilegio ſuo, ut. j. de priuil. ſi de terra. monachi aũt, & alij canonici de oĩbus tenentur dare decimas, niſi de noualibus proprijs manibus cultis & hortis, & nutrimentis aĩaliũ. j. e. c. proxi. ſed & eas. ſ. decima de noua. & hor. & nutri. aĩalium ſoluent, ſi parochialis eccleſia lædat. j. de uer. ſi. qd per no. §. ij. de alijs aũt ſoluẽt, niſi ſup decimis ſpãle priuilegiũ hẽant, uel niſi præſcripſerint, & hæc uera ſunt ĩ monaſterijs, q̃ pprĩ nõ habent: aĩs ſecus: quia tunc ẽt pdiales, & perſonales habebunt ut hic, & 16. q. 1. ſi monachus de poſſeſſionib. uero poſt ɔcil. habitis indifferẽter oẽs religioſi decimas, ſoluẽt, ſiue ſint Ciſtercien. ſiue tẽplarij, ſiue hoſpitalarij ſiue quicũque alij decimis priuilegiati. j. e. nup. olim ãt uel hodie de conductis & proprijs manibus cultis decimas ſoluent. s. eo. dilecti. [Sed nunc] no. ubi priuilegiũ. ex poſt facto ad iniquum grauamen ẽt non iniquũ deuenit, temperandũ eſt per ſuperiorem. ff. de reg. iu. Neratius. in fi. ff. de uul. & pup. ſubſt. ex facto.

EX parte [prędeceſſores] 12. q. 1. tua.

LIcet.

AD audientiam [ubi ponimus] ff. de conſt. prin. beneficium. s. de ſo. cum dilec.

QVoniam à nobis [alioquin] .i. ſi non ſunt in alicuius parochia.

PArochianos [domino] 16. q. 1. reuertimini [Debitum] per actio. confeſſo. ar. ff. ſi ſer. uin. l. ij. ff. ſi uſuf. pe. l. pe. de rei uin. ad fructus. 16. q. 1. reuertimini, mode ramine nec eſt curandum, ſi primo eccleſia non habeat dñiũ. C. de ſac. ſan. ec. ut inter diſ. s. de conſu. c. 2. arg. ɔ. ff. de polli. l. ij. §. n. t. ubi dr, q̃ diu decima nõ eſt ſeparata, ſp eſt in poſſeſſione prioris dñi ſed ibi loquit de pſana decima: hic ſpũali. uel petantur condictione ex canone 16. q. 1. decimæ & c. reuerti uel officio iud. pro his etiã intentatur iudicium, communi diſt.

AD hæc [per ſucceſſioné] Non ergo licet cócedere infeudū, nec in emphyteuſim, nec in locatione ad longū tēps. nullus.n. 9tus ſuper e s iniri debet, per quem fiat uel feudum, uel alienatio, quæ fit p prædictos 9tus. ff. ſi ag. uec. l. ult. ff. de ſuperfi. l. j. arg. ſ. de reb. ec. non alie. nulli, ad firmam autem ad certum tempus concedi poteſt. ſ. de loc. & condu. c. ij.

DE terris [Iudæi] Ad decimas, quæ rōne pdiorum ſoluuntur, tenentur Iudei ad perſonales non.

QVamuis. [diſponere] Et male. 89. diſt. quoniam & c. iudicatur. 16. q. ult. nullus.

CVm ſint hoīes [diuerſæ] non tñ aduerſæ. [Difficile] nō tñ impoſſibile: puta ſi præſcripſit. uel dic q̄ p̄ ſcribere non pōt, ſi eſt poſſeſſio, uñ decima colligitur in limite. ſ. de paroc. c. pe. & loquitur de poſſeſſionibus in limite conſtitutis.

PRohibemus [in alios] & ſic laicus tenens in feudū decimas eas alij infeudare non pōt; tñ ſm quoſdā illi, qui detinent in feudū, non tenent eas cū peccato, ut no. ſ. de his, quæ fiunt à præla. ſine conſen. ca. cū apoſtolica: & ſm hoc non loquitur hic de decimis infeudatis, ſed de alijs male detentis.

AD apoſtolicæ. [conſuetudo.] No. conſuetudinem ualere in decimis, ſed inter eccleſias tantum. ſ. e. cum ſint. ſed ſi de conſuetudine non conſtat, prædia es dandæ ſunt eccleſiæ baptiſmali, & perſonales capellæ. 16. q. 1. decimas. j. eo. nuncios.

EX parte.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid de uenatione, & piſcatione ſint dandæ decimæ.*
2 *Si alicui donantur immobilia, an de eis teneatur dare decimas.*

1 NOn eſt. [de uenatione] † Iſtæ ſunt perſonales decimæ: quia miniſterio & perſonali opera proueniunt. uñ decimæ ſolui debent, licet in terra, uel in aere, uel in aqua nutriantur, & bñficio & nutrimento terræ. & iō decimæ dandæ ſunt, ubi per anni circulū pcipit eccleſiaſtica ſacra: & hæc intelligo uera, ubi libere quiſque piſcatur, nullo precio dato, nec pte piſcationis: quia ſi inde daret precium, uel pars tunc bene vr̄, q̄ de illo precio, uel parte ſint decimæ eccleſiæ baptiſmali: quia non eſt miniſterio hominis, ſed ex aqua, & terra proueniunt. ¶ Sed ſi eſſet locus publicus, ubi licet cuiq; piſcari, potius reputo perſonales, q̄ pdiales. & idē dicimus in piſcatore, & uenatore. & alijs hmōi. Item vr̄, q̄ ſi aliquis capiat piſces in mari, & in ſtagno portet, & ibi uiuant aliquot diebus, q̄ decimas dicit inde hre eccleſia, in cuius parochia eſt ſtagnum. & idem ur̄, ſi beſtiç recludant in recluſorium, cum ibi uiuant bñficio aquæ uel terræ, q eſt in eius parochia, ar. j. eo. cum non ſit in homine. ¶ Alijs tñ vr̄, q̄ non ſunt dandæ decimæ de pdictis baptiſmali eccleſiæ, ſed illi, ubi pcepit ſacra eccleſiaſtica, quia oīa proueniunt opera & artificio hoīs. nec eſt 9. j. eo. cum non; quia ibi non prouenit fructus artificio hoīs, ſed ſola gr̄a dei, q̄ inde apparet: q̄a ſemen mortificat, & deo non hoīe operāte uiuificat, & fructū plus affert: ſed piſces & aīalia recluſa non moriuntur. ¶ Item ſi arborem de ſilua exciſam non ualente libram quis portet ad portum. ubi ualet mille, non debet ſoluere ni ſi decimam eius, q̄ ualebit in ſilua, & melius deductis expenſis quas fecit in ducendo, ſoluat decimam, dummō
2 bonafide fecerit. ¶ † Omnibus] ſi alicui donantur immobilia, non credimus, q̄ de illis quis debeat dare decimā cum in ueteri teſtō, ubi pceptæ fuerunt decimæ, Leuitæ non habebant ptē in poſſeſſione: quia de fructib. tñ decimas dari dñs præcepit. aīs aūt de mobilibus quocū que titulo ad aliquē peruenerint ſiue ex dono, ſiue ex legato, ſiue ex inſtōne hæredis ſoluet decimas, quāuis aliqu excipiant ſuos hæredes, qui finguntur dñi ēt pſe uiuente, inſt. de hær. qual. & dif. §. ſui alij tñ dicunt, ſerte nō male, q̄ de his, quæ dono danī, uel ex ſucceſſione qualicunq; obueniūt, nō dnt dari decimæ: q̄a nec de humo pducunī, nec de opera manuū ſunt. & ſm hoc expo nēdū eſt hoc uerbū, de oībus bonis, ſ. quæ proueniūt ab humo, uel à manibus. ¶ Item ſi aliquis pro mercede militiæ ſuæ, uel aduocationis, uel pro aliquo opere ſuo recipiat ex pacto: uel ſine pacto aliquod caſtrū, uel uillā, uel aliam poſſeſſionem immobilem, nunquā de ea tenetur dare decimam prædicta rōne, ſ. quia de immobilib. non ſunt dandæ decimę, alij tñ dicunt, q̄ in hoc caſu & de immobilibus ſunt dandæ decimæ.

EX tranſmiſſa [licite] Secus, ſi illicite. 1. q. 1. non eſt pu. ¶ Quid dices de meretrice, & hiſtrione, & alijs, in quos transfertur dñium, & non competit repetitio? dicimus, q̄ tenenī ſoluere: q̄a non turpiter accepit. ff. de condi. ob tur. cām, idem & ſi §. quotiens, ar. ff. de inter. & rel. relegatorū. § ul. ſed eccl'ia in deteſtationem crīs nō recipiet, & ne uideatur tacite approbare, uñ ſcriptū eſt, nō accipies mercedē pſtibuli, ſicut & non recipiet oblationes notorie diſcordantiū. xc. diſt. oblationes. item oppriment ū pauperes, ut ibi dr̄. item raptorum, & uſurariorū. j. de rap. ſuper ea. j. uſu. quia itē meretricis. & pp quodlibet aliud notorium crimen, uel horreodum. 17. q. 4. miror. ſecus aūt ubi dñium nō eſt trāſlatū: uel eſt trāſlatum, ſed competit repetitio. nā tūc nullo mō, nec aliquo tēpore dandæ ſunt decimæ uel eleemoſynæ faciendæ, & ſic loquitur hic, & 1. q. 1. nō eſt pu. 14. q. 5. c. ulti. à meretrice aūt poſt pnīam crederemus poſſe exigi decimam: quia iam poſt pnīam deſpici non debet in eo, qd fuit. l. diſt ferrū. In decimis aūt pdialibus ſecus eſt dicēdū: quia ſp ſoluendæ ſunt de prædictis decimæ, & ſi infinita ſit malicia poſſidentium. ſ. eo. de terris.

ANobis [fictum] Puta quia eſt colonus portionarius ſ. qui certam partem fructuum recipit. ſi autem eſſet penſionarius, puta quia pro. x. colit agrum, de fructibus, cum non ſint ſui, non tenetur ſoluere decimam. tñ ſi poſſideat, uel tñ detineat fructus terræ pōt ſicut & à quolibet alio detentore uindicari, arg. 16. q. 1. ca. ſi quis laicus, infrà eo. paſtoralis ff. de uſur. hactenus. Item dicimus, q̄ licet dominus cum penſionario conueniat, q̄ pēſionarius omnes decimas ſoluat; tñ poteſt dominus conueniri, de eo, quod recipit, niſi penſionarius ſoluat, cū de oībus bonis debeant ſolui decimæ. ſ. eo. non eſt. ¶ Itē credimus, q̄ coloni, etiam ſi in alia parochia percipiāt eccleſiaſtica ſacramenta. tamen de fructibus, percipiunt de prædijs, q̄ colunt, ratione culturæ non debent ſoluere decimas ſuę eccleſiæ, ſed illi, in cuius parochia ſita ſunt prædia, argumen. hic; & ratio eſt, ſuprà eo. nō eſt. & dicimus hoc ſic uerum, ſi quartam partem fructuum recipiant pro labore, ſiue certam menſuram tantum, dummodo de fundo illo recipere debeant illam menſuram, & non aliunde, puta quia ſi in fundo eſſent, ſoluerentur illæ menſuræ, & ſi non eſſent ibi, non ſoluerenī illæ menſurę, & idem vr̄ dicendum ēt, ſi nō de fructibus illorum prædiorum, ſed ēt certa pecuniæ ſum ma deberet ſolui dummodo ſic eſſet conuentū, de fructibus illorum prædiorum ſolueretur illa pecunia, arg. ff. de



uſufr. hactenus. ff. de iudi fideicomm. ¶ Sed ſecus eſſet, ſi de fructibus prædij non deberent coloni recipere portionem ſuam, ſed perſona eſſet tātum obligata ad ſoluendum mercedem, ſiue merces eſſet in fructibus undecunque perceptis, ſiue in pecunia, quia tunc de mercede illa ſoluit decimas eccleſiæ ſuæ, ubi p cipit diuina ſacra. 16. q. 1. quæſti. nam ibi loquitur in caſu iſto, & eſt ar. ad hoc ff. de contrahen. emp. l. ſi. & hoc ipſum probo rationibus. ¶ In primo. n. caſu, cū oēs fructus ſint decimandi ante, quàm diuidantur ſine deductione expenſarum j. e. tua ergo ex quo ſemel ſunt decimati, ulterius decimari non dñt ab his, ad quos ex debito perueniunt, ſicut ſunt coloni j. e. paſtora. ¶ Item in ſecundo caſu eſt optima rō, quia eſt lucrum manuū ſi a rum; ergo debet habere inde decimas eccleſia, ubi percipit ſacra. ¶ Item in primo caſu totus fructus eſt de terra, licet in eo habendo cooperetur opera hominis. ſ. e. non eſt ideo tm̄ eccleſiæ, ubi ſunt ſita prædia, dandæ ſunt decimæ nam ſm pacta, quæ diximus, nihil dēt habere de mercede, niſi terra fructificet. ¶ In ſecundo aūtē caſu totus fructus, uel potius lucrum, & merces eſt de opere manuum: quia etiam ſi fundus eſſet ex toto ſteri lis tñ mercedem ſuam haberet colonus.

TVa & j. [extendenda] j. e. ex parte contra ſol ibi priuilegium gñale datum eccleſiæ ſuper decimis alterius parochiæ legitimā recipit interpretationem, & ſm proprietatem uerborum, ſ. q̄ ex quo conceſſæ ſūt ei decimæ alicuius parochiæ, non ſolum decimæ ueteres, ſed ēt de noualibus conceſſæ uidentur: ſed tñ nec in hoc caſu credimus priuilegium largiſſime, ſed tantū largè interpretandum eſſe, inquantum ius aliorum tangit. ff de uul. ſub ex facto. ſ. e. dilecti, & c. ſuggeſtum. inquantum aūt ius concedentis tangit, largiſſime interpretandum eſt. ſ. de do. cum dilec. Sed licet hoc ſit in priui. conceſſis eccleſiis: tamen ſecus eſt in feudationibus decimarum conceſſis laicis qui bi ſolummodo ſunt large interpretanda uerba, ut intelligantur tñ de decimis, quæ tempore in feudationis erāt, ar. ff. de contrahen. emp. Rutil. cum. n. infeudare ſit contractus, ſufficit ſi fiat ibi larga interpretatio, ut in præal. c. cum dilecti & ideo ad futura extendi non debet, ut in prædi. l. Rutil. quamuis hęc cōceſſio decimarum facta laicis ſpāliter ſit odioſa, ut ſ. de his, quæ fi. a præ. ſi. con. ca. cū apoſtolica & hoc eſt in contractibus, ſi non ſunt extēdendi ad futura, multofortius iura ex præſcriptione quæſita ad futura non extenduntur. uerbigratia, ſi præſcripſit aliquod ius decimandi in tota parochia alicuius, nō tamē uī præſcripſiſſe in noualibus infra e. cum cōtingat nam præſcriptiones non tantum non ſunt large interpretandæ, ſed ſunt reſtringendæ, ut non intelligatur præſcriptum, niſi illud, quod præſcriptum probatur. nam licet quis probauerit, q̄ per totam porochiam decimam collígit, excepto uno prædio, de quo non probauit, non ad iudicabo ſibi decimam in illo prædio; & ad hoc eſt argumen. j. eo. cum contingat unde eſt, quòd quando aliquis petit decimas, quas præſcripſit extra ſuam parochiam, quod debet probare de ſingulis fundis per ſe, quia decima collecta ex uicinis fundis non probat in aliis deberi.

TVa nobis [ſtatutum] i. reditus, uel cenſus. ¶ At ſemine] no. quòd quando aliquis dat terram alicui colendam ad tertium, quartum, uel ad alium reditum, nunquam colonus debet inde deducere ſemen, uel alias expenſas de iure, niſi per ſpeciale pactum aliud fiat.

EX parte tua [laboribus] i. de terris laboratis p uos intra parochias, in quibus ius patronatus habetis. [De noualibus] ſ. e. tua, contra ſol. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ratio ſit, cur in ſoluendo decimas de negociatione deducātur ex penſæ circa rem factæ.*
2 *De fructibus & redditibus decimæ non diminutæ dandæ ſunt.*
3 *De lucro rei emptæ datur decima, quid autem de mercibus, in nume. 4.*
5 *Decimæ prædiales dari debent ſtatim, ubi fructus percipiuntur*

PAſtoralis. Caſus eſt talis eps Helien. quæſiuit, an ſi qñ ſoluntur decimæ de fructibus, uel prouentibus molendinorum, & piſcariarum, deducendæ ſint expenſæ factæ pro eis percipiendis, ſicut deducuntur, qñ decimæ ſoluuntur de lucro negociationis huic autem quæſtioni rñdit Papa eſt differentia de molendinis, & piſcariis, uel agris, uel gregibus, uel quibuſcunque aliis mercibus, quia ſi ipſæ fuerunt emptæ de pecunia decimata, quantuncunque poſtea uendi contigerit eaſdem, etiam ſi poſt multos annos, & poſtquam multos collegerit fructus ex eis, tñ omnes expenſas deducet ſed qñ ſoluit decimas de prouentibus, uel fructibus molendinorum, uel piſcariarum, uel agrorum, uel quarumcunque aliarum rerum, ſiue ſint empti cauſa proprii uſus, ſiue ad reuendendum, non debet inde extrahere expenſas ſiue fiant pro fructibus colendis, ſiue fiant pro reſtaurandis rebus, unde fructus proueniūt, ſiue eædem res pro parte corruant, ſiue in totum aliqui tamen dicunt, q̄ qñ dantur decimę de prouentibus molendini, uel piſcariæ, q̄ deduci debent expenſę, quę fiūt extra rem, unde proueniunt fructus, & deinde ſoluuntur decimæ, & intelligunt literam iſtam, ubi dr̄, expenſas tñ, quæ fiunt pro fructibus &c. loqui in tali caſu, ſcilicet qñ aliquis emit molendinum, uel piſcariam, & ex eis percipit fructus, & pro illis fructibus, uel prouentibus percipiendis fecit expēnſas extra rem; puta p mercenariis, retiis poſtea qñ reuendet molendinum, & piſcariam & ſoluit decimam de lucro, non deducet expenſas iſtas ſecus aūt eſſet. ſi circa rem feciſſet expēſas, puta in refectione molendini, uel piſcariç, quia illas bene deducet; & hoc dicit finis decre. huius hoc licet ęquitati conſonet, tñ literæ contradicere uidetur nobis uidetur, q̄ bene fuit qō in hac decr. an ſicut de negociatione deducuntur expenſæ ante decimas, quæ fiunt pro lucro habēdo, ſ. quę fiunt in mercenarijs, in mediatoribus, in pedagiis, & mercibus deducendis, & in aliis huiuſmodi, ſiue etiam fiant circa res in quibus negociant, ut ſunt mercedes, quæ dantur uel textoribus, uel ſarcinatoribus, uel fullonibus, uel aliis huiuſmodi, an ſic ēt deduci debeant de molendinis, & piſcarijs. & reſpondit quòd non, quia nec primæ expenſæ, ſ. quæ ſunt extra rē ſ. molendi, ut quæ fiunt in mercenariis, qui ſeruiunt molendo, & iumentis, ſunt deducendæ. & hoc dicit ibi, expenſas, quæ fiunt &c. nec ſecundæ etiam expenſæ quę ſunt circa rem, ſ. molendini ſimiliter ſunt deducendæ. & hoc dicit ibi, nec pro reſtauratione, detrimento &c. aliqui tamen dicunt, q̄ expenſæ mercenariorum nō ſūt deducendæ ante decimas neque in negociatione neque in molendino. ſed hæc eſt differentia inter negociatores, & alios, quia negociatores deducunt expenſas factas circa rem ſed alii non deducunt expenſas neque circa

circa rem factas, neque alias, niſi quando res uendun-
1 tur. ¶† Sed quæritur circa primũ, quod mouit Papã,
uel quę ratio eſt, ꝙ deducantur hæ expenſę ſiue extra
rem, ſiue circa rem de negociatione, & non de aliis? re
ſpon. rõ eſt. ſ̃ e. non eſt, & c. tua, & j̃. e. cum non ubi dr̃, ꝙ
dominus omnium rerum, ſ. orbis terræ & plenitudinis
eius, decimas ſibi reſeruauit in ſignum uniuerſalis do-
minii, & indignum eſſet, ꝙ de fructu terræ ſuæ, uel alte
rius rei, ſiue ſit molendinum, ſiue grex, ſiue piſcaria, ſi-
ue poſſeſſio, deduceretur aliqua expenſa extra rem, nec
circa rem, qñ nec talis expenſa detrahitur dñis tempo-
ralibus ſuos fundos, uel alias res locantibus; uel ad cen
ſum dantibus ſecus autem eſt in negociatione: quia ibi
nullus eſt fructus qũo. n. poteſt dici fructus, ſi ego emo
lanam, & inde facio ueſtem? uel ſi emo fundum pro c. &
uendo pro cc. certe nũquam poteſt dici fructus ſed lu-
crum eſt & precium, quicquid reſiduum eſt deductis ex
penſis & prætio, ff. de hær. uel ac. uen. uenditor ex hær.
ff. ad l. Fal. & l. iij. & de hoc lucro bene danda eſt decima
ſ̃. eo. non eſt ſed in molendino grege, poſſeſſionibus, &
aliis rebus elementatis fructus & reditus eſt, quod inde
prouenit, non ẽt deductis expenſis licet enim expenſæ
mercenariorum, & aliæ, ſiue fiant extra rem, ſiue circa
rem, proſint, ut maior fructus habeatur inde, tamen nũ-
quam ex eis habetur fructus molendini, ſed tñ ex re, pu
ta molendino, uel grege & ſic uulgari ſermone dicitur
fructus uel reditus huius molendini, uel gregis tantus
eſſe: & lucrũ huius negociationis tñ eſt ff. de uſuf. l. uſuf.
2 legato. ¶ † Cum ergo de fructibus, & reditibus integræ
decimæ dandæ ſint, nullo modo integræ darẽtur, ſi ex
penſæ deducerentur. ſ̃. e. tua. j̃. e. cum non ſed de toto lu
cro dantur bene decimæ, licet detrahantur expenſæ fa
ctæ in negociatione, quia eis deductis dicitur lucrum.
¶ Sed contra. ff. de pœ hæ. ſi a domino. §. fin ubi dicitur,
ꝙ fructus intelligunt deductis neceſſariis & utilibus ex
penſis. So. ibi appellat fructum lucrum. uel dic, ꝙ illa ex
poſitio eſt ciuilis, non naturalis conſtat enim ꝙ in ueri
tate fructus, uel reditus eſt, quicquid uenit de molendi
no, grege, uel poſſeſſione, licet nullæ expenſæ deducan
tur ur̃ ergo ſic tenendum, quia quando ſoluitur decima
a lucro deducende ſunt expenſæ. ſed ubi ſoluuntur de
3 fructibus, uel reditibus, non deducuntur expẽſæ ¶ † Vẽ
duntur] quandocunque uendantur emptæ res, uel factę
tamen ſemper, ſi aliquod lucrum fuerit in eis, quando
uenduntur, de lucro ſoluetur decima, & decimis detra
hentur expenſæ, nec diſtinguitur, an empta uel facta ſit
res cauſa mercimonii, uel negociationis, uel cauſa pro-
prii uſus, licet quidam diſtinguant, ut qñ mercimonii
uel negociationis, uel cauſa proprii uſus, licet quidã di
ſtinguant, ut qñ mercimonii cã emit, tũc det decimas
de lucro, ſed ſi cauſa uſus proprii emit, tunc ẽt ſi mul-
tum inde lucretur, tamen non dat decimas, ſed certe
his ꝯdicit, quod hic dicit, ſ. quia dr̃, ꝙ cum uenduntur,
decimari debet lucrum, deductis expenſis item uidetur
ꝙ ẽt ſi cauſa mercimonii emerit mercem, quæ multum
plus ualet, quam ſit pretium pro ea datum, ſi tamen re
tineat ad proprium uſum, non ſoluet decimas de eo, ꝙ
res plus ualet ¶ Item uidetur, ſi quis emerit mercẽ pro
c. & poſtea de medietate mercis acceperit c. ꝙ ſi uult
de mercibus, quæ remãſerunt, quæ omnes ſunt lucrum
dare decimam, quod poteſt, ſiue merces ſint immobiles
ſiue mobiles. ſed ſi nolit dare partem de mercibus, quæ
remãſerunt, debet dare decimam de precio rerum uen-
ditarum: & hoc ſatis probatur hic, & ſupra eo. non eſt.
4 ¶ † Sed quid ſi de parte, quam uendidit, non accepit
totum pretium, quod dedit pro mer. ſ. c. accepit tñ fer-
re totum puta. 90. & non dedit niſi tertiam, uel mediam
partem mercis. certe & tunc idem uidetur, quia facta
legitima æſtimatione eius, quod apud eum remanet,
ſoluet decimam de lucro rerum uenditarum [molendi
nis] i. prouentibus molendinorum, & piſcariarum [ne-
ceſſarias] ſ. pro ſeruitoribus, & mercenariis molendini,
uel ẽt ipſius molendini refectione, uel piſcariæ [exhibe
re] ſ. ex fructibus molendini uel piſcarię [Conceſſum]
ſum] ratione naturali conſuetudine approbata, licet
non præſcripta. ſ. ꝙ detrahantur precia rerum ſuarum
negociatarum, expenſas, & alia [acquiſitas] in ſua for-
ma, ut campus, caſtrum, & ſimilia quocunque titulo ue
re alienentur, uel etiam ſine hac intentione [factas] ex
alia materia, ut tela [Decimata] ſi enim non eſſet deci-
mata, non ſolum de lucro, ſed etiam præcium, quod ẽt
in re empta datum eſt, decimari debet, uel, ut alii di-
cunt, res empta, ar. ſ̃. de pec. cle. c. 1. uel precium, quod
de re empta accipitur. ¶ Venduntur] ſi. n. donaret, uel
permutaret, uel alio titulo alienaret tunc licet res plus
ualeat, quam eam emerit, tñ nullas decimas ſoluere te
netur idem eſt, ſi ſibi retineret quod uerum eſt, ſi pecu-
nia, unde res empta, uel facta decimata eſſet, quia ſi pe
cunia non eſſet decimata, crederemus, ꝙ res empta pro
decima parte eſſet eccleſiæ, cum & ipſa pecunia, unde
empta eſt, pro decima parte eſſet eccleſię. j̃. e. c. §. fru-
ctus, ar. op. ſ̃. de pec. cle. c. j. [expenſas] quæ fiunt in eun
do & redeundo ad negociandum, & quæ datur media-
toribus, et conſimiles, & non ſolum neceſſarias & utiles
ſed etiam uoluptuoſas, & quaslibet, & dummõ in frau-
dem non fieret eccleſiarum, & ante omnia deducendũ
eſt precium datum pro re decimæ uero prædiales ſol-
uuntur nullis ſumptibus deductis ſ̃. e. cum homines, &
5 c. tua. ¶ † Perſonales] ſi ſurgunt ex rebus decimatis, de
ducuntur expenſæ alias non, ut hic. Item prædiales dñt
dari ſtatim, ubi fructus percipiuntur ante, quam ſepa-
rentur inde cenſus, uel tributum. tamen & ſi tunc omiſ
ſa fuerit, poſtea facienda eſt j̃. eo. cũ non ſint & ſ̃. e. tua.
ſed & ꝑſonales eodem tꝑe ſecurius eſt dare, quãuis qui
dam dicunt, ꝙ melius eſt dari in fine anni ꝑꝑ minutias,
ar. ſ̃. de pig. ex literis. Itẽ in animalibus, & in aliis non
debet dare deteriores, ſed meliores, uel mediocres qa
non eſt indignum dandum Deo. 49. di. c. ſacer & 16. q. 7.
omnes decimæ [expenſas] puta in colendo agrum, uel
paſcẽdo gregem, in lignis, & mercenariis clibani, & mo
lendini. ¶ Fructibus] hic uult dicere, ꝙ expenſas factas
in re, ut ſit pręcioſior, illas detrahet, cum uendet, & nõ
ante illas aũt, quas fecit pro fructibus percipiendis de
ea tñ & cum eis pereunt, non deducet Idẽ eſt, ẽt ſi em-
ptam rem & poſt deſtructam reficeret crederemus tñ,
ꝙ poſtea ſi eam rẽ uẽdat, & plus ẽt inde accipiat ꝑꝑ me
liorationẽ illã, quã accepiſſet, ſed in priori forma res ꝑ
manſiſſet, ꝙ expenſas ſm quantitatẽ meliorationis ac-
cipiet [Decimatę] expenſæ pro fructibus factæ. i. etiam
ſi pecunia pro fructibus colligendis ſoluta fuerit deci-
mata. [ſalua] eccleſijs [onere] 16. q. 1. ſi quis laicus, ff.
de contrahen. emp. alienatio [pro reſtaurando] ſcilicet
ꝙ aliquid datũ eſt ꝓ reſtaurando furno, uel molendino
uel huiuſmodi [deducendas] ſpãle in decimis alias cõ
tra. ff. de pę. ſi a dño. §. ult. & l. ſe [prouentibus] i. qñ de
cimantur prouentus, & ſi uenderetur grex, & clibanus,
& decimaretur lucrum, non intelligeretur lucrum, niſi
deductis expenſis in reficiendo factis.

CVm contingat [Antiquo] ita. ꝙ præſcripſerit, & eſt
odioſum & reſtringendũ. ſecus, ſi ex priuilegio hẽ-
ret decimas, quod eſt fauorabile, & extendendum, ut
no. ſ̃ eo. tua [ipſas] ſ̃ e. ex parte, ꝯ. ſol. ibi. ¶ Cã rõnabi-
lis] puta priuilegium, uel trãſactio, uel alia ſimilis, uel
ſpecialis præſcriptio in ſingulis agris noualium, ut no.
ſupra eo. tua, quod hic ſignatur contra, & ibi ſo.

CVm in tua [parochiis] aliarum eccleſiarum, & cer-
tis locis ipſarum parochiarum & determinatis [ꝑ-
cipiant] ex priuilegio, uel conſuetudine, uel alio iure.
¶ Annuatim] nõ poſſet currere ꝑ̃ſcriptio: qa ꝓ parte tõ
tum retinet, cum nõ poſſint decimæ eiuſdẽ agri diuerſo
iure cẽſeri: ſed ſecus, ſi diuerſi eſſent agri: qa tũc bene
in altero ꝑ̃ſcriberet, & in altero nõ, ſ̃ e. c. ꝓx. nec ꝑ vnũ
aliud teneret. ſed obiicitur qđ eſt, ſ̃ e. ex multiplici. ubi
duæ decimæ eiuſdẽ agri alio iure cenſent, q̃ aliæ deci-
mæ eiuſdẽ agri. ſol. illud eſt ꝑꝑ ſpãle pactũ. ſed ad hoc
eſt ꝯ qđ legit, ſ̃ c. ꝓx. & ſ̃ e. tua. j. ſo. ibi diuerſa ſunt: qa
diuerſa ſunt: diuerſo iure cenſentur. nam alio iure cẽ-
ſent noualia, q̃ terræ cultæ quo ad hoc, ꝙ in priuilegio
ꝯtineri intelligant, licet quo ad ius cõe eodẽ iure cen-
ſeant, ſ̃ c. ex parte. Aliq tñ dicũt, ꝙ bene poſſit ꝑ̃ſcribi,
ꝙ de certis fructib. nõ darent decimæ: ex quo pacto põt
induci, ꝙ de certis fructib. non debet. hic aũt, quia non
ꝑ̃ſcripſerat, nõ ꝓdeſt ei, ꝙ licet certis tẽporibus nõ ſol-
uit, non tñ tanto tꝑe ceſſauit, qđ ad ꝑ̃ſcriptionem ſuffi-
ceret: ſed prius dictum magis placet [ꝑceptis] de eiſdẽ
poſſeſſionib. de quibus hactenus ꝑceperunt decimas, &
ꝑcipere debuerunt de aliis fructibus [perſolutæ] his,
qui de aliis fructibus percipere conſueuerunt uel priui
legio, uel conſuetudine. [debentur] dic, ut no. de offi.
arch. c. ult. [debeat] 12. q. 2. cognouimus. [cenſeri] ſu-
per eadem re. [alioquin, i. ſi fructus prædicti non per-
uenerũt de terra decimali monaſterij. melius uidetur,
ꝙ hæc actio fuerit confeſſoria.

S V M M A R I V M.

1 *In longa præſcriptione probatur titulus: in longiſſima uerò minimè.*
2 *Confirmatio nullũ nouũ ius tribuit, ſed tantũ uetus confirmat.*

DVdum [qõnem] interdictum, uti poſſ. intẽtan-
do. de facto enim moleſtabat epm ſuper deci-
mis non permittendo eas ſolui à ruſticis; & ſm
interdictum ur̃ lata ſnĩa in fi. decr. vel dic, ꝙ intentabat
actio de dolo, nõ ad decimas ſubtractas, ſed ad dãnum,
qđ ꝯtigit ex eo, ꝙ hoſpitalarij ſuadebãt ruſticis, ne ſol-
uerent decimas, ut ff. de do. cum qs. uel officium iudicis
implorabat. melius ur̃, ꝙ actum fuit confeſſoria [cõi]
16. q. 7. oẽs. 12. q. 2. quatuor, ſ̃ eo. qm̃, à nobis. in his ni-
hil ur̃, ꝙ iure cõi & eccľiæ & decimæ ꝑtinent ad epm
diœce. [eccleſiæ] . i. menſæ epali. vel dic, ꝙ bene noĩe
eccleſiæ põt agere eps, ut no. ſ̃ de reſt. ſpol. olim. [titu-
lum] . i. aliquẽ titulum dicere, ꝑ quẽ locum hr̃et ꝑ̃ſcri-
1 ptionẽ, in qua neceſſarius eſt titu. & bonafides. ¶ † Pro-
baret] ſ̃ de ꝓba. licet. in longa. n. ꝑ̃ſcriptione probatur
titulus etiam ſm leges: ſed in longiſſima non ſm l. ſed
ſm canones ſic, licet ſufficiat ꝓbari tẽpus, & nõ titulus,
ſed allegari, ut C. de ꝑ̃ſcr. lõ. tẽp. diuina, C. ꝓ hær. l. ult.
ſ̃ de ꝑ̃ſcr. ſi diligen. ubi no. de hoc, & c. qm̃ omne. ar. ꝯ
C. de pe. hær. cogi. ſed illud loquit, qñ non allegat ꝑ̃-
ſcriptio, & qñ præſumptio non eſt in ꝯrium, C. de ꝓba.
ſiue. ꝑ̃ſcriptio. n. ſub ſe habet titulum, & bonam fidem;
& iõ ꝑ̃ſcriptione allegata allegare ur̃ iuſtum titulum,
& bonam fidem, etiam ſi non dicat. [qui] . ſ. Rex & Re-
gina [cõceſſerunt] ꝑ hanc conceſſionem ur̃ conceſſiſſe
id ius, qđ habebat, ſ̃ de teſta. Raynaldus, ſ. ius patro-
natus, ſ̃ de dona. paſto. [confirmationis] in forma cõi.
ſi. n. ex certa ſcĩa & cum cauſæ cognitione confirmaſ-
ſet, ſecus eſſet, ut no. ſ̃ de ꝯfir. uti. uel inutil. c. pen. ſ̃ de
2 trãſac. c. j. [ꝯfirmatione] cum ꝯfirmatio nihil iuris no-
ui tribuat, ſed tñ uetus ꝯfirmet, ſ̃ de ꝯfir. uti. uel inuti.
cum dilecta. licet. n. ignorantia iuris, qua ſe putauit iu-
ſtè poſſidere, excuſet eum à culpa, cum det bonam fidẽ
non tñ dat iuſtum titulum. Item ignorantia iuris non
prodeſt in ꝑ̃ſcriptione, ff. de iur. & fac. ign. in uſu. & l. re-
gula, ff. ꝓ emp. l. ij. § ſi à pupillo, ff. de uſu. l. nũquam. ar.
ꝙ ſi fluxiſſet tẽpus, ꝙ ꝑ̃ſcriptio ualeret, cum tñ non ꝑ̃-
ceſſerit titulus. nam donatio regis ꝓ nõ titulo. eſt. ſed
dic idem eſt, ſi effluxiſſet, non tñ ea rõne, quia titulum
non ꝓbauit: quia in incorporalibus non tenetur titulũ
ꝓbare, ut no. ſupra de ꝑ̃ſcr. ſi dilig. ſed quia tñ malum
allegauit, ſ. donationem regis, hoc ur̃ ſonare litera ſe-
quens, nos igitur &c. [Et confirmationem] ſup. factam.
[derogetur] qa non intendebat illud tollere Papa ꝓ-
pter ſuam ꝯfirmationem, ſed tñ donationem eis cano-
nice factam cõfirmabat. ſed obiicies nõne eo ipſo, ꝙ di
cebat donationem de decimis tibi à Rege factam cõfir-
mamus, ur̃ ſupplere defectum, q erat in donatione ex
ꝑſonis donantium, ſ̃ de trãſac. c. j? Rñ. hic nõ fecit men
tionem, ꝙ hæ donationes factæ eſſent à Rege, uel alia
laica perſona, ſed ſic ſimpľr dixit, confirmo decimas,
ſicut iuſtè poſſ. vel dic, ꝙ etiam ſi
ꝯfirmaſſet decimas donatas à Re-
a ge intelligeretur cõfirmare[a] in eo
caſu, in quo donare liceret, quod
donaret, ſ. decimas, quas in feudũ
ab eccleſia detinebat, quas dona-
re licebat cum auctoritate ſupe-
rioris, ſupra de his, quæ fi. à p̃. ſi.
cõ ca. cum Apoſtolica. ſed hic non
tales decimas, ſed decimas donare
intendebat ſitas in locis, ubi erant
eccleſiæ, ubi habebat ius patrona-
tus, & ꝙ ius patronatus hoſpita-
lariis donabat; & hoc non pote-
rat facere.

a ¶ *Cõfirmare. Ad hæc dicta adde* Bal. *in l. bonorum,* C. *qui ad mi. & dicit do.* An. *hic, hoc forte nõ inueniri alibi. refert* Fe*lin. in c. ij. ſupra de conſtitu. col. viij. uer & hinc eſt, quòd confirmatio, quem uide, & ultra ibi adde* Alexã. *de* Imo. *in cõſ. 59. col. iij. circa prin. in primo uol:*

S V M M A R I V M.

1 *Iudæi nunquid cogantur ſoluere decimas prædiales.*
2 *In ſolutione decimarum ſeruanda eſt conſuetudo.*

IN aliquibus [ꝑmixtæ] puta Saraceni & Iudęi,
ſicut in Vngaria [Chriſtiano] ut Græci, & Ar-
1 meni, & conſimiles. ¶ † In integritate] ſed nõne
Iudęi cogunt ſoluere decimas ꝑ̃diales, ut ſ̃ e. de terris?
Rñ. licet cogantur: quia tñ non poſſunt de facili cogi ꝑ
cenſuram eccleſiaſt. iccircò ſpãle eſt, ut eis locare non
poſſint; & eſt ſi. j̃ ꝓxi. c. uel ſi locantur eis, locẽtur tali
2 conditione, ꝙ abſq; ꝯtrouerſia decimas reddãt. ¶ † Con
ſuetudine] no. loci cõſuetudinem ſeruari, ſ. in eccleſiis,
quibus ſunt ſoluendæ, ut ſi conſuetudo eſt, ꝙ vni eccle
ſiæ ſoluantur, ſ. parochiali, ualet conſuetudo; & idem
forte, ſi ſoluit illi eccleſiæ, ubi percipit eccleſiaſtica ſã-
cramenta, ſupra eo. cum ſint, & c. ad Apoſtolicæ, in eo
autem, ꝙ non ſoluãtur, uel minus plene ſoluant, nulla
ualet ꝯſuetudo. 16. q. 7. quicũque, ſupra eo. cum hoĩes.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus tributi quando non teneatur ſoluere decimas de tributo.*

2 *Partionarij, & penſionarij coloni differentia.*
3 *De mercede operarum ſoluuntur decimæ.*

CVm non ſit [prætereunt] de facto, non de iure:
uel dum nimis potentes ſunt, qbus ſoluuntur:
1 uel nimis abſentes & remoti. ¶†Quos] no. ꝙ ſi
de fructibus fundi tributarij ſolutæ ſint plene decimæ,
dñs, cui tributum ſoluit, non tenet̃ ſoluere decimas de
tributo, s̃ c. paſtora. & hoc, quod dicit hæc gl. uĩ uerũ,
qñ de certa terra debet habere cenſum, uel tributum:
quia tũc habet quoddam ius in terra illa, uel ſaltem in
fructibus. ſed ſi aliàs aliquis reciperet penſionem pro
aliquo ſeruitio ab aliqua perſona, non uideo rõnem,
quare non eodem mõ teneatur reddere decimã de pen
ſione iſta, ſicut de militia, uel de aduocatione, ſupra eo.
non eſt, etiam ſi pecunia prius eſſet decimata. ſi autem
gratis daretur penſio ſine ullo ſeruitio, tũc ſi illa pen-
ſio eſſet decimata, non uidetur ꝙ iterum à donatario
debeat decimari, ut no. ſupra non eſt. ¶Et hac eadem
ratione uidetur, ꝙ ſi dñs, ad quem perueniũt omnes fru
ctus fundi, eos decimauerit, ꝙ ulterius colonus par-
tionarius, qui debet recipere certam partem fructuum
pro cultura, ſuam partem fructus decimare non debet:
quia ipſe colonus ius habet in fructibus: ſecus autem
eſſet, ſi certam mercedem acciperet colonus pro agri-
cultura: quia tunc etiam dominus debet decimare om-
nes fructus, & colonus debet decimare mercedẽ ſuam,
ſiue merces fuerit in pecunia, ſiue in aliis rebus iã de-
cimatis. aliqui tamen dicũt, ꝙ ex quo merces certa ſuc-
cedit loco partis fructuum, quam debet habere colo-
nus, ꝙ eiuſdem iuris deberet cenſeri pecuniaria mer-
ces, ſicut perceptio certæ partis fructuum, argum. infra
de cen. olim cauſam, ſcilicet ex quo à domino decimati
ſunt fructus, ꝙ ulterius à colono non decimetur mer-
ces. ¶Sed certe non uidetur, ꝙ bene dicant iſti, qa nun-
debitam portionem habebit de his, quæ non cã mortis dantur, cum utrũq; ſit debitum.l.diœce.10.q.1.decretũ? Rñdeo lex diœc.ut dictũ eſt,remiſſa eſt monaſteriis nec ad illam tenent̃, ſiue habeant ppl̃m, ſiue non, niſi ſint talia,quæ rõne populi debentur, uel dantur quale eſt, qđ datur cã mortis. non autem tale eſt, qđ datur inter uiuos. uel dic aliud eſt in iure parochiali, quale eſt quarta ſepultura aliud in l.diœce. ſed hoc probatur eſſe falſum.s̃.de teſta.requiſiſti.§.pe.ubi ad epiſcopum pertinet partem debitam habere de legatis monaſteriis eſt ergo melior rñſio, ꝙ partem de hm̃õi legatis recipere eſt de.l.iuriſdictionis; quod ſic probatur. diuiſio hæc fit ꝑꝑ ſacramenta eccleſiæ, & inter eas eccleſias fit diuiſio, ubi ſacramenta percepit.s̃.de ſepul.c.1.& c.de his. cum autem collatio ſacramentorum ſit de.l.iuriſdictionis.16.q.1.interdicimus & hæc diuiſio,quæ conſequens eſt, uel acceſſoria ad collationem ſacramentorum de l.iuriſdictionis dicenda eſt. ſic etiam dici poteſt in quarta decimarum,quæ pro ſacris datur. uel dic in quarta decimarũ non poſſe habere locũ prædictam q̃õnem:q̃a decimas nõ debet recipere monaſterium,ſed debet alij ſoluere.16.q 1.alia.s̃.de deci.nuper, & ſic nõ debet ſoluere quartam decimarum,quæ tm̃ debetur de decimis acceptis·ſed nõ põt habere monaſterium ex donatione alicuius niſi cum onere ſuo,& nullus donator põt plus donare,q̃ ꝑ partẽ ſuã.16.q.2.ſi quis. ergo & ſi una eccleſia monaſterio aliquam decimam donet, intelligit̃ donare partem ſuam, & aliorum partes ſaluæ erunt ſiue ep̃i,ſiue cuiuſcũq; alterius. ſi aũt perceptionẽ decimarum, non quartæ tm̃ dicis.l.diœ.ſcire debes ob hoc quo ad poſſeſſiones non eſſe exempta monaſteria, niſi per priuilegium exempta probẽtur, ut no.s̃.de deci.ſuggeſtum. ad perſonales aũt nec monachi,nec clerici tenent̃, ut no.s̃.de deci.nouum. & ideo perceptio illarum non eſt de l.diœce.uel iuriſdictionis,cum nõ de-
5 beatur.¶†Item no.ꝙ licet in aliqua eccleſia morantur monachi,niſi ſit ibi congregatio, nihilominus.l.diœce. tenentur.10.q.1.c.1.item grangiæ non tenent̃.l.diœce. ĩ.de cẽſi.c.ult.capellę aũt monachorũ utraq;.l.ep̃i ſunt ſubiectę.12.q.2.ſane.ĩ de priui.cum & pla.§.i eccleſiis. Quidam aũt dicunt & multum probabiliter, ꝙ monaſteria non ſunt exempta à quarta decimarum, uel mortuariorum,uel oblationum, ſiue in morte, ſiue in uita eis aliqua donentur;& hoc ſatis probatur.s̃.de off.or. conquerente, & de oblationibus eſt expreſſum.16.q.1. in c.ad hoc,ꝙ expreſsè loquit̃ de monaſterio: nã Carthagiñ.eccleſia monachorum eſt. nec ob.16.q.1.decimas,quæſti: q̃a ꝙ monachi habent decimas de propriis laboribus, ut in præall.decr.dicitur, eſt ex priuilegio. s̃.de deci.nuper, ex parte, & ſuggeſtum. alias.n.tenent̃ ad decimas.11.q.1.alia. ſed ɔ̃ hoc eſt.16.q.1.cum pro. 10.q.1.c.1.18.q.1. quàm ſit,ubi dicitur,ꝙ ea quæ offeruntur monaſteriis, non tenentur.l.diœ.¶Sol.iſti bene fatentur,ꝙ non tenetur omnibus.l.diœ.nam de l.diœce.eſt,ꝙ ſingulæ eccleſiæ debeant conferre cum epiſcopo, quando uadit ad Papam, uel regem, uel ad ſynodum,uel qñ facit expenſas pro aliquibus negociis communibus totus diœ.10.q.3.unio, & 12.q.2.nobis. ſed ab his collationibus ſunt exempta monaſteria, & uidentur ſonare prædicta c.& maximè.c.quod eſt.18.qõ.2.q̃ ſit, in fi.uel dic, ꝙ hæc non ſunt.l.diœ.ſed iuriſdictionis: quia de l.iuriſdictionis dicitur eſſe omne illud, ad quod monaſteria tenentur. nunquam.n.in canonibus antiquis aliqua mentio ſit de l.iuriſdictionis:ſed noua decre.tantum facit mentionem de ea. magiſtralia.n.uerba fuerunt [æſtimetis] honeſta ſeruitia ex conſtitutione, uel ɔſuetudine debita.18.q.ult.ſeruitium. 1.q.3.q̃ſitũ.

MOnachi [peculiũ] niſi pro iniũcta adminiſtratione,ut ĩ.§.ſeq. [parochiales] niſi ex diſpenſatione cum conſenſu abbatis.16.q.1.in parochia, cũ pro utilitate,& c.doctos,ſymoniachus,ſi q̃s monachus [adminiſtratione] puta quia eſt ueſtiarius, uel eleemoſynarius [donatione] hoc intelligitur, qñ prioratus habent ius ſpirituale annexum,uel diſtincta bona & appropriata à bonis monaſterij: ſed ſi ſint de menſa abbatiæ dicti prioratus tunc poſſunt indicere & ſtatuere, ꝙ monachus, cui committitur dictus prioratus, certum quid ſoluat de reditibus dicti prioratus, ſed non aliunde; & hi potius dicerentur miniſtri, q̃ priores,quòd ſonat in dignitatem [non mutentur] ab abbate, ſi curam animarum non habent. ſi enim curam animarum habent,non poſſunt amoueri ſine conſilio ep̃orum, qui eis curam animarum concedunt.s̃.de præben.in Lateran̄. [non mutentur] his enim confirmari poſſunt beneficia.s̃.de ꝓben.niſi eſſent: ſecus in prioratibus, qui conceduntur ab abbate.s̃.de confir.uti.uel inuti.porrecta.ĩ.eo.cum ad monaſterium.§.tales.

REcolentes [inſtitutione] qua dicitur inſtitutũ, ne Ciſtercieñ.habeant uillas,eccleſias, uel alia, quæ ſequuntur [ſimilem] C.locati.l.milites.

SVper quodam [potuit] s̃.de ſepul.ſacris. not.propter ſcandalum non extumulari,quod extumulandum eſt.

QVod Dei timorem [officium] in aliis poteſt laudare intentionem plebani: ſed factum eius in hoc laudandum nõ eſt, cum in manibus ſui ep̃i debuerit reſignare.s̃.de renun. admonet [coram fratribus S.Victo.] no.ꝙ licet non dixerit, cui regulæ ſe deuoueat, intelligit̃ illi ſe deuouere,in cuius manibus fecit ꝓmiſſionem. nam eccleſia S.Victoris eſt regularis [promiſſionem] licet per hanc promiſſionem de futuro non ſit cenſendus regularis. q̃a tñ cogendus eſt,ex quo promiſit fieri regularis, idcircò rñdet, ac ſi regularis eſſet. ſi s̃.ti.proxi.per tuas [à Florentino] & Boñ.conſentiente: uel ad minus priore, & conuentu eius: diſpenſatio tñ ep̃i Florentini eſt[miniſtrares] in hoc enim credimus ep̃m diſpenſare poſſe [licentia] quæ neceſſaria eſt [in Latera] s̃.e.c.in ſcđo [commode] monachus autẽ nullo mõ põt eſſe ſine monacho; & in hoc eſt ſpeciale de canonico regulari.s̃.eo.c.2. [canonicus] ꝙ hic non fuit canonicus regularis ex principio apparet, ubi dicit,ꝙ nec profeſſionem fecit,nec habitum aſſumpſit. ꝙ fuerit canonicus,hinc apparet, ubi dicitur, ꝙ habeat canonicum,& etiam ſuperiori argumento, ubi innuit, quod poſſit ad reg men ſecularis eccleſiæ aſſumi. quidam dicunt, ꝙ fuit canonicus, & licet à principio non fecerit profeſſionem, ex poſtfacto tamen fecit, uel ſi prius feciſſet,tñ mõ Papa mandauit, ꝙ faceret ut uotũ compleret,ar.s̃.ti.proxi.per tuas.ĩ.de ſpon.commiſſum uel dic,licet non multum uideatur conſonare ueritati, ꝙ non fuit canonicus;& eps̃ cum uoluntate prioris diſpenſauit,ꝙ non fieret canonicus, licet uouiſſet,& permutauerit uotum magis utile;qđ licet,arg.s̃.tit.proxi. c.j.& c.magnæ. & monet̃ habere canonicum, ut regulariter uiuat. nec ɔ̃dicit dec.per tuas: q̃a ibi non diſpenſabatur cum eo,ut non obſtante uoto haberet epiſcopatum: uel ibi aliud eſt in electo ad ep̃atum,ubi bñ debet cõplere uotũ: q̃a ſine diſpenſatione põt fieri eps̃. *aliud* in plebanatu, ad quem tranſire non põt *ſine diſpenſatione*.55.diſtin.priſcis. melius ergo *fuit eum non fieri*

canonicum,& permutare uotum,quàm canonicum fieri,& poſtea ex diſpenſatione archipresbyterum.

SVMMARIVM.

1 *Quis propriè dicatur monachus.*
2 *Peccat Papa diſpenſando ex cauſa non iuſta.*
3 *Nõ ualet diſpẽſatio ĩ his,quæ ſunt cõtra uotũ tacitũ uel expͤſſũ.*
4 *Conditori conſtitutionis licet diſpenſare ſine cauſæ cognitione contra ſuam conſtitutionem.*

CVm ad monaſterium [exhibere] etiam de carnibus, in hoc enim põt diſpenſare abbas, ſicut in propria cella habenda. 20.q.ult.monachum. & circa ordinem.j.de eo q fur.or.re.cum.H.& circa canonem latæ ſñiæ.j.de ſen.exc.cum illorum. alij tñ dicunt, ꝙ nunquam licet ueſci carnibus, nec abbati licet
1 diſpenſare [præuaricator] abbas †Annexa] hæc autem ſunt annexa ordini à iure poſitiuo, qđ probo, monachus aũt nihil aliud eſt,q̃ ſolitarius triſtis.16.qõ.1.placuit. ſi igiſ plura imponanſ,illud eſt impoſitum à conditore iuris. & ex hoc patet, ꝙ Papa põt diſpenſare cũ monacho,ꝙ habeat proprium,uel coniugem,cum poſſit ordinem & naturam, quam dedit ordini, & ſubſtan-
2 tiam tollere [† ſummus] niſi ex cauſa.quanquam enim Papa diſpenſet,niſi iuſta cã ſubſit,peccat,& diſpenſans, & cum quo diſpenſatur. Nos dicimus, ꝙ nunquam ualet diſpenſatio in proprio, & in talibus licet ex cã poſſet concedere ei,ꝙ peregrineſ, & portet ſecũ uiaticũ illud tñ non poſſidebit ſuò noĩe, ſed noĩe monaſterij. unde de eo non poterit teſtari.& hæc uera ſunt, niſi magna cã & uera ſubeſſet. uidetur tñ, ꝙ ſi diſpenſareſ cũ monacho in caſu,in quo cum eo diſpenſari non debet, utputa ꝙ habeat uxorem,& nõ eſt neceſſitas, uel utilitas diſpenſandi; ſi tñ ↄ̄hat cũ aliqua credens bonam diſpenſationem & licitam, ꝙ tenet mr̃imonium,licet ille q fuit monachus, ſꝑ peccet exigendo debitum, & non reddendo: qa uerum mr̃imonium eſt inter eos. rõ diuerſitatis eſt. qa ex diſpenſatione habendi propriũ nemini præiudicaſ, nec alicui prodeſt,nec obeſt,niſi cum quo diſpenſaſ: unde niſi ibi ſit utilitas non ualet diſpenſatio: ſed ſecus eſt in matrimonio,ubi diſpenſatio prodeſt alij,ſ.coniugũ, uel ꝑiudicat. imò & ibi idẽ quodãmodo eſt,ſ.qa monacho, cum quo diſpenſatũ eſt male ſu ꝑ matrimonio,non prodeſt diſpenſatio, quin ſemper
3 peccet. ¶†Item no.ꝙ quidam dicunt,& fortè non malè ꝙ licet in his,quæ ſunt ↄ̄ uotum tacitum uel expreſſum & in aliis, quę ſunt ↄ̄ euangelium. non profit diſpenſatio, niſi ex cã fiat,& forte idẽ intelligendũ eſt,ſi diſpenſeſ in his, quæ ſunt ↄ̄ gñalẽ ſtatũ ecclefiæ: non tñ hoc eſt uerum[a] in his diſpenſationibus, quæ fiunt ↄ̄ ius poſitiuum tm̃, ſicut apparet in ſtatutis;quæ facta ſunt de ordinibus faciẽdis intra certa interſtitia temporum,ut 87.diſt.ꝑ totum & ꝙ quis non poſſit habere duas curas, ut no.ſ̃.de præbẽ.c.de multa,& de ele.dudũ.in his.n.diſpenſationibus ſufficit ſola uolũtas diſpenſatoris ẽt ſine cã; qđ ꝓbo. nã ſi ſola uoluntaria conſtõ erat cã, quare aliquid prohibebatur,& ſola uoluntas erat cauſa, quare ꝓhibitio relaxetur: qa eius eſt deſtruere ius, q illud condidit; nec teneſ princeps ſua lege ligatus.C.de le.digna,& res facile redit ad ſuam naturam.ff.de pac.ſi unus.§.pacta: tñ ſicut lex eadẽ dicit ipſe tñ bñ facit,ſi ſuã legẽ ſeruat.
4 ¶† Itẽ licet[b] conditori conſtitutionis diſpenſare ſine cãæ cognitione ex certa ſcientia ↄ̄ ſuam cõſtitutionẽ: non tñ aliis,qbus conceſſum eſt diſpẽſare,licet diſpenſare niſi cũ cãæ cognitione;& ſi diſpenſant, non ualet diſpẽſatio,uel reuocaſ:& ipſi peccant,& puniunſ 51.diſt.qui in aliquo [licentiam] bñ dicit licentiam, & uoluntariã tm̃,quia ſine cã. nã & ſi cã ſubeſſet bñ poſſet diſpẽſare, ꝙ propriũ haberet. Quid.n.ſi tota Chriſtianitas,uel ẽt aliqua pars eius eſſet in ꝑiculo,niſi monachus fieret rex, fortè nõ eſſet alius, qui ſciret aliquod regnum regere, uel poſſet, niſi monachus, nonne dices, ꝙ fiat Rex nõne quilibet debet ſe totum in holocauſtum offerre Deo, ut in eo, quod ſibi plus placet, præeligat ſeruire? ſed præ omnibus placet ei, ꝙ creaturam ſuam rõnabilem & tꝑalem conſeruet,pro quo etiam ipſe animam ſuam poſuit. ¶Itẽ nonne peccat, qui minus bonũ maiori bono præponit.ſ̃.de reg.licet, in fi.11.q.3.ſi qs di.& c.uæ qui dicitis. Itẽ cõis utilitas præfertur priuatæ.7.q.1 ſcias.c.mutationes. ¶Item ſi ꝑꝑ communem utilitatem põt fieri eps.j.e.licet, & etiã clericus.55.di. priſcis.16.q.1.ne pro cuius,quare nõ eodem mõ Rex? ſed fortè rñdebit ↄditor,ↄcedo, ꝙ fiat Rex:ſed nõ habebit propriũ:qa regnũ cõe eſt,& q̃ acquiret,regnũ acqret ar.pro his.18.q.1.c.1.j.de priuile. cum olim. ſed ↄ̄, qd ſi non põt eſſe ſalua Chriſtianitas, niſi regnum in ſuum proprium accipiat,illud ſuis hæredibus relinquendum quia forte habebat filios ante,q̃ fieret monachus.¶Itẽ quid ſi dixerint ei illi,qui poſſunt dare regnũ,oportet, ꝙ ſi uis habere regnum, accipias hanc reginam in uxorem, alias dabimus eã infideli, uel tyranno? an hic ita diliges contemplationem huius monachi,& continentiam hominis unius,& ita reputabis Deum crudelem, ꝙ nolit ꝑ prouiſionem uicarij ſui huic Chriſtianitati prouideri.Item Papa fecit conſtõnem,ꝙ ẽt ille,q uouit ſimpliciter, ſi ↄ̄hat, ꝙ tenet mr̃imonium.j.qui cle.uel uo.rurſus.17.q.2. Gonſaldus.ſ̃.de conuer.coniug.placet: quare nõ eodẽ mõ põt diſpenſare? Itẽ fecit cõſtõnẽ,ꝙ uxor unius alij nubat.j.de diuor.gaudemus.§.pe. Item ex conſtitutione eſt,ꝙ minor.14.annis non põt ſe obligare religioni.ſ̃.de reg.& tranſ.ad noſtram, qđ eſt contra ius naturale: quia ſicut puer,ex quo doli capax eſt, poteſt ſe diabolo obligare, eodem modo & Deo. Item Papæ dicitur, quodcũque ligaueris &c. Item in quolibet uoto intelligendum eſt, niſi aliter Deo placeat ſed credendum eſt, quòd Deo aliud placeat,utilitas ſubeſt, quòd contra uotum faciat. ¶Item ſicut dicitur, quòd non intelligitur uenire contra uotum, qui facit contra illud autoritate ſuperioris,qui eſt uicarius IESV Chriſti ſicut in mr̃imonio.ſ̃.de trãſla.c.inter, in prin.nec ob.prædictis, quod dicitur, uouete, & reddite. uouere quidem eſt uoluntatis: ſed reddere neceſſitatis: quia liber bñ intelligitur uotum Deo reddere, q ſe eius diſpoſitioni committit; & quia magis eius bñplacitum facit,ut ꝓdictum eſt.ſ̃.de uo.& uo.re.magnæ.

a ¶*Non tamen hoc eſt uerum.* Spe.ĩ ti.de *lega. § nunc breuiter, ad fi.uer.15.in uoto, & Car.in repe.c.perpẽdimus infra de ſen. excõ.col.8.ſequuntur* Inno.*hic,& abb.in c. fraternitatibus,& ibi* Ioan.*de Ana.infra de ſchiſmati. & de ueritate uide per* Fel.*in c. ad audientiam, el 2. col.4.uer.nihilominus attẽde bene ſ̃.de reſcr.*

b ¶*Itẽ licet conditori.* Adde, *quòd idem tenet ipſe* Inno.*in c.ueniẽs,ſuprà de fil.preſby.in gl.in fi.* Et *gl.in c.ſi qui.81.di.in gl.j. in fi.* Et *no.*Io.*de* Imo. *in l.quidam conſulebat.ff.de re iu.& refert* Fel.*in c.ad audiẽtiam, el.2.col.5.omnia autem iſta ſupra de reſ.& adde eundẽ* Fel.*in c.quæ in eccleſiarũ, col.13.in prin. ſupra de conſti.& ibi alle.concor.*

SVM-



SVMMARIVM.

1 *Non poſſunt viſitatores rectorem alicuius loci remouere, ſed epiſcopo nunciare.*
2 *Parochia regenda eſt auctoritate epiſcopi.*
3 *Ad quem pertineat electiones confirmare de prioribus fratrũ factæ, & in nu.5.6.& 7.*
4 *Non poteſt* Archidiaconus *de iure præſentatum ſibi à patrono ſine* Epiſcopi *licentia in eccleſia inſtituere.*
8 *Degradatio priorum pertinet tantum ad* Epiſcopum.

IN ſingulis [Abbatum,atq; Priorum] non excẽptorũ,j c.ꝓx.§.hæc eadem [aduocent] capl̃m Abbatum,& Priorum, q ↄueniunt ad generale capl̃m,& factis etiam his primordiis, capl̃m totum uel maior pars eliget quatuor abbates, q præſunt capitulo [q] Ciſtercieñ. [de ipſis] abbatibus,q ↄueniunt ad capitulum [ꝑlationis] iſti cũ ſint ꝑlati ordinariam iuriſdictionem non hñt; ſed delegõne Papæ funguntſ. Item de uiſitatoribus ab his deputatis. nam delegõne Papę, nõ iſtorum quatuor funguntſ,ut j e.c.ibi. [uice noſtra] uel dic, ꝙ eſt ordinario iure iſtorum ab hac ↄſtõne eis
1 ↄceſſa. † Denuncient] no.ꝙ remouere non poſſunt,ſed tm̃ epõ nunciare: & cum tam eps, q̃ hi uiſitatores habeant iuriſdictionẽ cognoſcendi,uel inquirendi de his, occupãtis melior erit conditio, ut ff.de ꝓcur.pluribus. alij tñ dicunt, ꝙ uiſitatores non procedent, niſi primò moneant Epm̃,& appareat eius negligentia,ar.ſ̃ de offi. ord.quãto.9.q.3. nunc uerò. vel dic, & melius, ꝙ ambo uiſitabunt; & erit forte utraq; ordinaria, arg. j eo. c.porrò. ¶Item ſimile.j c.ꝓx.nec eſt ↄ̄ ſ̃ de offi.ord.c j. ubi innuitur, ꝙ uiſitatores poſſunt deponere: quia ibi non erant tantum uiſitatores, ſed inquiſitores, & iudices,ut ibi colligitur. alij dicunt aliter in generali viſitatore; & ſic loquitur hic: aliud in ſpãli; & ſic loquiſ c.j. primò dictum placet. [diœceſani] epi.n.curam gerunt ſuarum diœceſum,ſ̃ de offi.ord.pernicioſam. ¶Iura] quorum ipſæ diœceſes exiſtere dignoſcunſ. 9.q.2. nullus primas,& in aliis c.ſeq. & iõ cum ipſi curam habeant, ad illos ꝑtinet ipſam cõmittere, de offi.archid.
2 cum ſatis.16.q.ult.nullius. ¶†Oĩno] vnde epõrum auctoritate ſiue cura, adminiſtratio gerenda eſt, & parochia regenda.10.q.1. regẽda, ac ipſis de hmõi cura,uel regimine rñdendum.16.q.2.ſanè, ſ̃ de ꝑbẽ.in Lateraũ. & de priuil.cum & plãtare, §.in eccleſiis. & ita talibus prioratibus,qbus cura populi eſt annexa,priores inſtitui debent ꝑ epõs;& hoc eſt uerum,qñ ꝑ ipſos cura geritur. nam & ſm antiquos cano.monachi poſſunt aſſumi ad regimẽ eccleſiarum parochialiũ. 16.q.1.doctos, & c.in parochia.55.diſt.priſcis,& ſ̃ eo.ꝙ Dei. ſecus aũt qñ ꝑ ꝑsbyt.ſeculares; qa tunc ipſi ꝑsbyteri,& non monachi inſtituendi ſunt ꝑ epõs de ↄſilio monachorum,j de capel.mon.in eccleſiis. item hoc eſt uerum, qñ tales prioratus,uel eccleſię pleno iure nõ ſubſunt religioſis: ſecus aũt,ſi pleno iure ſubſunt.16.q.2.uiſis,& ĩ ꝑal.decr.in Lateraũ. & c.cum & plãtare. Item ꝓ graui culpa deſtituẽdus eſt aliqs& auctoritate ſuperioris,uidelicet epi diœc.16.q.ult.inuentum, & ſ̃ de fo.cõp. poſtulaſti. circa maiora nãq; periculũ uertiſ. 42.diſt. quieſcamus. & iõ hmõi grauia & difficilia diœceſanis referenda ſunt in ſuis diœceſibus de offi.archipresbyteri.ſingulæ,in fi. ardua ſine epis nequeunt terminari,ſ̃ de offi.archi. ad hoc,uer. item in epl̃a.difficilia.n.ſuperioribus ſunt intimanda,ſ̃ eo.circa medium.18.diſt. multis denuò, ĩ fi. & licet correctio religioſorum ad ſuos ꝑlatos regl̃r ꝑtineat, ſ̃ de offi.ord. quãto, & 90.diſt. ſi qs, ſi tñ aliqd graue & difficile emergat,ad cuius correctionem detẽtio abbatis nõ ſufficiat, ꝓuidẽtia diœceſani eſt ſuꝑ hoc adhibenda,de ſen.excõ.monachi, & c.cum illorum,de ꝓſcri.cum olim, ubi dr̃, ꝙ pnĩa in leuibus culpis ꝑtinet ad abbatem. maximè aũt prouidentia & diligentia tũc adhibenda eſt,cum præficiuntur aliqui in prælatos,ſeu rectores,ſeu etiam amouẽtur,de elec.nihil, & 7.q.ult. c.fin.ubi dr̃, ꝙ de tanta re,ſ.qñ inquiritur de dignitate alicuius ꝑlati, ut remoueatur, uel detur ei coadiutor, non ſegnius eſt agendum. Item priores, q ſic ꝑ electionem inſtituunſ,non poſſunt mutari ſine manifeſta & rationabili cã,ut dictum eſt,uidelicet ſi fuerint dilapidatores,&c. ut prædicta decr.monachi,§.ult. ſed ſiue ſint abbates, ſiue priores, utpote in monaſteriis, q́ abbates non habent proprios,& inueniantur dilapidatores, uel alias merito amouendi,ꝑ diœceſanum remouẽdi ſunt, dũmodò non ſint exẽpti,ſ̃ eo.ut itaque,j eo.c.prox.§.ſi abbas, & §.ult. prætereà quãuis hmõi priores immediatè ſubſint ſuis abbatibus, in illorum iuſſionibus intendere, & obedire debeant, non uidentur tñ poſſe amoueri ꝑ eos inconſultis diœceſanis, ſicut uideo, ꝙ licet cuſtos eccleſiæ in cunctis iuſſionibus archidiaconi obedire debeat,& ei ſubſit,non tñ ſi minus idoneus ſit,abiicere uel amouere poteſt inconſulto epiſcopo, de offi. cu.c.j. Item uidetur,ꝙ in prioratibus,in quibus ꝑ electionem collegiorum ſuorum inſtituuntur priores, gerenda eſt adminiſtratio auctoritate diœceſanorũ.¶Sed obiicitur ↄ̄: qa ſi in monaſterio ſubiecto alteri fiat ꝑlati electio,præſentandum eſt de iure abbati,uel collegio ſuperioris monaſterij, ut ab eo ſi canonica fuerit, confirmeſ,de ↄſue.cum dilec. circa fi. ita ordinatio inferioris monaſterij plenè pertinet ad abbatem ſuperioris,de reli.do.quia monaſt. Si ergo ſuperior abbas cõfirmare habet electionem abbatis,uel prioris ſibi ſubiecti,ꝑ confirmationem conſequitur quis liberã adminiſtrationem,de elec.trãſmiſſam. ur̃,ꝙ in talibus prioratibus auctoritate ſuorum abbatũ adminiſtratio geri debeat.ſed ↄ̄: quia ur̃,ꝙ nec in iſtis,nec in aliis prioratib.q non habent populum, uel in qbus non inſtituunſ priores ꝑ electionem, adminiſtratio geri debeat auctoritate abbatum: quia inſtõ & deſtõ de iure ad diœceſanum pertinet,& de l.iuriſdõnis eſt,ſ̃ de offi.ord. cõquerente, & de inſti.cum ueniſſet,de hære.cum ex iniũcto, in fi. item oẽs eccleſiæ diœce.ſub poteſtate epi ſui cõſiſtunt,& ad ipſius ordinationem ꝑtinent.16.q.7. oẽs baſilicæ.10.q.1. decretum eſt. ſo.circa hmõi prioratus, q parochiales non habẽt,& q ꝑ electionem collegiorum ſuorum fiũt,monachi tm̃ manent in eis,& abbates plenè,i.ex ſua fundatione in eiſdem obtinent tẽporalia; iõ ꝑmiſſum eſt & obſeruatũ crediſ,ꝙ ponantur in eis priores,& remoueanſ ad mãdatum ſuorum abbatum, ut in religionibus magis uigeat & obſeruetur obedientia.Et ideò huiuſmodi prioratus ꝓpriè appellantur obedientiæ,ſ̃.eo.cum ad §.tales. vnde tales priores ex eo, ꝙ ſic præficiuntur, non poſſunt nec debẽt aſſumere ſibi auctoritatem cõtinuæ prælationis: imò,cum expedierit, abſque contradictione mutari poſſunt, ſicut dicitur de præſidẽtibus capitulis generalibus, ſupra eo.c. ſi enim tales inſtituerentur & ponerẽtur per epiſcopos, aut de ſuo conſenſu,uel auctoritate, non poſſent poſteà ſic ad abbatum conſenſum remoueri, de offi.archid. ad hæc, arg.ſupra de trãſac.de cætero: propter quod etiam talibus ſuæ adminiſtrationes nõ confirmantur, *ſupra* de cõ.utili,uel inutil.porrecta. & ideò in *huiuſmodi* prioratibus ponuntur & deputantur *priores pro uoluntate*

 ſuorum

ſuorum abbatum,& etiam amouẽtur,ut in præall.§.ta-
les,& de priuil.qm̃ per confeſſionem,ubi ſit mentio de
clerico uel monacho deputato à monaſterio ad regimẽ
alicuius eccl'iæ diœceſano ſubiectæ.16.q.ult. ſi qs vult.
dicitur.n.ꝙ ſi abbas vult ad meliorem locum trãſmuta
re monaſterium, faciat hoc de ꝯſilio epi : ſed mittat in
priori loco presbyterũ ad exercenda ipſius miniſteria;
& ita ad abbatem ꝑtinet deputare ad regimẽ talium lo
corum perſonas. ſecus aũt eſt in prioratibus, in quibus
creantur priores ꝑ electiones capitulorum ſuorum:qa
tales priores plenius ius aſſequunt̃ in prioratibus ipſis,
ad quos uocantur ꝑ ſua capitula : quia ꝑ electionem &
ꝯfirmationem acquirunt eos, de accuſ.ſuꝑ his, & quaſi
ut abbates in loco ipſorum præſunt ibi: vnde ſic leuiter
amoueri non poſſunt ab eis : imò etiam ſi transferendi
ſunt ad maius officium, hoc fieri debet de conſilio fra-
trum locorum, in quibus præſunt, ſupra eo.monachi,
§.priores.58.diſt.c.ij. 19.q.3. ſtatuimus. huiuſmodi.n.
trãſlatio quaſi quædam alienatio eſt perſonæ : ſunt aũt
precioſiores perſonæ,q̃ res.12.q.2.præcipimus.vnde ſi-
cut res abſque ꝯſenſu capituli alienari non põt. 12.q.2.
ſine exceptione, ſic nec perſona. monaſteria uerò bona
ſua alienare non poſſunt abſq; ꝑmiſsione & licẽtia epi.
12.q.2.abbatib.18.q.4.in uendõnib.Et ita in trãſlatio-
ne taliũ priorũ,q̃ fieri debet de ꝯſilio fratrũ, neceſſaria
erit licẽtia & ꝑmiſſio epi multofortius, q̃ ĩ trãſlatione
uel alienatione rerũ,s̃ de renũ.admonet.vnde apparet,
ꝙ in creatione & mutatione taliũ priorũ, q̃ fieri debet
de ꝯſilio fratrũ, neceſſaria erit licẽtia. plus iuriſdõis &
autoritatis hñt diœceſani, q̃ in ipſos inſtõne & deſtõne
3 aliorũ. † Sed qs ꝯfirmabit electiones taliũ,& ipſos inſti
tuet? uř ꝙ abb.ſuperiores, ſicut all.eſt s̃. ſed certe ſatis
uř incõgruum,ꝙ aliqs prioratũ,uel eccl'iam aliquã ĩ-
tret,& adminiſtret irrequiſito diœce. cui ſubeſt,ut ĩ ꝑ-
dicta decr.admonet. ad diœceſanum ꝑtinet cuſtodia ec
cleſiarum uac.ſuæ diœce.de inſti.cũ ueniſſet. vnde ipſo
incõſulto intrare nõ debet:qa derogaretur ꝑꝑ hoc iu-
ri epali,de priui.paſto. põt ergo rñderi,ut fiat dřia in-
ter inſtõnem, & ꝯfirmationem. ꝯfirmatio.n.eſt ꝓpriè
approbatio ꝓceſſus in electione habiti, & quãtũ ad for
mam electionis,& quãtum ad ꝑſonam electi, s̃ de elec.
nihil. inſtõ aũt fit in eccl'ia de ipſo electo approbato iã
& admiſſo,qñ.ſ.inueſtitur de illa,de iur.pa. ꝙ aũt,ꝯſul
tationib. indifferẽter.n.utitur ius his uocabulis,inſtõne
ualet & inueſtitura,de cõ.ꝑ.poſt elect.qa & inueſtiri dř
aliquis de eccleſia,uel ꝑbenda.de cõ.ꝑ.ꝓpoſuit, & inſti
tui in eccl'ia,de ꝑb.dilecto. ubi dř,ꝙ vno iure ĩdiuiduo
uacante,ſiue ꝑbenda,duo inſtitui non poſſunt ad illud,
de ſu neg.ꝑl.literas. inueſtitura aũt fit poſt ꝯfirmatio-
nem,de ap.ꝯſtitutus. vnde põt dici ꝯfirmatio electionis
ꝙ in talibus priorib.de iure ꝑtineat ad abbates ſuos,ut
ꝑal.decr.de ꝯſuc.cum dilec. Inſtitutio aũt ad diœceſa-
nos locorũ,ſicut examinatio & approbatio clericorũ,
q ꝑficiendi ſunt bñficiis eccleſiaſt.& inſtituẽdi in eis,ꝑ-
tinet ad ſuos archid.inſtitutio uerò ad epos,de offi.ar-
4 ch.ad hoc,in uer.in quadam. ¶†Et ꝙ inſtõ tam abbatũ,
q̃ priorum in officiis ſuis ſpectet ad diœceſanos, ſatis ĩ-
nuitur.15.q.2. c.j. & c.cellulas; & ita abbates confirma
bunt electiones, & approbabũt priores electos : diœce-
ſani uerò illos inſtituent, de offi.archid. ſuper eo. ubi
dicitur, ꝙ ſi alicui permittitur aliqua eccleſia ordinã-
da de perſona idonea ad pñtationem patroni, licet re-
ctor,q inſtituendus fuerit,ꝑſentandus ſit illi,cui cõmiſ-
ſio facta fuerit,& ipſe eum admittet:non tñ ipſum inſti-
tuet, ſed eps, uel archidiaconus, ad quẽ inſtitutio per-
tinet: quia non eſt intentio cõmittentis ſuper hoc præ-
5 iudicare epo, uel archidiacono. ¶†Item & ipſe archi-
diaconus non põt de iure præſentatum ſibi à patrono
ſine conſenſu & licentia epi inſtituere in eccleſia, ſupra
de offi.archid. cum ſatis, de re iud.cum Bertoldus, niſi
aliter obtineat de preſcripta ꝯſuetudine.de deci.dudũ,
de offi.archid.dilecto, de exceſſ.præla. ad hæc. ſi ergo
ad diœceſanos pertinet talium priorum inſtitutio, nec
debent difficultatem adhibere, uel ingerere in ipſorũ
inſtitutione poſt,q̃ examinati & approbati ſunt ꝑ ſuos
abbates, ſicut fit in his, qui promouentur ab epiſcopis
ad ordines.14.diſt.qñ, & de offi.archid. ut noſtrum, &
in his,q præficiendi ſunt eccleſiaſticis beneficiis: qm̃,ut
dictum eſt,examinãdi ſunt prius à ſuo archid.& poſteà
ꝑ ipſum præſentandi epo,ut eos ꝑficiat,de offi.arch. ad
hæc,in uer.in quadam. poſtq̃ uerò examinatus eſt alias
diligenter & approbatus ꝑ illum,ad quem ꝑtinet, hic
non eſt denuò examinãdus, de æta.& quali.accepimus,
de offi.dele. licet, de purga.cano.dilec.in fi. & ſufficit
monachis teſtimonium abbatis.16.q.1. monachi uagan
tes,niſi forte aliquis promotus ad vnam dignitatem uo
cetur,uel poſtuletur,ſeu eligatur poſteà ad aliam:quia
tunc opportuna eſt poſteà alia examinatio. poteſt.n.
aliquis eſſe idoneus ad vnam,& non ad aliam, de elect.
in cauſis, in fi.vnde abſque difficultate admittẽdi ſunt,
ſiue inſtituendi tales priores ab epiſcopis,ſicut ſine dif-
ficultate & abſque iudiciorum ſtrepitu amouendi ſunt
ab eis poſt,q̃ denunciatum fuerit epiſcopis per illos,ad
quos denunciare ſpectat,ꝙ ſunt indigni,infra cap.pro-
xi.§.ꝙ ſi abbas,& §.ult.de accu.qualiter,in fi.& ſi forte
in eorum inſtitutione maliciam adhiberent, poſſet ſu-
per hoc haberi recurſus ad ſuperiorem, de iure patro.
nullius,& in prædicta decr.ea quæ.§.ꝙ ſi abbas.16.q.fi.
decernimus,ar.de iure patr.paſtoralis,in fi.de elec.pu-
blicato. ſm̃ præmiſſa poteſt dici, ꝙ inſtitutio in talibus
prioratibus pertinet ad diœceſanos : confirmatio uerò
6 electionis eorum ad abbates. ¶†Sed ponamus, ꝙ inſti-
tutio etiam talium priorum pertinet ad ipſos abbates,
non tñ eos poſſent auctoritate propria inſtituere cor-
poraliter. de huiuſmodi corporali inſtitutione in be-
neficiis & dignitatibus loquitur decre.ad hæc,de offi.
archid.in uer.in quadam.nam per ipſam inſtitutionem,
quæ cõſiſtit in conceſſione, ſiue in collatione beneficij,
uel dignitatis non adipiſcitur quis poſſeſſionẽ,ſed poſt
ea inducitur,de ſenten.& re.cum Bertoldus,circa prin.
& de conceſſ.præben.poſt electionem, in fi. nec per in-
ueſtituram intelligitur quis adeptus eſſe poſſeſsionem,
de donatio.per tuas,de conceſſ.præbẽ.propoſuit.vnde
non liceret hmõi prioribus, etiam ꝙ eorum inſtitutio
ſpectaret ad abbates, prioratuũ poſſeſſionem ingredi,
& eos gubernare ac adminiſtrare ibi auctoritate ꝓpria
irrequiſitis diœceſanis,de priuil.paſto.in fi.de foro cõ-
pe.Romana.§.contrahentes,& 16.q.5. ſi quis eporum.
ubi dř,ꝙ ſi ꝑlatus in eccleſia ſua,quã habet in alia diœ-
ceſi,uoluerit ordinare clericos, uel inſtituere, qđ idẽ
eſt.ut de arb.non ſine ipſos ordinet is, cuius territoriũ
eſt : uel ſi ordinati ſunt & inſtituti, acquieſcat eos ha-
bere, & regimen, & gubernatio Eccleſiæ ad eum per-
tinebit. Et ita cum conſcientia & permiſſu dixi in eccle
ſiis ſuæ diœceſis adminiſtratio eſt gerenda, ſiue perti-
neat ad abbates confirmatio, & ad epiſcopos inſtitutio
talium priorum, ſiue utrũque ad abbates. adminiſtra-
tio tñ gerenda eſt auctoritate & permiſſu eporum.nam
& dec.de elec.cum in cunctis, §.cũ uerò, diſtinguit hæc
tria, electionem, confirmationẽ,& adminiſtrationem.
¶Sed



¶Sed qualiter rñdetur ad alias dec.noſti,& trãſmiſſam
de elec.in quibus dř,ꝙ per confirmationem quis habet
plenam & liberam adminiſtrationem? & dicendũ eſt, ꝙ
refert,an confirmet is,qui eſt ordinarius loci: & plenam
ꝑtãtẽ hẽt à iure,ut archieps quantum ad ſuos ſuffraga-
neos:& epi quantum ad prælatos eccleſiarũ ſuarũ diœce
ſum ſibi ſubiectarũ,& Papa q̃tum fecit ad oẽs: quia ſuꝑ
oẽs hẽt ꝑtãtem,an confirmet alius:quia ſi archieps, uel
eps,aut Papa confirmet,ex ipſa confirmatione intellige
tur ei conceſſa eſſe adminiſtratio , ut prædicta decret.
tranſmiſſam, & c.noſti. & intelligitur eſſe inſtitutus, &
accepiſſe per hoc inſtitutionem,de ſi. ſicut tuis.ubi dici
tur,ꝙ petita fuit confirmatio.& poſtea ſequitur, ꝙ acce
pit inſtõnem,ſicut petiuerat.unde pro eodem ponit con
firmationem,& inſtitutionem.& hoc accidit, quia hmõi
cõfirmatores pleniorem hñt auctoritatem, & res uel lo
ca plenius ſub ſunt eis, maxime in ſpũalibus, ꝑꝑ qđ eis
competit inſtituere, de ele.querelam.& ideo efficacior
eſt eorum confirmatio , & intelliguntur per hanc inſti-
tuere:quia nõ exigit̃ alicuius alterius continentia uel aſ
ſenſus.ſecus aũt eſt,qñ alij confirmant,qui non ſunt lo-
corũ ordinarij;quia non ſic plene præſunt illis.unde al-
terius ſuperioris,ut pote diœceſani,qui plenius curæ ac
regimini præeſt continentia expectatur ſicut dictũ eſt.
s̃.uel põt aliter dici,confirmatio electionum in talibus
prioratibus ꝑtinet de iure ad ipſos diœceſanos : qm̃ ad
ipſos ſpectat regimen animarum committere. 16.q.ult.
nũllus omnino. Et ad illam dec.de conſuet.ſic rñdendũ
eſt,quia monaſterium Carofen. dicebat, ꝙ fratres An-
dren. monaſterij debebant in Carofen. capitulo aliquẽ
de gremio ipſius monaſterij Carofen.eligere ſibi in Ab
batem propter ſtatuta diœceſani epiſcopi,qui conſtitue
rat,ꝙ electio prioris, uel Abbatis monaſterij Andren.
penderet penes fratres ipſius loci & capitulum Caro-
fen.monaſterium uerò Andren.dicebat,ꝙ de iure cõi &
priuilegio ad ipſos fratres tantum pertinebat electio &
Papa rñdet,ꝙ illud ſtatutum põt ita ſane intelligi , ut
nec iuri cõi,nec priuilegio derogetur per ipſum, uideli
cet ut ad fratres Andren.monaſterij ſpectet electio, &
ad capitulum Carofen.confirmatio.ſed non eſt ita intel
ligendum,ꝙ de iure cõi pertineat confirmatio ad Caro
fen.capitulum,nec ad hoc ſe refert dec.cum dicit ꝙ ſta
tutum illud non obuiat iuri communi:quia nõ erat qõ
de confirmatione,ſed de electione ſolum,quam de iure
cõi dicebat ad ſe ſpectare Andren.monaſterium.¶Vnde
ſtatutum illud ſic poteſt intelligi , ꝙ non obuiaret iuri
cõi,quod eſt, ut congregatio ſibi Abbatem eligat.16 q.
ult.c.fi.& tñ ſtatutum ipſum concedebat capitulo Caro
fen,uidelicet ius confirmãdi,ꝙ ipſe diœceſanus vř ei cõ
ceſſiſſe hmõi ſtatuto.nam alias ſtatutũ ipſum fuit inane,
niſi aliquid ſpãliter indulſiſſet,de uer.ſig.Abbate,circa
fi.non obuiat huic intellectui decr. illa de reli.do. quia
monaſterium,dř.n.ibi,ꝙ unum monaſterium fuit unitũ
alteri.Vnde ipſe erat Abbas utriuſque,& amborum ad-
miniſtrationem & ordinationem habebat, nec preficie
batur alius in uno,& alius in altero.ſed quia utrunq; in
congruum uidetur, ꝙ in aliquo prioratu ſubiecto mo-
naſterio,uel Abbati confirmetur uel inſtituatur prior ,
inſcio ipſo Abbate,cui ſubeſt prioratus,ideo poteſt dici
ꝙ electio,quæ in tali prioratu celebratur,denuntianda
eſt abbati,cui ſubeſt & per eum & ꝑ electores,uel per il
los,cum eius conuenientia præſentanda diœ.de ecc.ædi
7 ad audientiam, & de ele.ſacroſancta. ¶†Et ita dici põt,
ꝙ confirmatio talium electionum ad diœ.pertinet,& ſic
eorum auctoritate geri debet adminiſtratio , niſi aliud
Abbatibus de iure competeret ſpeciali,ut s̃.notatũ eſt ,
uel niſi circa inſtões,& deſtitutiones abbatum, & hmõi
prælatorum & religioſorum aliud obtineat,& obſerue
tur,& ex regula & inſtõne ſui ordinis approbata , ſicut
8 patet in Ciſter.de ſt.ne dei.¶†De gradari autem hmõi
prælatos,uel priores ad ſolum epm̃ pertinet.15.q.5. c.
j.& ſeq.& 16.q.2.uiſis.in cellis aũt,quæ fieri deberent.
j̃.ſepta monaſterij.20.q.ult.c.fi. nullum inſtituere, uel
deſtituere debent epi.18.q.2.quàm ſit.Alij dicunt,ꝙ nõ
ſolum in prioratibus,qui habẽt curam, ſed ẽt in alijs &
ẽt in his, ubi eſt prior datus ab Abbate.ſemper eſt præ-
ſentatio facienda epo,& per eum confirmatio facienda.
[Præuacantes] ipſi epiſcopi,uel uiſitatores[Eos] epos,
uel uiſitatores [Perſonis] nota.eos, qui præſunt capitu
lis celebrandis habere iuriſdictionem ſuper eos,qui of-
fendunt monaſteria.

EA quæ. Hoc c. loquitur de uiſitatoribus deputatis
à ꝑſidentib.capitulis [Cõcil.] s̃.c.ꝓx. [Normã] for
te nimis leuen.¶Monachos] hic apparet,ꝙ uiſitatores
pñt punire monachos,& ad abbatem remittere punien
dos.uel dic melius,ꝙ non pñt punire delinquentes mo-
nachos,niſi eſſent contumaces, ut puta quia cum uiſita
tores uellent interrogare de ſtatu monaſterij, ipſi no-
lebant rñdere,uel alio modo uiſitationem eorum im-
pediebant:& ſic hic loquitur. ¶Puniatur] ſuſpenſionis
pœna,uel interdicti.deponere eũ
a non poſſunt,uel remouere [a] ſuprà
c.proxi.§.ordinentur. uel dic me-
lius , ꝙ non ſuſpendentur,uel in-
terdicentur niſi per epiſcopum ,
ſed diſciplinam publice recipiant
in capitulo:& hoc uidet̃ ſonare li-
tera [Iudiciorum] not.in inquiſi-
tionibus abbatum non eſſe ſeruan
dum ſolitum ordinem iudiciorũ.
j̃.de accu.qualiter.2.in fi. & de ſi.
ꝑ tuas.[Ab adminiſtratione] hoc
ſpecialiter conceditur ſibi in exem
ptis propter periculum moræ &
longam abſentiam Papæ [Portet]
à diœceſano,uel à Papa.

a ¶*Remoue. Adde quod hoc intelligi debet in proprio uiſitatore, ſiue ſit generalis, ſiue ſpecialis, & ita intelligas, ſuprà no. in c. proxi. quando autem eſſet non ſolum uiſitator, ſed inquiſitor & iudex, poſſet deponere, ut in c. dilectus, ſuprà de reſcrip. & ita Henri. Bohic ibi.*

## De religioſis domibus, ut epiſcopo ſint ſubiectæ. Rubr.

TVnc aũt [ad baſilicam.] Si uis ſcire,quis eps
debet conſecrare eccleſiã,debet inquiri cu-
ius ciuitatis eps &c.[Cuius] no.s̃.de offi.ar-
chi.c.ult.s̃.de prob.cauſam [Cõſignationẽ.]
no.non licere niſi ꝓprio epo ꝯſignare infantes.[Concur
rerit]16.q.1.huic.¶Terminis]dictis inter ciuitates per
ciues.x.diſ c.i.& c.imperiũ.3.q.7.hoc quippe uel termi
nis nouis;qa ſi de his ꝯſtat,ſufficit.16.q.3.inter memo-
ratos,& c.dilecto.cum.n.hæc iure, ſ. chriſmare,& bapti
zare,& conſecrare eiuſdẽ iuris ſint,ut qui eſt in poſſeſ-
ſione unius,& alterius præſumit̃,niſi ꝯ ꝓbetur,ar.12.q.
2.cognouimus.j̃.dec.cũ in tua,niſi alias ꝓbaret aliquod
de iuribus ꝑdictis exercuiſſe,& eſt neceſſariũ ad hoc, ut
ſic præſumat̃,ꝙ certũ ſit,ꝙ parochia hæc ſit in eius diœ
ce.uel non conſtet,ꝙ ſi in alicuius diœc.

QVia monaſteriũ.[cuius eſt diœ.]monaſteriũ ĩ fundo
Marciano ſitũ,de hoc no.j̃.ne ſe.ua.c.j.¶Termin'̃]
iõ ſeruant̃ oĩb.iura ſua,qa locus unitus alij nõ mutat na

turā ſuā.ſed ſi locus mutaret naturā ſuā,tunc acciperet
iura annexa à iure,uel ꝯſuetudine naturæ mutatę;ſicut
eſt uidere in monaſterio facto è capella, qđ aſſumit iu-
ra competentia capellæ & cum ſuo præiudicio.ĩ.de ca
pel.mo.dilectus. & idem de ec.ædi.ad audientiam.ſ.de
ma.& obe.,cum inferior.ſ.de conſue.cum olim,& c.cum
dile.ſ.de ſta.mo.recolentes.

DE Xenodochiis,ſ.ſtatuimus. [per ſolicitudinem] ꝑ
hoc.c.poſſunt intelligi.c.10.qō.1.c.1.& ſe.16.qō.7.
oēs , uidelicet ꝙ in hoc ſit tm̄ diſpoſitio epiſcoporum ,
ad quæ ordinata eſt eccleſia,& quæ inueniuntur expreſ
ſa in iure,ut no.ſ.de off.ord.conquerente. aliter enim
epiſcopus nihil ab eccleſiis ſaltem in tꝑalibus petere
debet.ſ.de excep.cum, & ĩ.eod.c.cum uenerabilis , &
10.q.3.quia cogno.

AD hæc [autoritate ponti] qa priuatus ſine autori-
tate epi locum religioſum facere non pōt.ff.de re.
diui in tm̄.§.ſacræ.ff.de re iu.l.iij.
§.ſi quis do.& §.ſi his.Alij tñ a di-
cunt, ꝙ cuicũq; laico licitũ eſt ha
bere oratoriũ & hoſpitale in do-
mo ꝓpria , dũmō non habeat for-
mā eccleſiæ ēt ſine autoritate epi,
de conſe.diſt.1.unicuique, & c.cle
ricos: ſed ibi celebrari nō poterit
abſq; autoritate epi, ut in pdictis.
c.hoc autem certum eſt , ꝙ domũ
deputare poteſt ad pauperes recipiendos.

a ¶ *Alij tamen dicunt.* a *Adde, quòd hoc idem refert & tenet I'e.de An.in cōſ.229 col.2. uer.ſed iſtis , inci.cōſilium , ſuper primo et Car.ĩ cōſ.13.ĩci. pelucidatiōe dubiorũ.co.j.*

INter quatuor, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſum imponere in ſignum deuotionis , & memoriam beneficiorum licet.*
2 *Non poteſt epiſcopus in totum ius epiſcopale dimittere, & eccleſiam à tota ſua iuriſdictione dimittere.*
3 *Poteſt epiſcopus examinationem ordinandorum, & uiſitationem clericorum archidiaconis , & etiam aliis committere.*
4 *Sub iuris epiſcopalis petitione nedum ius epiſcopale comprehenditur,ſed etiam quod pacto,uel conſuetudine conſtitutum eſt.*

COnſtitutus [qui fuerat eps] fortè diuerſis tꝑi-
bus,uel eodē [pertinentes] hoc uerbum latiſ-
ſimum eſt.ff.de uer.ſig.uerbũ,ptinere,ut com-
1 prehendat illa,in quibus iuſpatronatus habet † ita ui-
delicet] p hoc uidet̃ , ꝙ diſtinctus fuerit ꝯtus emphy-
teuſis,q fuit de tꝑalibus tm̄,à ꝯtu liberalitatis , q fuit
de ſpũalibus tm̄ , ſicut ſequit̃, qđ licet.ſ.de rerũ pmu.
ad qōnes.uel dic,ꝙ appellat emphy.cōpenſationē cen-
ſus, quē in ſignũ deuotionis,& memoriā bñficiorũ licet
imponere. 18.q.ult.Eleutherius. uel dic , ꝙ licitũ fuit
epō ſibi cōſtituere ſine peccato certā pēſionē , arg.ſ.ut
ecc.bñ.ut noſtrum, in.fi.uel ſicut innuit hæc decr.infe-
rius,eps liberal'r donauit,& monaſteriũ liberal'r pēſio-
2 nē ꝯſtituit † ordinationē] licet nō poſſit ĩ totũ ius epale
dimittere,& eccleſiam à tota ſua iuriſdictiōne dimittere,
probo : qa ſic eſſet eccleſia illa accephala: qa cũ nullus
ſit,q eā in ſuā recipiat,accephala remaneret;qđ eſſe nō
debet,uel pōt.93.diſt.nulla. tñ ad iura epalia conſtitue
re pōt uicarios,q ſuo noīe hoc faciāt ; & ſic factum fuit
hic:qa abbatē & conuētũ eiuſdē monaſterij conſtituit
uice ſua,aut alios , quos uellet , ad officiũ epale exhi-
bēdũ uocaret,ſicut archidiaconũ & alios pſonatus ui-
cē ſua cōſtituit in multis iurib.epalibus.ſ.de off.archi.
c.j.¶Et ſm hoc oportet te dicere, ꝙ ille eps, q exerce-
bit iſta,uice epi Albañ.faciet. & hoc ēt ſatis probari po
teſt, qa uice Papæ non facit, cũ Papa eũ non acceperit ;
ponamus tps illud,in quo nondum acceperat nec auto
ritate ſua facere pōt, cum ei non ſubſit : nec autoritate
propria monaſterij: qa cũ ex ſe hanc ptātem non habet
nec habere pōt,ergo nec alij cōcedere.1.q.7.Daibertũ.
reſtat ergo, ꝙ autoritate Albañ.epi hæc epalia faciet ,
maximè cũ eā non exemerit p aliqua uerba,quę hic po
nant̃. alij dicũt, ꝙ nō ualuit hæc cōceſſio ſuis uirib.ſed
confirmatione Papæ tantum. & hoc ea ratione : qa ea
quæ per decretum expediuntur aliis delegari non poſ
3 ſunt.ff.de of.procon.nec quicquam.†Rñ illā regulā nō
habere locũ in ſpũalibus:qa bñ archidiaconis & ēt aliis
pōt eps cōmittere examinationē ordinandorũ. & uiſi-
tationē clericorũ ſ.de off.archi.ad hæc , & c.1.10.q.1.
placuit, & c.eps etiam in multis aliis , quæ oīa ſumma-
riam cognitionem & decretum requirunt [confirma-
uit] ſola confirmatio ſufficit ex certa ſcientia Papæ cō
ceſſa, ēt ſi alias de iure nō tenet, ut no.ſ.de confir.uti.
uel inu.c.pe.ſ.de tranſa.c.1. [ratā] pro pluribus.n.ec-
cleſiis ſoluebat̃ hæc penſio. rata eſt, ut æqualiter ſingu
læ eccleſiæ ſoluant. & hoc obtinet in iudiciis , & ſtipu-
lationibus, & ꝯctibus , ut ſi plures ſunt, qui agunt, uel
ꝯhũt,ſinguli pro æqualibus partibus intelligunt̃ agere
uel ꝯhere. & eodem mō ſi ꝯ plures agitur , uel ꝯhitur,
ꝯ ſingulos pro parte ſua intelligitur diuiſa actio , uel
contractus, niſi aliud dicatur. & hæc ſunt uera, ſiue fa-
ctum, ſiue dandum ſit in obligatione. & idem eſt etiam
ſi res indiuiſibilis, uel etiam ſeruitus debeatur : qa in-
tereſſe, ad quod agitur,diuiditur.ff.de uer.obl.l.ij.§.fi.
& l.ſeq & l.ſtipulationes diui.ff.depo.ſi duo, in fi.& eſt
hoc iō,quia non fiunt plures rei debendi, uel credendi
niſi hoc expreſſe agatur , in aut̃.de duo.re.coll.7.licet
ſecus eſſet ante tps autēticorum. itē in delictis ſecus eſt
ut no.ĩ.de homi.ſicut [ſubtractæ] cum non fuerit peti-
tum aliquid de penſione,mirum eſt,quare ſup ea ſit cō
dēnatio. Item mirum uidetur, ꝙ non cadit à iure:qa tā
to tpe ſtetit, ꝙ non ſoluit penſionē. 10.q.2.hoc ius.Rñ.
uerè priuandus eſſet emphyteuta à iure , qđ habet in
re in emphyteuſim data,ſi tanto tempore ceſſaſſet: ſed
hic non erat emphyteuta : quia ſic non tranſiſſet dire-
ctum dñium rerum in monaſteriũ, ſed cēſuale fuit, ubi
& directum & utile dñium rerum conceſſarum tranſi-
uit in donatariũ. unde quantocũq; tpe ceſſet,non pdit
4 res conceſſas ¶†Ad aliā qōnē rñdeo, ꝙ eps petēdo ius
epale intelligit̃ cenſum petere,q loco iuris epalis ſuc-
ceſſit,& q in ueritate ordinatus eſt.nā ſub petitione iu-
ris epalis nō ſolũ ꝯprehēdit̃ ius epale,qđ ꝯtinet̃ i iure:
ſed ēt qđ ꝯſtitutũ eſt pactis,uel conſuetudine.ſ.de pſcr.
auditis,& ſ.de of.arch.c.ul.& no.ſ.de off.or.ꝯquerēte.

S V M M A R I V M.

1. *Libelli forma in petitione eccleſiæ.*
2. *Eccleſia uindicari dicitur,res uerò corporalis certis finibus diſtincta peti.*

1 CVm uenerabilis [eccleſiam S.Angeli] †Hic eſt
bonus libellus, qñ qs petit aliquam eccleſiā,ſ.
ꝙ debet petere eccleſiam,& poſt debet adijce-
re dicēs eam ad ſe pertinere in tꝑalibus , uel in utroq;
uel dicit ei ſubiectam in ſcrutinio,baptiſmo, & cōſilib.
ĩ.de cap.mo.c.2.laici ēt & clerici ſm quoſdam ſil'r poſ
ſunt petere eccleſias rōne iuriſpatronatus.ſ.de iud.exa
minata



minata,ſ.eo.c.pxi. ſed & ſi has adiectiones non faciāt;
ſed ſimpl'r uindicent, ualebit ſnīa ſuper tali libello da-
ta:qa utilis actio in rem p ſpũalibus,& conſecratis re-
bus locum habet,quãuis non habeat locum directa uin
dicatio, ar.ſupra de iu.examinata,ſupra de deci.dudũ,
C.de ſacroſ.eccl.ſancimus,ff.de rei uin.in rem,§.j. & l.
2 quæ relig. † Eccleſiam] eccleſia rectè uindicat̃, ut qui-
dam dicũt : ſed ſolũmodò res corporalis certis finibus
diſtincta petit̃, licet ſit res ſacra,C.de ſacroſ.eccl. ſan-
cimus. ſed ſi petitur eccleſia cum iuribus ſuis, puta cũ
iure decimandi, & cum aliis iuribus incorporalib. non
rectè intentatur rei uindicatio,in qua non ueniunt niſi
corporalia, ff.de rei uind.l.j. & l.uindicatio. ſed pru-
denter faciet, ſi primo intentet rei uindicationem ad
eccleſiam cum ptinentiis corporalib. & poſtq̃ in hac pe
titione obtinuerit,agat ꝯfeſſoria,uel quaſi noīe eccl'iæ
p iuribus incorporalibus eccleſiæ cōpetentib. Alij di-
cunt, &, ut uř,melius, ꝙ qñ petit eccleſia, ꝙ rectè uin-
dicatur eccl'ia.& tunc non ſolum mandabitur ſnīa exe-
cutioni in corporalibus,ſed etiam in incorporalib qa
incorporalia nō ueniunt quaſi principale,ſed quaſi ac-
ceſſorium, ſicut eſt in interdicto, vnde ui, ubi ueniunt
res tm̄ ſoli ex ſui natura, ſed incidenter ueniũt res mo
biles,ff.de ui & ui arma.l.j.§.illud.nec eſt ſimile de hæ-
reditate,& peculio: quia ibi non eſt aliqua res corpo-
ralis , cui alia accedat. & uř ꝙ rectè uindicat eccl'iam
cum ſuis ptinentiis platus tēporalis eccleſiæ,ſ de offi.
dele.ſi qñ, & de pac.ꝯſtitutus,& c.ſeq. Item perpetuus
prælatus eam rectè uindicat cum ptinentiis ſuis, ſi ad
eũ ptinet plenariè; puta qa ſit ei in ꝓprios uſus ꝯceſſi,
ar.ĩ de priui.paſtoralis. item ſi dicit eam ſibi ſubiectam
ſolũmodò,pōt eam uindicare,ut hic dř: tñ melius eſt,ꝙ
agat ꝯfeſſoria,& petat in ea ius ſubiectionis,ut hic, & ſ
c.pxi.ff.ſi uſu.pe. l.j.in prin. ſ de reſcript. ex parte S.
ſi aũt quis petat archidiaconatum, uel præpoſituram,
uel epiſcopatum,uel aliam dignitatem etiam ſecularē,
ut canonicatum,uel marchiam,non rectè aget rei uind.
ſed implorabit cognitionem ptoriam,uel officium iudi
cis;qđ ſic ꝓbo:quia iuſtum eſt,ſi aliquis habet ius in ali
qua dignitate,& illam poſſit petere : ſed non cōpetit ſi-
bi alia actio ; ergo habebit officium iudicis,ff.de mino.
ꝙ ſi minor,§.fi.ff.de li.exh.l.iij.§.hoc interdictũ.3.q.6.
hoc quippe. 2.q.1. in primis. & hæc actio erit uel hoc
officium vniuerſale, ſicut petitio hæreditatis, & ſic ꝓ-
cedet̃ in hoc officio, ſicut in petitione hrditatis. quidā
tñ dicunt etiam melius, ut no.ĩ de exceſſ.præla.inter,
ꝙ in his caſibus cōpetit confeſſoria in rem ¶Si aũt pe-
tatur ciuitas,uel caſtrum,uel villa, ſi ſolum eſt actoris,
rectè uindicabit cum ſuis ptinentiis, ar.C.de fun.limi.
l.ij.& de bonis uac.l.ij. ſi autem non eſt ſolum actoris,
petat ſubiectionem ciuitatis, uel villæ, uel caſtri, ſicut
dictum eſt,ſ de ſubiectione eccleſiæ. ſed ſi vniuerſitas
aliqua hoīum alicuius caſtri,uel ciuitatis eſſet alicuius
domini quo ad forum,ſeu bāna,& aliam iuriſdictionē,
& ipſi denegarent de prædictis dño reſpondere , aget
dñs,ſicut ageret ꝯ ſingularem hominem liberum: quia
vniuerſitas corporalis eſt, ar.ff.de rei uind.l.ij.& iij.ff.
de leg.iij. ſi chorum. tñ tutius eſt ei, ꝙ agat ꝯfeſſoria p
iuribus denegatis ; de hoc no.ſupra de ma & obed. in-
ter,de ap.dilectus. [adiudicauimus] eps iſtæ iuſtæ de-
fendit eccleſiam iſtam in ſpiritualibus & tēporalibus:
quia habebat eam in ꝓprios uſus, uel aliorum, uel ſibi
placebat uſus; & ita erat ſua cā:quia cōmodum & incō-
modum ad eum pertinebat ſuo noīe.2.q.6.biduum: qa
ſi in ſpiritualibus obtinuiſſet, habuiſſet decimas, & alia
ſpiritualia iura,ſupra de do.paſto. & idem eſt de tēpo-
ralibus. nec eſt uis, ꝙ iſta eccleſia habeat ꝓprium & p-
petuum platum,uel vicarium,uel cuſtodem,uel cōmen
datarium,uel etiā ꝙ bona eius oīno ſint diſcreta à bo-
nis monaſterij:qa abbas magis ꝓpriè dř prælatus huius
eccl'iæ,q̃ ille platus,uel cuſtos,q ibi morat̃ ; & ille ab-
bas dř poſſidere eccl'iam, & eius poſſeſſionem retinere
p inferiorem platum uel cuſtodem,ſ de reſt.ſpo.cũ ue-
niſſent,ar.ad hoc ſ de ſup neg.pla.ſicut. item apud ab-
batem ſunt non ſolum dñia,& poſſeſſio eorum,ſed etiā
actiones,ſupra eo.c.ij. arg.ad hoc ſupra c.pxi. & ſupra
de offi.ord.ꝯquerente,ubi no. fatemur ñ, ꝙ uterq; pōt
ꝯueniri:qa vna cenſetur adminiſtratio amborum,ſicut
dř vnum ꝯſiſtorium officialis,& epi, ſupra de ap.Roma
na. vel dic, ꝙ ſecus eſt in perpetuis platis & neceſſariis,
q̃ in temporalibus & uoluntariis : quia primi,ſicut nec
poſſunt remoueri à platura ſine cā, ſic nec agendo : in
tēporalibus aũt ſecus, q tm̄ cuſtodibus cōparantur, ut
no.ſ de iud.c.cum deputati. ¶Si aũt non haberet eccle
ſiam in ꝓprios uſus,ſed eſſet tm̄ patronus, tunc ſi quis
ageret de iure,qđ patronum tāgeret,& nō de aliis, de-
bet ipſe rñdere,& de aliis debet rñdere prælatus ipſius
eccleſiæ,ar.ad hoc,ſ de offi.ord.cum uos,ſ de ap.bonæ,
ſupra de inſti.cum ueniſſent.qs aũt cui ſit pferēdus,no.
ſupra de reſti.ſpo.c.olim,& de iud.cum deputati. & uř,
ꝙ ubi ſunt plures,q ꝯueniri poſſunt ſuper eadem qōnē
noīe alicuius eccleſiæ : qa non debet iudex ꝓcedere ad
miſſionē in poſſeſſionē, etiā ſi vnus ſit ꝯtumax, niſi oēs
uocentur,ff.de mino. Aemilius,arg.ff.ex q.cau.in poſſ.
hoc aũt. & hoc plus placet,q̃ qđ no.ſ de iud.cũ deputa
ti, & de reſti.ſpol.olim. item no. ꝙ in hac gl.loqmur de
defenſore legitimo,ubi ſi ſnīa feratur ꝯ eum,mandatur
ſnīa executioni ꝯ eccleſiā,nec cogitur ſatiſdare de iud.
ſol.ff.de admi.tu.vulgo : quia alias certum eſt, ꝙ quili-
bet admittitur ad defendendum etiam ſine mādato cū
ſatiſdatione,C.de ſatiſd.l.j.& de procu.exigendi. [Ius
cōmune] 16.q.7. oēs. [Eccleſiam] .i.tēporalia, quæ ha
bebat in eccleſia [locauiſſe] repete , quæ diximus ſu-
pra c.proxi. & ſic, ſi locauit, apparet eum dñm etiam
finito tēpore locationis: uel ea non tenente apparet, ꝙ
dominium tam utile, q̃ directum eſt penes locatorē.
[Annotatio] .ſ.anno Domini M C C. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Licet quis ſit in poſſeſſione ſubiectionis aliquorum, non ualet tamen excommunicationis ſententia in eum lata.*
2 *Iudicare, uel excōmunicare non dicitur fructus iuriſdictionis.*

DVm dilectus filius [uel monaſterij] ſi cōſtiterit,
1 ſubaudi [† obedientiā] hinc ſatis expreſsè col
ligi uř, ꝙ quãuis aliquis ſit in poſſeſsione ſub-
iectionis aliquorum, non tñ ualet excōicationis ſnīa in
eum lata. nam uř, ꝙ hic eps fuerit in poſſeſsione ſubie-
ctionis abbatis huius,& tñ non ualet excōicatio ab ipſo
epō in eum lata.& conſimili rōne uř etiam de alia ſnīa,
puta ſi condēnaſſet eum in ciuili,uel criminali actione.
& certe quidam hic fatentur, ꝙ propter poſſeſsionem
quā habebat ſubiectionis huius monaſterij , non tenet
eius ſnīa excōicationis, uel alia. nec eſt ꝯ.ĩ de iu.patr.
ꝯſul.& de cau.poſſ.cum eccleſia. ubi dř,q eſt in poſſeſ-
ſione eligendi,uel præſentandi,lite pendente, præſen-
tabit, & eliget : quia illa uera ſunt,ſ. ꝙ ea facere debet
poſsidens:quia illa ſunt fructus poſſeſsionis,ut no.in il
2 la decret. conſulta. † ſed iudicare, uel excōicare non

 ſunt

5 ut hic.¶†Ex his ergo apparet,Saracenis,ut fiant Chriſtiani,bellũ indicẽdũ non eſſe.ſi tñ terras Chriſtianorũ inuaſiſſent.uel occupatas tenerent,uel Chriſtianos hoſtiliter impugnarent,tunc tã p eccleſiã,q̃ à principe cuiuſcunq; terræ,cui uel ſubditis dãmna,uel iniuriæ inferunt,põt eis iuſtũ bellum indici.23.q.8.diſpar. ſed ſi Saraceni tributũ ɔſuetũ denegant reddere principi Chriſtiano, & ſi tunc ille princeps eis iuſtũ bellum indicat, non tñ p ecclã id fieri debet,ſi nec terram Chriſtianorũ ſuis ſordibus fædant,nec ipſorũ pſonas impugnant. Illis tñ Saracenis, ꝙ terrã ſanctam detinent, uel impugnant,non ſolum p eccleſiã, ſed p quemlibet principẽ Chriſtianum põt bellũ indici, qa in omnium ferẽ iniuriã, ꝙ in noſtri Saluatoris committit.C.de hære. Manichæos. Qui uerò uere pœnitentes ſunt,ſi occubuerunt in talibus bellis,pter quã in illo,ꝙ eſt pro tributo negato,ad patriam euolant.23.q.8.omni.B.

Debitum. & j. [Seipſum immerſit] Oportet.n. ad hoc,ut ſit baptizatus,ꝙ alius baptizans immergat nec ſufficit ſi ipſe immergat, & alius uerba apta dicat, qa qui non immergit,non põt dicere,ego te baptizo.ſ. eo.c.j.ſed ſi non immergat,nec ẽt eum tangat, ſed aquã ſuper eum ſpargat, dummõ totum balneet, uel maiorẽ partem,uel ſolum caput corporis, ſufficit, arg.ff.de regu.li.& ſump.fu.l.cum in diuerſis. Alij dicunt,& forte melius, ꝙ ẽt ſi modica ſtilla aquæ proiectæ à baptizante eum tangat,baptizatus eſt,& ſatis hoc uidetur conſonare iuri & æquitati, licet primum ſit tutius.

Non ut apponeres.

SVMMARIVM.

1 *Verbalis forma in baptiſmo eſt neceſſaria,& in nu.2. & 3.*
4 *Quamuis intentio baptizantis & baptizati impediat ſacramẽtum,non tamen patrinorum intentio unquam impedit.*

Licet Græcos.i.diuerſas rõnes conſiderando baptizare dubitaſti, & diſtuliſti. ſi.n.introducere intenderet errorẽ,puta qa noĩe patris intenderet in uocare uirtute diaboli,& pris.carnalis,uel aliqd
1 hmõi nõ eſſet baptizatus.¶†Et idẽ dicerem, ſi expreſſe diceret uerba Romanæ eccleſiæ:ſed dices idẽ,ſi dixiſſet in noĩe parietis, tecti, & fundi,cũ p hæc tria intẽdat inuocare uirtutem pris,& filij,& Spũſancti.Rñ.nõ eſt baptizatus,qa ad minus oportet eum aliquas principales ſyllabas retinere,ut ſaltem ſi non bñ tñ aliqualiter exprimere uideaĩ noĩa perſonarũ.Sed idẽ dicẽdũ ur̃, ſi di-
2 ceret,in noĩe pris & filiũ & Spũs ſancto. ¶†Quid ſi eſſet Latinus,q baptizaret,ſed illiteratus? Rñ.idẽ,ꝙ de Gręco,imò plus ur̃,ꝙ ẽt ſi eſſet bonus clericus,& ſic baptizaret,tñ uere baptizatus eſſet,tñ ſuperior uehementer pſumet ɔ eũ,ꝙ uoluit introducere errorẽ,niſi certis indi-
3 cijs ɔ̃riũ conſtet.¶†Sed dices, hæc non eſt forma, ergo nõ eſt baptizatus.Rñ.forma uerbalis ex toto nõ eſt,ſed eſt quaſi forma,uel iuxta formã uerborũ,& inſup ẽ forma intellectualis integra,qa in noĩe earũdẽ pſonarũ intelligiĩ baptizare ſicut ille q uerbaliter plene formã exprimit & ſi aliter diceres,oporteret dicere,ꝙ mr̃,q baptizat

ptizat filium in neceſſitate,nõ baptizat,ſi ꝓ uerba uul-
garia dicat,& ẽt ꝙ Græcus baptizare non poſſit in ſua
lingua neq; uulgari,neq; Latina,ſ.ut ſacr̃m baptiſmi ac
4 cipiant:ſed ut ſani ſint. ¶†Et no.ꝙ licet intentio bapti
zãtis & baptizati impediat ſacr̃m,ut al's no.ſ̃.eo.c.j. tñ
intentio patrinorũ nunq̃ impedit.Sed ẽt hic põt dici,ꝙ
& ſi baptizãs,& baptizatus nõ crederẽt in baptiſmo ali
q̃d ꝯferri,niſi ſanitatẽ,dummõ baptizare intẽderẽt,bñ
eſſet baptizatus. ¶Sed q̃d ſi non intẽderẽt aliud ꝓ laua
tionẽ cõferri niſi ſanitatẽ?& tũc idẽ dicerẽ:q̃a baptiza-
re intẽdũt,licet malã credulitatẽ & intẽtionẽ hẽant de
uirib.baptiſmi.ſed ſi nõ intẽderẽt ꝯferre baptiſmũ, ſed
quandã medicinã facere ꝯ̃ infirmitatem,ſed uerba for-
mæ exprimerẽt,tamen non crederem eum baptizatum.

## De presbytero non baptizato. Rub.

SI quis presbyter [Baptizatũ] Si aũt aliquis
nullum inferiorũ ordinũ habens ordinet in
ſacerdotẽ,dicũt aliqui eũ non accipere ordi
nẽ,ar.xl.diſt.ſicut.Sed ꝯ̃rium vr̃ uerius, arg.
quia à principio tp̃e ap̃ſorum non erant mi
nores ordines.eccleſia.n.eos primò conſtituit. 21. diſt.
§.j.& tñ ipſi apoſtoli ſacerdotes fuerunt.xx.1.diſt.in no
uo.Sed poſſet r̃ndeũ eccleſiam conſtituiſſe minores or
dines ante,q̃ aliquis ap̃s ordinaretur, & hoc etiam ſo-
nare uidetur illa litera.[Ordinetur] cum.n.baptiſmus
ſit ianua omnium ſacramẽtorum.32.diſt.§.uerum, ſine
baptiſmo non recipit characterem.

APoſtolicam ſedem.[Deo oferri] Fuit enim bapti-
zatus baptiſmo flaminis.ſ̃.tit.proxi.

VEniens ad apoſtolicam ſedem. [quod ambigitur]
etiam de iure.

## De cuſtodia Euchariſtiæ, & aliorum ſacramentorum. Rubr.

STatuimus,ut.Quid debeat fieri,ſi de ſacrifi
cio,uel ſacr̃o aliquid ceciderit in terrã, uel
in linteum;uel ſi quis illud euomuerit,uel ſi
mus illud comederit,habes de conſe. diſt.2.
ſi per negligentiam,& c.ſeq.& c.qui bene.

RElinqui nolumus.

SVMMARIVM.

1 *Canonizare quid ſit,& quando fiat,& de quo fiat, & à quo*
*fieri debeat,in nu.2.& quid conſequatur eccleſia per huiuſ-*
*modi canonizationem in nu.3.*
4 *Etiam ſi eccleſia erraret,tamẽ preces bona fide porrectas deus*
*acceptaret.*

## De reliquijs,& ueneratione ſanctorum. Rubr.

AVdiuimus, ꝙ quidã.Venerandi ſunt oẽs ſan
cti canonizati.¶Canonizare eſt ſanctos cano
nicè & regul'r ſtatuere,ꝙ aliquis ſanctus ho
noret ꝓ ſancto,puta ſolẽne officiũ ꝓ eo fa-
cere,ſicut ꝓ alijs ſanctis,q̃ ſunt eiuſdẽ conditionis, ut ſi
canonizetur cõfeſſor fiat pro eo officiũ confeſſorũ, & ſi
martyr,fiat pro eo officiũ martyrũ,& ſic de alijs. Et fit
regulariter hæc canonizatio, qñ per probationes ꝯſtat
de fide & excellentia uitæ, & miraculis eius,q̃ petit ca-
nonizari.ſ̃.de teſti.uenerabili.Et oportet tantã eſſe ex
cellentiã uitæ,& talia eſſe miracula,q̃ ſint ultra uires &
potentiã naturæ.Item nõ debet eſſe unica tm̃ excellẽtia
uitæ, imò oportet eſſe multas & continuas, ut habes in
eccleſiaſtico.44.ubi dr̃,Laudemus uiros glorioſos & pa
rentes noſtros in generatione ſua, multam gloriam fe-
cit dñs ſua magnificentia à ſeculo.Per hoc ꝙ dicit,lau-
demus uiros glorioſos,oſtendit ꝙ canonizati erant, q̃a
aliter non mandaretur eccleſiæ, ꝙ eos laudaret. Per
hoc,q̃d dicit, parentes noſtros,oſtendit, ꝙ nullus cano
nizandu eſt, niſi fidẽ habeat.ſoli.n. parentes eius erant
Iudæi,& penes quos ſolos erat fides,canonizãdi erant.
Per hoc aũt,q̃d ſequit̃,multã gloriam fecit dñs, ſupple
cũ eis.apparet,ꝙ non ſufficit,ꝙ in uno fuerit glorioſus,
uel ſemel tm̃:ſed ꝙ in multis, & multotiens,imò ꝙ con
tinue eius uita fuerit glorioſa.Per hoc,q̃d dicit,ſua ma
gnificentia,i.ſua magna potentia,oſtendit, ꝙ excellen-
tia uitæ & miracula talia eſſe debent, quæ excedant ui-
res & potentias naturales. non ſufficiunt miracula ſine
uitæ excellentia,cum magi Pharaonis multa fecerint, q̃
ſupra naturam eſſe uidentur.& in euangelio legit̃, quia
multi dicturi ſunt,nonne in nõie tuo demonia eijcimus
&c.;& tñ dñs r̃ndebit eis,non noui uos.uitam tñ ſine mi
raculis crederem ſufficere quo ad uirtutẽ, tñ eccleſia
non debet tales canonizare ꝑꝑ hoc quia in ſecreto po-
2 tuerunt laxiorem uitam ducere. ¶†Solus aũt Papa põt
ſanctos canonizare,q̃d ex eo apparet,quia cum cõſtitua
tur oĩbus fidelibus adorandum , & nullus oĩbus præſit
niſi Papa,apparet,ꝙ ſolus Papa hoc poteſt. Nec ualet,
ſi dicas,ꝙ ſaltem cuique debet eſſe licitũ, ꝙ in ſua dioe
ceſi faciat,quia oratio eis facta dẽt eſſe cõis,& eccleſia,
ubi debet uenerari,debet eſſe cõis.Item per hoc incide
remus in illam reprehenſionem,qua quidam reprehen
ſi ſunt ab ap̃lo,qui dicebant,Ego ſum Petri,ego Pauli.
3 ¶†Per hanc aũt canonizationem conſequitur, ꝙ eccle-
ſia ſolenniter dicit officium pro eo, ſicut pro ſancto, &
in litanijs in numero ſanctorum licite enumeretur. un-
de in ſupradicto capitulo eccleſiaſtici legitur. Sapien-
tiam ſanctorũ narrent populi,& laudẽ eorum annũciet
eccleſia. ¶Ex prædictis apparet,ꝙ pueri baptizati & in
continenti mortui non ſunt canonizandi:quia nec mul
tam gloriam fecit cum eis dominus ſua magnificentia,
ſpeciale tñ eſt in innocentibus,qui uice Chriſti mortui
4 ſunt.¶†Item dicimus,ꝙ etiam ſi eccleſia erraret,q̃ non
eſt credẽdũ, tñ preces ꝓ talẽ bona fide porrectas Deus
acceptaret,ar.32.diſt.§.uerum.15.q.fi.c.fi.¶Item nõ ne
gamus, quin cuilibet liceat alicui defuncto quem cre-
debat bonum uirum,porrigere preces,ut pro eo interce
dat ad deum:quia deus fidem eorum attendit , non tñ
pro eis licet facere officium ſolenne,uel p̃ces ſolennes.

CVm ex eo,quod.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium quid ſit,& unde dicatur.*
2 *Quotuplex ſit ieiunium.*
3 *Ieiuniorum quædam dicuntur generaliter, quædam ſpecialiter*
*indicta.*
4 *Qualiter dicatur quis ſoluere ieiunium,& in nu.5.6.7.*

De



## De obſeruatione ieiuniorum. Rub.

1 EX parte ueſtra. † Ieiunium eſt parſimonia
uictus,& abſtinentia ciborum.Et dicitur ie
iunium a quodam inteſtino , quod uocatur
ieiunum,quod ſemper eſt uacuum & ſubti
le,& ieiunium ſine medio uiſcera uacua &
2 exinanita dimittit.¶ † Et eſt triplex ieiunium.Primum
eſt cuiuslibet diei,& cuiuslibet rei edibilis abſtinentia
ſm̃ propriam uoluntatem,& non ſm̃ aliquod ſtatutum
uel ſcriptum,uel conſuetudinarium.& ſm̃ hoc,ẽt ſi qua
ter in die comedat,& abundanter;tamen ſi ab aliquo ci
bo placito abſtineat,dr̃ facere ieiunium.i.cibi abſtinen-
tiam.Secũdum ieiunium eſt,qñ quis abſtinet a cibis hu
mectantibus,ut ſi tm̃ comedat ſicca:ut panem, & nuces,
& poma,non carnes,non piſces,non olera. & hoc ieiu-
nium dicitur xerophagia,a xeron quod eſt ſiccũ, & pha
gin q̃d ex comedere.Tertium ieiunium eſt abſtinentia
uictus ſm̃ ordinationem eccleſiæ ſiue ſcripto ſiue con-
ſuetudine approbatam. hoc ieiunium eſt neceſſariũ om
nibus ſanæ mentis & doli capacibus potentibus ieiuna-
re.cum ipſi peccare poſſint,& peccata deflere.j̃. de de-
li.pue.c.j.diſpenſatiue tñ cum impuberibus,& ẽt in ma
iori ætate poterit diſpenſari,ut ab indictis ieiuniis ab-
ſoluantur.& idem dicimus in ſenibus , ſicut & infirmis,
& debilibus.Mulieres.n.propter prohibitionem uirorũ
indicta ieiunia non debent dimittere , licet uotiua uo-
luntaria dimittere debeant 33.q.ulti. manifeſtum , li-
cet cum his forte ꝑꝑ ſcandalum uitandum poſſet ſacer
dos diſpenſare etiam in indictis.nam ꝑꝑ ſcandalum ui-
tandum legitima eſt diſpenſatio.l.diſt. ut conſtitueret.
j̃.de cle.excom.mi.latores non credimus, ꝙ iſta ieiu-
nia poſſint redimi pecunia,uel alio modo,niſi cã uel ne
ceſſitas in ieiunante ſubſit.Volũtaria autem ieiunia ẽt
ſine cã,quæ in ieiunante ſubſit,dummodo ſit alias utile
redimi poſſunt auctoritate ſuperioris.82.di. c. fi. Sunt
aũt ieiuna indicta & neceſſaria quattuor temporum ,
quę a ueteribus initium habuere.76.di. c.ieiunium.Itẽ
in uigiliis natiuitatum,natiuitatis dñi,& beati Ioannis
Item in uigilia omnium ſanctorum.Item in uigilia aſ-
ſumptionis.Item in uigilia beati Laurẽtij Item in qua
drageſima.Item in ſexta feria præter exceptuatas,quæ
ſunt poſt paſcha,etiam ſi natiuitas dñi in ea uenire con
tingat j̃.eo.c.fi.76.diſt.non autem. Dicunt tñ quidam,
& non male,ꝙ hoc non eſt ieiunium neceſſitatis.quia ſi
eſſet , non liceret Ciſtercieñ. illud mutare niſi quo ad
carnes.Voluntaria autem ieiunia ſunt,ad quæ aliq̃ uo-
to,uel propoſito ſe aſtringunt,uel ẽt quæ ſacerdos prę
ter indicta ꝑꝑ magnitudinem peccati imponit 82.diſt.
c.fi.& hoc licet commutare & redimere,ẽt ſi nulla cau-
ſa ſubſit in ieiunante , dummodo utilior ſit compenſa-
3 tio,ar.ſ̃.de uo.& uo.redemp.c.j.¶ † Item no. ꝙ inter in
dicta ieiunia quædam ſunt indicta general'r, ut prædi-
cta.alia ſpãliter,ut ieiunium aduentus, q̃d nec in omni
bus prouincijs celebrat̃,nec ab omnibus illius prouin-
ciæ fit j̃.e.c.ij.tale etiam erat,q̃d matronæ Romæ con
ſueuerant ieiunare in Sabbato.11.diſt.illa.Item no. ꝙ
licet ieiunia indicta nõ debeant commutari uel redimi
ſine cã,tñ ea poſſunt inuitari,ſicut ieiunium feſti, quod
eſt die Lunæ,fit in ſabbato. Et dr̃,ꝙ in quibuſdam locis
Franciæ.ſ.ubi ſunt eccleſiæ ſancti Quintini, non ieiuna
tur in uigilia omnium ſanctorum,ſed tertia præceden-
ti die. Item circa hæc indicta ieiunia credimus poſſe ſta
tui,ꝙ bis,ſed parum comedatur in die , ſicut etiam fa-
ciunt Ciſtercieñ.qui ad remouendum ſcandalũ , & cha
ritatem cõſeruandam ſtatuerunt,ꝙ illi, qui faciunt ali
quid,aliquid prægustent,nec ſoluũt ieiunium ab eccle
ſia indictum.Item ex cã liceret ſtatuere,ꝙ ẽt cibis qua-
drageſimalibus non uterentur infra e.c.ij.§.cum autem
4 Item credimus, ꝙ ſi carnibus utatur quis in ieiunio in
dicto ſoluit ieiunium.& eodem mõ,ſi plus q̃ ſemel co-
medat,niſi ubi aliter eſt ex cã ſtatutum. ſicut eſt in Ci-
ſtercieñ.tñ & hoc ea rõne dicimus: quia ſic uſu ieiunan
tium approbatum eſt . ſed ſi alias uel horam anticipat,
uel latius capiat : uel ſi belluas marinas comedat,uel ſi
nimis ardenter comedat,non credimus , ꝙ ꝑꝑ hoc ſol-
uatur ieiunium,ſed in his & aliis exceſsibus eum pecca
re credimus,& ſic intelligitur de conſe.diſt. 1.ſolent,&
diſt.5.quicunque.Item licet ieiunium ſit abſtinentia ui
ctus,tñ credimus eũ ieiunare,qui in prædictis conſue-
tudinem obſeruat,licet ad ingurgitationem comedat,
& quicquid ſibi placet:quia in ieiunio non tm̃ abſtinẽ-
tia attenditur,ſed conſuetudo eccleſiæ. Alii tamen di-
cunt nunquam eſſe ieiunium,niſi & ibi ſit uictus abſti-
5 nentia.¶ † Item non credimus ſolui ieiunium indictũ,
ſi quis comedat in ieiunijs indictis, niſi in quadrageſi-
ma,oua & caſeum:ſed tñ peccat,& ſic intelligitur diſt.
4.denique alii tñ contradicunt.Credimus tñ,ꝙ ex cau
ſa in aliquibus prouincijs poſſit prouideri, ꝙ & hic utã
tur ſine peccato,cum hæc tñ ex conſtõnibus & obſerua
tionibus hominum proceſſerint.Electuarijs autem de-
licatis non credimus ꝙ aliter liceat uti,niſi ſicut alio ci
6 bo delicato. ¶ † Medicinam autem ꝓ remouenda infir
mitate uel fugienda accipere licet ſine peccato in die
ieiunii,ſed pro conſeruanda ſanitate tm̃,ubi non eſt ſi-
gnum infirmitatis,non credo. Alii tñ dicunt, ꝙ ꝓ nul-
7 la medicina,nec ꝓ electuarijs ſoluetur ieiuniũ.¶ † Pro
potu autem uel ante cibum,uel poſt cibum non credi-
mus ſolui ieiunium,ſicut uidemus conſtitutum eſſe in
conſuetudine eccleſiæ ieiunantis.Seneſcalcos, uel por
tantes exenia,uel quoſcunque alios ſeruientes præ-
guſtantes cibos ante dños timentes de toxico non cre-
dimus ſoluere ieiunium : & idem credimus de medicis
præguſtantibus medicinas.& in his caſibus credimus,ꝙ
monachis licet pręguſtare carnes;& hoc dicimus ꝑꝑ ge
neralem conſuetudinem,quæ ſic obtinet.

COnſilium noſtrum.

EXplicari.

## De purificatione poſt partum. Rub.

VENIENS.

## De eccleſijs ædificandis,uel præparandis. Rub.

QVICVNQVE.
CVm dicat apoſtolus,& infra.[Tot]& tam
diuites,& ideo bene ſequitur , ꝙ eccleſia
&c. [Conſtruere]& de ſuis facultatibus[Gau
dere] ideſt neceſſaria proprio presbytero miniſtrare.
[ Permittantur ] ideſt epiſcopus concedat licentiam
eis ipſi autem auctoritate canonis facere non poterant:
ſed cùm ſuperiore agent,ut cogantur. ¶Tribuere]No.
decimas laicis concedi tanquam *pauperibus* , & quia
eſt

eſt religioſum collegium & licitum, & ob hoc uidetur approbatum.

AD audientiam noſtram [Sine magna] 93.diſt. cum longe.ff.de iudi.ſi locus.ff.de recep.arb. ſi cũ dies. §.ſi arbiter de conſe.diſt.1.ſi quis extra 18. di. qm̃ quidem. [Prouentus] ſpirituales.no.n.credimus,ꝙ eis dare deberet campos,uel alia bona, quæ haberet in ipſa uilla. [fundatoris] & ambo ſunt patroni, matrix eccleſia ꝑꝑ dotem:quia de reditibus eius debitis dotat eccleſia fundatoris ꝑꝑ fundationem,& quia pro parte dotat unde eſt,ꝙ ex dotatione poſſunt plures eſſe patroni & ſimiliter ex fundatione. [Honor]ſ.annuus cenſus,qui debetur:uel faciat ſcrutinium baptiſmi.ſ.cap.mo.dilec. de ma.& obe.his.& ꝙ alia iure parochialia ſoluat in decimis & aliis,quæ de iure,uel conſuetudine debent capellæ matrici eccleſiæ & hæc ratione parochiæ non iuris pa.debentur. [Honor] matrices eccleſiæ in aliis eccleſijs intra ſuam parochiam conſtitutis aliqñ habent certum ius ſtatutum,ut hic,& ſ.de conſue.cum dile. aliqñ conſuetudinarium terræ, uel prouinciæ, ut in urbe baptiſmum,ſcru.& capitulum ſ.de capel.& mo.dilectus plebibus autem & maxime parochialibus eccleſiis,conceditur,quòd cum habeant curam cler[i]corum & laicorum in eadem parochia conſtitutorum.ſ.de offi.archipreſ.ut ſingulę quamuis in omnibus his præualere dẽat conſuetudo,ut no.ſupra de offi.ordi.c.j.

DE his prælatis [Et inſtitutionem] ad fundãdum eccleſias de nouo,ſi forte populus creſcat,ut infra c. proxi.j.c.ult. [Cogi] ſi percipiunt quartam fabricæ.x. q.1.decernimus,& q.3.unio;& ſi illa non ſufficit,de bonis propriis conferre debent 12.q.3.pontifices.

AD audientiam noſtram [priuile.] ff.de iure codi.quidam referunt.§.j.ff.de ſer.ur.præd.ſi ſeruitus.§. ulti.ar.contra.ff.ſi ſer.uin.l.ult.ff.de ſer.urb.prædio. Labeo.Sol.futuræ rei non poteſt conſtitui ſeruitus,ſed poteſt quis ſe obligare,ut facto ædificio conſtituat. ff. fami.her.hæredes.§.an ea.uel ideo Papa nõ cõcedit priuilegium futuræ eccleſię;quia non ſubito,ſed cũ deliberatione concedi debet. 23.diſt.communis.

TVa nos duxit.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo oneroſa eccleſiis non prodeſt.*

2 *Licet unicuique ius ſuum, & poſſeſſionem defendere, & uim ui repellere.*

## De immu.eccle.cœmiterij, & rerũ ad eas pertinentium. Rub.

ECCLESIAE dicuntur immunes,id eſt extra munia,id eſt officia, uel munera.

ET in domibus eccleſiarum. [Conſuetudi-
1 ne] † Conſuetudo.n.in his caſibus nõ prodeſt,cum eſſet oneroſa eccleſiis.ſ. de conſue.c.j.Sed ſi aliquis uel eccleſiaſtica, uel ſecularis perſona pro recognitione beneficiorum ſuorum reſeruaſſet ſibi aliquod hoſpitium in aliqua eccleſia,illud bene debetur.18.q.ult. Eleuthe-
2 rius. ¶ † Sed quid ſi negaretur hoſpitium,poteſt ne ſua auctoritate intrare domum,& neceſſaria in hoſpitio recipere,etiam uiolenter,cum ius habeat hoc recipiendi & etiam ſit in quaſi poſſeſſione? uĩ ꝙ ſic, quia licet cuique ius ſuum,& poſſeſſionem defendere,& uim ui repellere.C.unde ui.l.i.ſ.de reſti.ſpo.olim & uĩ,ꝙ ſibi licet domum eccleſiæ frangere ad hoſpitandum,ar. ff. quod ui aut clã.l.fi.§.ſi ad C.quod cum eo,ſi ſeruus. ff. ſi ſer. uin.ſi eo loco.ff.ad l.Aquil.quemadmodum.§.j. & ij. & hoc quidam dixerunt ſed nobis uidetur, ꝙ nulli laico, uel etiã clerico licet uiolenter rũpere domos eccleſiæ rõne alicuius iuris ſibi debiti,cum omnia bona eccleſiarum ſint ſancta ſanctorum, & dño conſecrata, & in eis ſacrilegium committatur.12.q.2.nulli li.quicunque,& c.ſeq.eadem ẽt loca immunitate gaudent,ut hic. 17.q. 4.id conſtituimus.11.q.1.neceſſaria.¶Item alia rõne dicendum eſt,ꝙ nõ poteſt uiolenter tollere neceſſaria in hoſpitio,& uiolenter ingredi domum:quia in prædicto caſu nulla domus, neque aliqua res deberet hanc ſeruitutem,uel etiam ſunt ad hoc obligatæ; ſed tm̃ eccleſia eſt ad hoc obligata.& perſonalis actio,non realis cõtra eccleſiam competit:fatemur tamen,ꝙ eps uel alius, qui haberet iuriſdõnem in aliqua eccleſia, ſi alius ipſam eccleſiam inique intraret, habens iuriſdõnem poſſet uiolenter rumpere domum,& uiolentum expellere & ſic loquitur decre.de reſti.ſpo.olim & idẽ etiam uĩ,ſi iuriſdõnem non habet, ſed habet ius in eccleſia quaſi prælatus, uel poſſeſſionem tm̃ ea rõne quia cuique licet poſſeſſionem ſuam defendere, ut in præalle. decre. olim.¶Sed contrarium dicerem in canonico,qui nõ poſſidet eccleſiam,ſed canonicatum in eccleſia. nam huic non credo licere per uiolentiam rumpendo oſtia intrare domos eccleſiæ, quia eas non poſſidet unde non licet ſibi ius dicere,ar.ff.quod me.cau.extat.C. unde ui, ſi quis in & idem & eadem rõne credimus de illo, cui ſubiecta eſt eccleſia; puta de abbate,ꝙ non põt per uiolentiam rumpere domos capellæ ſibi ſubiectæ, ꝗa eam non poſſidet, licet in ea habeat ius ſubiectionis,ar.ff.ad l.Aquil.quemadmodum.§.j.& ij.credimus tñ,ꝙ ſi canonico deputata eſſet aliqua domuſs pro ſua habitatione & aliud inuaderet,ꝙ incontinenti poſſit irruere in cameram,& eum expellere ea rõne, quia ſibi licet ſuam poſſeſſionem defendere,& uĩ ui repellere,ut in iuribus præal.item quia in cameram ſibi deputatam irrumpit, & quia non facit iniuriam eccleſiæ.¶Item credimus,ꝙ ſi aliquis opponeret ſe canonico,uel abbati,uel alii ad utendum iure ſuo,quod habet in aliqua eccleſia,ꝙ poteſt per uiolentiam illum.expellere,licet non poſsit domum,uel oſtia,uel ſæpe ſimpliciter rumpere.Rõ diuerſitatis eſt,quia quando eijcio perſonam mihi contradicentem,uideor uti poſſeſſione mea,quod licet, & uim ui repello.ſed ubi intro uiolenter poſſeſsionem rumpẽdo oſtia,uel ſepem,tunc dico mihi ius, quod non licet niſi in ſpãlibus caſibus,qui notantur.C.quando licet, ſine iudi.ſe uin.per totum,cum ſuis concor.¶Et idẽ, qđ dicit de eccleſia, & domibus eccleſiarum,dicimus in rebus profanis nam ſi quis dicit ſe habere ſeruitutem in fundo alterius,& eſt etiam in poſſeſsione,ſi fiat murus uel ſepes,quo minus utatur ſeruitnte,non poteſt illum rumpere,ſed ſe impedientes poteſt expellere,ar. cõtra omnibus ſupradictis.ff.de uſufru.l.iij.in prin.ubi uĩ, ꝙ pro uſufructu inducitur in poſſeſsionem fundi uſufructuarii unde uideretur,ꝙ ſicut dñs proprietatis poſſet rumpere murum,qui ſuper ſuo fieret,ſic & uſufructuarius,& alii,qui ſunt in poſſeſsione aliquorum iurium. ſed reſpondeo ideo licere proprietario rumpere domum,quia ceſsit ſolo,& per conſequens dominio. ſed

ſecus



ſecus in uſufructuario.C.de rei uin.l.ij.de hoc tñ conſtat,ꝙ qui habet ius in re agere põt,ut remoueat murus ff.ſi ſer.uin.ſi eo loco,& l.j.Alij tñ ꝯdicũt prædictis [hoſpitium] ex debito.C.de epi.l.j.gratuitum autem debet.42.diſt.§.j.& c.1.

PEruenit & infra [nomen] quaſi nõ excuſet aliquis ꝑ hoc,ꝙ ſit meus hõ,uel alterius eccleſiæ,nec per hoc probatur,ꝙ homines eccleſiarum ſubeant angariã, uel perangariã,cum illa ciuitas ſit archiepi,ut j.e.non minus.Item hoc habet locum & eſt ſpeciale, ubi timor eſt communis & ſubitus & improuiſus.

INdicatum,& infra [ruſtici] hoc intelligo de aſtrictis glebæ.C.de agri.& cenſi.cum ſatis, uer.oĩs omnino.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici dicuntur immunes eſſe ab omni exactione ſecularium perſonarum,& in nu.5.6.*

2 *Eccleſia non ſubit ſordida munera.*

3 *Quotuplicia ſunt onera.*

4 *In aduentu principis ſpeciale eſt ut angaria, uel perangaria præſtet eccleſia,& uide in nu.7.& 8.*

NOn minus, & infra [talia] tallias & collectas imponi † prohibemus] not.ſacerdotes & clericos immunes eſſe ab omni exactione ſeculariũ perſonarum.23.q.ult.conuenior, uer.quãuis.C.de ſacroſ.eccl.placet,& l.adminiſtrationem.11.q.1.ſi tributũ.16.q.1.§.nouarum.11.q.1.ſacerdotibus.ar.ꝯ.23.q.8. tributum.11.qõ.1.magnum.ſ.de cenſi.c.1.C.de epi.de his.ff.de publicia.imperator.Sol.quæ uſibus eccleſiaſticis dedicantur quo ad fundationẽ,uel ortũ,uel mãſum uel dotẽ eccleſiæ immune ſunt cœtera.cũ ſuo onere trã
2 ſeunt.ſ.de cenſi.c.1 ¶†Vlt.no.ſordida munera,ſicut calicis coquendæ,arenæ fodiẽdæ nunquam ſubit eccleſia. C.de ſacroſ.eccl.placet. ſed nec hoſpicia ſuperinducta, ſiue alia munera extraordinaria,ut C.de epi.& cle.l.ij. 16.q.1.§.nouarum,& l.iuxta ſanctionem.multa autem ſordida munera habes.ff.de mune.l.munerum, uſq; ad
3 l.patrimonium † onera] alia ſunt ordinaria, alia extraordinaria,& quidem ordinaria,ſiue ſint angaria,hæ alio nomine dicuntur munera perſonalia,ſ.quæ operibus cum labore & omni ſolicitudine perſonali principaliter exiſtunt, ſumptibus tñ alienis.ff.de mune.l.j.& l.munerum,uſq; ad § patrimoniorum. angaria, q̃ cõſiſtũt in exhibitione operæ, ſiue perangaria, hæc dicunt mixta.ff.de mune.munerũ.§.mixta.perangaria,quæ cõſiſtũt in exhibitione operæ cum ſumptu, uel periculo miniſtrãtis,hæc nõ ſubit eccleſia.C.de epis.l.j.& l.ij.& l.pſbyteros.C.de ſacroſ.eccl.neminẽ.Sed ſolue: qa ibi non dicit eccleſiã ſubire angaria,uel perãgaria:ſed neminẽ dicit excuſari. ẽt ſi poſſeſſiones ꝑtineãt ad eccleſiã,qđ intelligo,qđ ruſtici & coloni poſſeſſionum eccleſiæ nõ excuſant in aduẽtu principis. clerici tñ excuſant cũ tñ alſ ſerui & coloni eccleſiarũ angariis uel ꝑanga-
4 riis nõ fatigent.12.q.2.eccleſiarũ.C.de epi.oẽs. ¶†Vel dic ſpãle eſſe in aduẽtu principis,ut angaria,uel perãgaria p̃ſtet eccleſia,dũmõ ad ſordida munera non cogat; & ẽt fortè alias ſi eccleſia poſſeſſiones habeat, ratione quarum debeat perſonale munus, uel patrimoniale,puta exercitum, uel legationem, uel aliquid ſimile, illa præſtabit.18.diſt.ſi quis me.23.q.8.ſi nobis, ſæpe. ſed certè nec tunc prædicta ſubit tanquam munera,ſed qa ex pacto, uel alias ad ea præſtanda obligata eſt, ſi ta-
5 men ſint honeſta & ordinaria. ¶†Item ab his etiam intelliguntur exemptæ eccleſiæ quo ad dotem, & quædam alia,ut diximus in gl.quæ incipit, nota ſacerdo.& hæc propriè dicuntur patrimonialia,& rerũ, quæ alio nomine dicuntur patrimonialia,quæ,ſ.principaliter & in ſumptu conſiſtunt,& periculo miniſtrantis.ff.de mune.l.j.§.patrimoniale, & l.munerum.§.patrimoniorũ. ea bene ſubit eccleſia, niſi ſint ſuperinducta.C.de epi. omnes.11.qõ.1.ſi tributum.ff.de mune.munerum.C.de indictionibus.l.j.C.de exact.tri.l.ſi diuina, & de mune. profeſſo.&c. l.ult. & ab his ſuperinductis intelligo immunes clericos, & uxores, & liberos.16.q.1.§.nouarũ. C.de epi.omnes, niſi ſit neceſſitas.ſ.eod.peruenit. ſed nec tunc,ſi ſunt decimæ,uel oblationes, uel alia ſpiritualia,uel manſus eccleſię,ſ.in quo fundata eſt eccleſia.
6 ¶†Vel ut quidã dicũt,de quo dotata eſt ex.20.23.q.ult. ſuper ea.ſ.de cẽſi.ſanctum. & ſi fundus prius erat tributarius, redimetur,ſed tributum non ſoluet.14.q.6.cõperimus.extraordinaria autem, quæ reſpiciunt ad pietatem,ſubit eccleſia.C.de epi.& cle.adminiſtrationem & ſic põt intelligi.ſ.e.peruenit, quãuis ad ea non ſint ꝑ ſecularem iudicem cogendi,ſed per eccleſiaſticum, de cuius foro ſunt perſonæ, licet res ſint de foro laici.ſ.de
7 de ſo.comp.ſi diligenti. ¶†Extraordinaria autem, quæ tantum reſpiciunt publicam utilitatem,non ſubit eccleſia,niſi in aduentu principalis & felicis ſobolis. & probantur hæc cum ſuperioribus.C.de ſacroſ.eccl.placet, iubemus,nulli,neminem.¶Item à lucratiuorum inſcri-
8 ptionibus ſunt liberæ eccleſiæ.24.q.8.ſancimus. ¶† Et ꝙ eccleſia,ut dictũ eſt,nõ cogit ſubire munera à principe ſeculari & pro ſuis negociis: ſed eccleſia ꝓ ſuis negociis,& pro miſerabilibus perſonis,& etiam pro principibus,uel neceſsitatibus natiuitatum cogitur.ſ.de cẽſi.cum apoſtolis.j.e.aduerſus.ſ.de off.deleg.paſtorale. 77.diſt.c.2.88.diſt.c.1. [& clerus] eſt ẽt neceſſaria autoritas Papæ.j.e.aduerſus [excommunicationi] no.prædictos ipſo iure excommunicatos.

CVm eccleſia Dei. [cauſas] Idem eſt.n.in cauſis ciuilibus: ſed ſecus in eccleſiaſticis.2.q.2. præceptum. [refugij] non debent incaſtellari ad offenſiones alicuius.41.diſt.c.ult.10.q.1.c.pe. ſed ad hoc, ut ibi fugiant & defendantur Chriſtiani, uel alias boni à malis, ſatis licitè credo poſſet incaſtella-
a ri,[a] cum & alias ingruente neceſſitate poſſunt ibidem hoſpitari. 42.diſt.nulli.

a *¶Incaſtellari. Ade Io.An hic & Pet. de Anc.qui refert in conſ.99.inci.ſuper dicto dubio, col.i.in fi.*

INter alia, & infra [ſacrorum] 17.q.4. diffiniuit. cõſtituit reũ ad eccleſiam uenientes. [legum] legũ.C. de his, qui ad eccl.confu.præſes [ad eccleſiam] non conſecratam, dummodo auctoritate epiſcopi ſit ædificata, cum in non conſecrata fiant diuina officia.j. c.pe.arg.ſ.c.proxi.ſ.de conſe.ecc.c.fin.& maximè cum hoc habeat conſuetudo, quæ quia pia eſt, obſeruanda eſt.j.de ſymo.ad ap.j.de cogna.ſpi.ſuper eo.¶Item idẽ dicunt quidam in palatio epiſcopi.17.q.4. id. ſed alij, qui dicunt, contra, illud intelligunt, cum palatium epiſcopi eſt intra fines deſignatos eccleſiæ.41.diſt.epiſcopus. idem in Iudæo.C.de his, qui ad eccle.confu.l.j. [ad pœnam corporalem] id eſt ſanguinis effuſionem. poſſet tñ in monaſterium detrudi ad pœnitentiam agẽdam,ar.50.di.ſi eps.C.de adul.aut. ſed nouo [ad pęnã]. 17.q.4.id conſtituimus [membra].i.promiſſionem de uita, & membris ſaluandis, & ſi neceſſe fuerit iurm̃, & ẽt maiores cautiones.ſ.de reſt.ſpol.literas. *Puniendus* pecuniariter: uel alias p̃ter pęnam *ſanguinis*.17.qõ.4.



reum,

reum, id conſtituimus: ſed nunquam in carcere mitten-
dus [niſi] lex plures excipit perſonas, in aut̃. de man.
prin. §. ꝙ ſi fidelis: ſed illud non admitto [niſi] 23. q. 5.
eum hõ C. qñ li. uni. ſi iu. l. j. [nocturnus] .i. ſic dictus:
quia in nocte ſegetes deſtruit, dum ibi ſe abſcondit, uel
latet: uel propter homicidia, uel rapinas, quas facit in
ſtrata, comburit & deſtruit agros eorum, qui nos ſer-
uiunt [qui] hic uult dicere, quod duo prædicta gene-
ra hominum, ſi in ſtratis publicis per inſidias aggreſſi
fuerint aliquem, ꝙ non gaudent immunitate, quaſi ſi
non in ſtratis publicis hoc facerent, immunitate gaude
rent; quãuis poſſet dici, ꝙ quicũq; inſidioſe offendit,
hoc priuilegio non gaudet: quia nõ debet gaudere pri
uilegio, qui committit in lege. j̃. de uſur. quia. ſi autem
non inſidioſe facit, puta ex impetu, uel caſu fortuito,
ſemper immunitate gaudet. Sed dices, quare ergo de-
cre. fecit mentionem de his duobus generibus homi-
num? Rñ. quia de his ſemper præſumitur, ꝙ inſidioſe
fecerint. Item ẽt põt dici in eo, qui in eccleſia aliquem
occiderit, quia non debet ab eccleſia defendi qui eccle
ſiam uiolat, ar. 12. q. 2. de uiro. s̃. de ap. an ſit. j̃. de uſur.
qa. alij tñ ↄ̃trium dicunt: ſed dic conſuetudinẽ in his, q̄
pia ſunt, ſeruãdã. dic ut c. ſi. j̃. e. ti. [canonicas] 17. q. 4.
ſicut, metuentes, id' conſti. [compellitur] 18. q. 4. diffi-
niuit, metuẽtes, reũ. C. de his, qui ad eccl. cõfu. ſi ſeruus.

ADuerſus conſules [excommunicationi] credimus
ꝙ canon hic ſit latæ ſñiæ [& neceſſitates] iuſtas &
honeſtas [quorundam] prælatorum, qui ſine cauſa iu-
ſta & ſine ulla neceſſitate ſoluebant, & dabant ſubſidiũ;
& ſic repete quæ dicimus. s̃. de exce. exceptionem: [à ta
libus] ſ. de imponentibus collectas [ſuſtineat] tenetur
etiam depoſito officio. quia ex ſuo maleficio conueni-
tur. ſi. 6. q. ult. iuuemus. ff. de act. emp. Iul. §. idem. ſi au-
tem ex contractu ageretur, finito officio non conueni-
retur. ff. de ap. recip. ad procuratores. §. in unum. ff. de
admini. tut. eſt quidam. ff. de euic. illud. §. j. procurator
finito officio tenetur. ff. de procuratione procurator.
[infra] & etiam ante, ſi ſucceſſerit ei, propter quod p̃-
deceſſor excommunicatus fuit, & excommunicatus eſt.
j̃. de ſen. excom. nuper. Sed dices, quare nõ ſtatim onus
excommunicationis ad eum peruenit, ar. s̃. de off. dele.
quoniam abbas? Reſpon. quia hoc peruenit ex delicto?
unde non deſcendit ad alios. 24. q. 3. ſi hæres. & quia po
teſt dare operam bono pacis [ſatisfecerit] oẽ dãnum
emendando eccleſiæ, quod ex ipſius regimine ipſi con-
tingit. ſed & ſi conſilium dedit de collecta imponenda,
ipſam eum emendare oportebit: ſed ſi conſilium non
dediſſet, fortè non cogeretur ad emendationem colle
ctæ: ſed al's intereſſe, qđ eccleſiæ de eius regimine ob-
uenit, emendabit; & fortè ẽt pœnam ſpiritualem, & ẽt
pecuniarias eum ſubire oportebit, ſm ꝙ bonus iudex
arbitrabitur. Item hæc habent locum tm̃, qñ ſuccedit
in regimine illius, qui eſt excõicatus ex prædictis cau-
ſis, uel propter libertatem eccleſiæ: ſed ſecus eſt, ſi ex
alia cauſa uel ipſe poteſtas, uel etiam conſilium, uel
commune eſſet excommunicatum, uel interdictum: qa
tunc ſucceſſor poteſtas non eſſe excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *Ad reſtitutionem tenetur quis, ubicũq; ſit furtum, rapina, op-
preſſio, dolus, uel calumnia.*
2 *Si mathematicus, uel meretrix, uel conſimiles dolo, fraude, uel
ſuaſionibus quempiam induxerint, ut eis crederet, & pecu-
niam daret, non competit repetitio.*
3 *Non debet quis unquam aliquid facere, quod fratri ſuo ſit cau-
ſa peccati.*
4 *Quo caſu teneatur quis reſtituere id, quod in ludis lucratus eſt.*
5 *Hypocrita, qui ſub nomine boni Chriſtiani multa quæſiuit, ea
reſtituere tenetur.*
6 *Conſtitutiones, quæ ſunt contra aĩæ ſalutem, ſeruari nõ debẽt.*

1 QVia plerique † reſtituat] Not. qđ ad reſtitu-
tionẽ teneẽ qs, ubicũq; ſit furtũ, rapina, op-
preſſio, dolus, uel calũnia. 13. q. 5. c. fin. Et per
hoc comprehendo oẽs caſus, in qbus compe-
tit repetitio ſiue ꝑ actiones, ut puta metus cã, uel dolo,
uel conſimiles; ſiue iudicis officio. ¶Item idem dicimus
ſcilicet ꝙ reſtituere tenetur, ſiue iure naturali & ciuili
ſit debitum, ſiue iure naturali tm̃, quale eſt, quod debet
ſeruo; & ideo non inde faciat eleemoſynam: ſed illud
2 reſtituat. ¶†Si autem mathematicus, uel meretrix, uel
conſimiles dolo, fraude, uel ſuaſionibus induxerint ali
quem, ut crederet, & pecuniam daret, non competit
repetitio, cum utrobiq; uerſetur turpitudo, unde po-
tior eſt cauſa poſſidentis. ff. de cond. ob tur. cau. ſi aũt. &
cũ ſit hæc iuſta pnĩa, ẽt in fo. pnĩali eſt ſeruãda. ſi autem
ſit indebitum iure ciuili tantum; ut ſi legatum, de quo
potuit trahere Falcidiam, integrum ſoluit credens hæ-
reditatem ſufficere ad omnia, non tenetur legatarius
mihi reſtituere. ¶Idem uidetur in eo, qui ſcripſit ſe de-
bere ſpe futuræ numerationis, cum nihil acceperit, li-
cet tranſactum ſit tempus biennij, ultra quod non ha-
bet exceptionem non numeratæ pecuniæ: tñ licite to-
tum ſuum dabit in eleemoſynam; nec tenetur reddere
3 aliquid, uel potius dare illi creditori ciuili tm̃. ¶†Idẽ
eſt etiam in eo, qui condẽnatus eſt iniuſtè, quãuis. n. ſi
conueniatur, uel aliàs executioni mandetur ſñia, pare-
re debet: non tñ iniuſtè condẽnatus tenetur dare ſpon-
tè; qđ ſic probo: quia nunquam debet aliquid facere,
quod fratri ſuo ſit cauſa peccati. frater autem ſemper
peccat recipiendo iniuſtè iudicatum, maximè ſi uictor
iniuſtam ſñiam fecit. 2. q. 7. negli. quidam tñ i legatario
dicunt ↄ̃trium. ¶Eſt aũt ea ratio diuerſitatis: quia licet
utrobiq; ſit tantum debitum de iure ciuili: tñ ius ciui-
le, qđ dictum eſt de Falcidia detrahenda, habet æqui-
tatem; & ꝓꝑ æquitatẽ facta eſt lex Falcidia: ſed qđ dicit
in re iud. & in uerborum obligatione, ſ. quia leges, quæ
dant actionem ad ſñiam exequendam, uel ad petendũ,
qđ promiſſum eſſet ſpe futuræ numerationis, factę ſunt
tm̃ ꝓꝑ ignorantiam. nam etiam ſi ſciret, qđ indebitum
eſſet poſt ſñiam, puta quia confiteatur uictor ſñiam ini
quam, uel non numeratam pecuniam, non habebit pe-
titionem. j̃. de pur. uulg. c. 2. ¶Item qui tutus eſt p̃ſcri-
ptione odioſa, bona fide, uel etiam exceptione tantũ,
ubi tñ non fuerit crimen; credo, qđ debet iſtud reſtitue
re, ut eſt in præſcriptione. 30. annorum, ubi nullus re-
quiritur titulus, nec bona fides. ¶Quidam tñ dicunt, ꝙ
licet nullus ſit titulus, dummodo bona fides, ſit non te-
netur reſtituere. ſecus autem in aliis præſcriptionibus
quæ non ſunt inductè contra naturalem æquitatem,
ſed ꝓꝑ bonum, & æquum. nam illa præſcripta nõ te-
netur reſtituere, cum de iure ciuili habeat dominium
ad minus utile, inſti. de uſu. in prin. & principũ eſt ali-
qñ ↄ̃ naturalem æquitatem ſtatuere: ſicut not. extra de
biga. c. 2. & 8. diſt. quo iure. nec obeſt, quod diximus de
præſcr. 30. ann. quia ibi ius non dat aliquod ius, uel do-
minium poſſidenti, ſed tm̃ in odium aduerſarij datur
exceptio. C. de præſcrip. 30. ann. ſi emptor. ſed in eo,
cuius eſt exceptio odioſa, ut Macedonianum, dicimus,
ꝙ te-



ꝙ tenetur reddere: quia illa exceptio, & illud ius non
eſt tm̃ factum in odium creditoris, ſed etiam ꝓꝑ bonũ
publicum, ut uitentur mortes parentum, ff. ad Maced.
l. j. in prin. uel melius: qa nihil eſt apud hunc filiũſa. cu-
ius dñium non habeat. nam etiam rei ſibi mutuatæ do
minium in eum trãſiuit. ¶Contra actionem aũt, q̄ ↄ̃ eũ
intentari põt, q legitimam exceptionem habet, cũ ſit ei
data ↄ̃ actionẽ ab eo, q actionẽ dedit, ſibi ſufficit, & tu-
tus eſt etiã quo ad Deum. ¶Sed qd dices in eo, à quo
aliqd aduocari põt petita reſtõne, nunqd, ſi non petat,
reſtituere teneẽ? nõ credimus, niſi malicia ↄ̃hentis le-
ſus eſſet. ſi aũt ex donatione minoris, uel ex alio ↄ̃ctu
inito, q tenet ipſo iure, aliquid habet; ut ſi in aliena-
tione minoris abſit auctoritas tutoris, uel decretum p̃-
ſidis, reſtituere teneẽ. ¶Ad hoc enim ut reſtituere non
cogatur, oportet, ꝙ adſint bona fides, iuſtus titulus, qui
hic non fuit, cum talis titulus pro nõ titulo habeatur.
¶Si aũt, q poteſtatem, uel iuriſdõnem non habet oppri-
mendi aliquem, item nõ dolo malo, ſed publicè, immo-
deratè tñ, extorſit, i. accepit aliqd ab aliquo, v. g. aduo
catus, uel medicus, uel minores officiales, puta curſo-
res, non uidetur, ꝙ teneantur reſtituere. 14. q. 5. c. ult.
niſi forte in medico aliud diceres: uel niſi tm̃ eſſet ul-
tra exactum, ꝙ iudex officio ſuo deberet eum cogere
ad reſtituendum; & tunc etiam in foro pœnitẽtiali re-
ſtituere præcipietur. ſi autem eſſent maiores officiales,
qui poſſunt alios rõne iuriſdictionis punire, tunc ſi qd
indebitum recipiãt, reſtituere teneñẽ, arg. p̃al. c. 14. q. 5.
c. ult. ſed ubicũq; aliquid malè quæretur uel ex nego-
ciatione, uel extorſione, ex qua tñ reſtituere non tene-
tur, prudenter facit, ſi oĩa in eleemoſynas dat. 13. q. 5.
q habetis, & c. ult. non tñ dãnamus eos, ſi hæredibus re
linquãt. ¶Si aũt illicitas negociationes faciat, uel alias
iniuſtè aliqd quærat ſine calũnia alieni facta, ſacerdos
debet ei iniungere, ut in bonos uſus expẽdat, puta ero-
gando pauperibus, uel eccleſiis, uel aliis, arg. 24. q. 3. ſi
quis Roma. ſupra de uo. & uo. re magnæ, ꝙ ſuper his.
4 ¶†De eo autẽ, qđ quis lucratur in ludis, ſi tractus fuit,
non tenetur reſtituere: quia tunc nihil dolo feciſſe uř:
ſecus eſſet, ſi alium traxiſſet: quia tunc reddere teneẽ,
quaſi qui dolo fecit: ſed hic forte melior erit conditio
poſſidentis: ſed ſi aliquid amiſit, poteſt repetere. ¶Itẽ
qui cauſa recreationis modicum ludit, non tenetur re-
ſtituere, ff. de aleato. per totum 14. q. 5. non ſanè, ff. ſi
5 quadru. pau. l. j. §. cum ariete. ¶†De quæſitis in bello, &
damnis ibi datis, alibi not. j̃ de homi. ſicut. hypocrita
autem, qui ſub noĩe boni Chriſtiani multa quæſiuit, ea
reſtituere tenetur: quia ꝑ fraudem quæſiuit. 14. q. 5. c. fi.
ſed forte non illi, qui dedit, qui conſecutus eſt merce-
dem ſuam. Sed de hoc forte ꝓbabiliter dubitari poſſet,
ſi ſine cã imperator, uel alius princeps faceret aliquã
conſtitutionem ↄ̃ ius naturale, puta ꝙ dominia de vno
in alium trãsferentur ſine cã, ſi conſtitutio in foro ani-
mæ eſſet ſeruanda? Et uidetur nobis ꝙ non; imò nec in
foro iudiciali, quod plus eſt, ut no. s̃ de conſti. quæ in.
imò plus uidetur, quod etiam ſi conſtit. iuſta fuerit ex
cã, ſ. iuſta, ſed illa cã iuſta ceſſat in caſu, de quo modò
agitur, uel in foro animæ, uel cõi: tñ conſtitutio tm̃ re-
ſtringenda eſt ad eum caſum, ubi fuit iuſta conſtitutio;
ut uerbi gratia, iuſta conſtitutio, quæ dat exceptionem
Macedoniani ꝓpter iuſtam cauſam: ſed ſi certum eſſet,
ꝙ illa cã nõ ſubeſſet, ut ſi in neceſſitate mutuaſſet, pec-
6 caret, qui exceptione ſe defenderet. ¶†Conſtitutiones
autem, quæ ſunt contra ſalutem animæ; ut de uſuris,
& de iuramentis non ſeruandis, ſeruari non debent, ſu-
pra de iureiu. cum contingat. ſacræ. n. leges in his non
dedignantur ſacros canones imitari. Quidam tñ alij
dicunt, ꝙ ex quo facta eſt conſtitutio, licet ſit cõtra ius
naturale, dũmodò iuſta cauſa fuerit conſtitutionem il-
lam faciendi, licet poſteà eueniat caſus, ubi ceſſat cauſa
iuſta: tñ conſtitutio eſt ſeruanda, quæ generaliter fuit
facta. non potuit enim, nec fuit etiam expediens omnes
articulos ſigillatim comprehendere, ff. de leg. non poſ-
ſunt, niſi talis caſus, qui à iure excipiatur. ¶Pauperib.]
ubi neſcitur, cui reſtitui debeat: alias ipſi reſtituẽdum
eſſet, j̃ de uſur. cum tu. vel dic melius, ꝙ id, quod ſol-
uitur pro pœna, tantum eſt pauperibus erogandum.

ECcleſiæ iniqua.

IMmunitatem eccleſiaſticam.

SVMMARIVM.

1 *Negotium ſeculare quot modis dicatur.*
2 *Sumens uictualia, ut carius uendat, grauiter peccat.*
3 *Negotiationes honeſtæ ex quibus cauſis fiant inhoneſtæ.*

## Ne cler. uel mona. ſecularibus negotiis ſe immiſceant. Rub.

1 MVlta ſunt negotia. † Tribus modis dicitur
negotiũ ſeculare. Primò quilibet actus ſe-
cularium rerum, ſicut hic enumeratur, à q-
bus turpibus actibus ſit abſtinendum. Scđò
dicitur negotium ſeculare iudiciũ de rebus ſecularib.
quod licet clericis inter clericos tm̃. 11. q. 1. §. ex his.
Tertiò dř ſeculare negotium inter ſeculares homines,
quod non licet clericis, niſi de his, quæ pertinent ad iu-
dicium eccleſiæ, puta de decimis, & conſimilibus, ſupra
de iud. quãto. 88. diſt. per totum. [Ad quæ] .ſ. negotia
ſecularia [conductores] de hoc no. ſupra de oblig. ad
2 rati. c. vnico. [propoſito] .i. ordini, uel religioni. † Ne-
gotium] ſi quis enim tẽpore fertilitatis emat multa ui
ctualia, ut tẽpore famis abundet. ut Ioſeph ꝓpheta fe-
cit, licitum eſt: imò etiam ſi non tm̃ pro ſe, ſed ut etiam
aliis uendere poſſit tẽpore famis eo p̃cio, quo tunc ab
aliis uendebatur, dũmodò in hoc ultimo caſu hoc fa-
ciat: quia hoĩes ꝓpter abundantiam ad gentes alias di
ſportabant, uel quia debitam curam circa uictualia nõ
adhibebant uel diſſipabant. Sed ſi emãt, ut carius uen-
dant, nulla utilitate penſata, peccant oẽs, & grauius cle
3 rici. 14. q. 4. quicũque. † Negotiũ] negotiationes alias
honeſtæ fiunt inhoneſtæ ex cauſa, puta cupiditatis. Itẽ
ex parte, puta in feſtiuitatibus. Item ex loco, ut in ec-
cleſia, uel perſona, ut clerici. Item quædam ſunt, in q-
bus nullo modo licet negotiari, ut in his, q̄ nec per ſe,
nec cum admixto poſſunt eſſe utilia, de quibus dicit,
ff. de contrahen. emp. quod ſæpe, §. ueneni mali. Sed ſi
ſit uenenum, quod poſſit eſſe utile cum admixto, uel ꝓ
feris beſtiis occidendis, uel ſint gladij uel colores: quia
poſſunt eſſe utilia ad aliqua, ſcilicet ad ſui defenſionẽ,
uel ad colorãdum hominem, uel mulierem pro bono,
licita eſt in his negotiatio.

SAcerdotibus [miniſtri] generales. [miniſtri] repe-
te, quod dixi ſupra de obli. ad rati. c. j. [Subueniri]
ut det ei pecuniã ad ſatisfaciendum de fraude: uel etiã
ut det ei aliud auxilium, uel fauorem. non tamen dici-
mus, ꝙ ſub ſeculari iudice debeant capi, uel conueniri,
quamuis quidam contradixerunt.

NOn magnopere [legendas] ex hoc uidetur, ꝙ ſi ali
quis de prædictis exit eccleſiam ſuam, uel clau-
ſtrum, & legit leges quaſi ſtudens in eis, licet non ua-
dat ad ſcholas, tamen incidit in canonem. [Duorum]
hodie ſtatim eſt excommunicatus, infra eo.ſuper. [in
nulla] ut no.ſupra de poſtul.c.j.

SEd nec [procurationes] generaliter.

CLericis [in ſacris] idem etiã ſi non in ſacris [agi-
tare] cognoſcendo de ea uice eius iudicis, qui ſan-
guinem fundere conſueuit in ſimilibus caſibus.ſed ſi de
cauſa criminali cognoſceret uice alicuius epiſcopi, qui
non pœnas ſanguinis, ſed retruſionem in monaſterium
facere conſueuit, non peccat, nec fit irregularis, arg.ſu
pra de procur.tuæ.

SEcundum inſtitu. [lucri] niſi lucrum proueniat ex
opere, uel ex re ſua, ſupra cap.proxi.& ſupra eo.c.j.
[Suo] nomine enim monaſterij, ſi pauper eſt, poſſunt
aliorum poſſeſſiones conducere [firmas] terrarum, uel
eccleſiarum, quas laici non poſſunt poſſidere.

REIatum.

SIcut te accepimus [in ſacris] ſecus in non ſacris.ſi tñ
inſtrumenta fecerint ante, q̃ eis interdicatur, tene-
rent; ſed poſteà non.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus nec iudex, nec aduocatus eſſe debet in cã ſanguinis.*
2 *An clericus poßit eſſe præpoſitus in bello.*
3 *Clerici cur prohibeantur eſſe chirurgi.*

1 SEntentiam ſanguinis. † Dictet] etiam ſi non fa
ciat ut iudex: quia ad minus eſt conſilium, uel
auxilium. idem credo, ꝙ nec teſtes in cã ſan-
guinis recipere debet, nec ſcribere autentice, arg.hic:
quia ſi non debet eſſe iudex in tali cauſa, ſupra eo.cle-
ricis.23.q.ſi. his, ergo eadem rõne nec teſtes ſcribere,
recipere.uel autenticare. ſcribere tñ non in forma au-
tentica forte non faceret irregularem. Item nec aduo-
catus ſit in cauſa ſanguinis.51.diſt.c.j. 50.diſt.ſi quis ui.
[Interſit] hoc non facit irregularem, niſi interſit aucto
2 ritatem præſtans, uel auxiliũ. † Præponatur] & ſic nec
bello præponi debet. poſſet tñ dici, ꝙ bello præponi
poſſunt, qđ non eſt rectè ad occidendum, ſed ad ſua re-
cuperanda uel defendenda, ut nó.de reſt.ſpol. olim. ſed
tñ non in his perſonis, quæ quaſi rectè uiri ſanguinum
3 ſunt, ut baliſtariis, & ruptariis. † Chirurgiæ] iſti chi-
rurgi non ꝓhibentur niſi ꝑꝑ periculum, in quod quis
ſemper errare põt. ſed ſi in laicatu aliqui hoc officium
exercuerint, licet multi in eorum cura, ſed non ꝑꝑ eo-
rum negligentiam mortui ſint, nõ ſunt irregulares, ar.
j̃ de homi.tua: ſed in clericatu omnibus ꝓhibitum eſt:
qa non eſt officium clericale, vnde deponendi ſunt. nõ
tñ oẽs credimus irregulares hoc ipſo, ꝙ hoc officium
exerceant. ſed ſi mors ſecuta inde fuerit etiã ſine culpa
eorum, ſatis poſſet dici, ꝙ ſunt irregulares, ar. j̃ de ho.
tua. ubi nó. Item nec ſequentes ſunt irregulares, niſi
mors inde ꝓuenerit. ¶Baliſtariis] dicunt qdam, ꝙ ſi qs
in iuſto bello baliſtario & ad ſui defenſionem, non im-
pugnationem miniſtraret baliſtam, uel ſagittas, & ipſe
baliſtarius poſteà occidat quẽquam, nõ eſt irregularis,
dũmodò non intendat principaľr, ꝙ baliſtarius aduer-
ſarium occidat, nec baliſtarium credebat intendere ad
occidendum, ſed ꝙ ſe uel ſua defendat, uel recuperet,
licet in ueritate eum occiderit: qa alienum dimittere
noluit, nec ab alterius impugnatione deſiſtere; & ſic ꝓ-
batur. hic.n.qui baliſtam parauit, facto homicidium nõ
fecit, nec ꝯſilio, nec mandato: qa nec eum occidi uoluit:
imò uoluit eum alieno iuri cedere & hoc intendebat;
ergo non eſt homicida.50.diſt. ſi qs uiduam, & j̃ de cle.
percuſ.c.fin. & c.j. j̃ de homi.ſignificaſti. ſed ſi alterum
ꝑdictorum interueniſſet, ſ.ꝙ ipſe, q parauit baliſtã, in-
tendebat principaľr occidi, quẽquam ꝑ eum uel crede
bat baliſtarium ad hoc intẽdere, eum crederem irregu
larem: qa ad minus auxiliatur ad homicidium faciẽdũ;
ar. j̃ de homi.ſignificaſti. principaľr, autem ideo dico:
qa ſi non principaľr ad hoc intendat, ſed ſecundario,
uidelicet ut ſi aduerſarius noluerit aliena dimittere, ꝙ
impugnatur baliſtis & ſagittis, non crederem irregu-
larem: qa ſi ꝯrium diceretur, iam nulli bello intereſſe
liceret, cum ibi quaſi ſemꝑ homicidia ꝑparenť.24.q.1.
noli ęſtimare, & c.ſeq. tñ melius credimus, ꝙ bene eſſet
irregularis: qa nũquã ẽt in iuſto bello licet miniſteriũ,
uel ꝯſilium ita immediatum ꝑbere bellis, j̃ de pœnis,
qđ in dubiis. Si uerò in iniuſto bello etiam ad ſui de-
fenſionem miniſtraret ꝑdicta, dicunt eſſe eũ homicidã
& irregularem: qa cãm & auxiliũ dedit homicidio, cũ
nulli licito operi inſtaret, imò illicito, ſ.iniuſto bello,
vnde ſibi debet imputari, & ꝙ non adhibuit diligẽtiã,
quã debuit, homicidium ut nõ fieret: imò diligens fuit,
ut fieret, ar. j̃ de homi.Ioã. & c.ult. & in multis c.eiuſ-
dem tit. ¶Sed dices, quare ergo reputatur homicida &
irregularis ille, q ſcribit ſñiam ꝯ damnatum ad mortẽ?
Rñ. ille directo & principaliter morti, licet iuſtè, conſi
lium uel auxilium ꝑbet. dicunt tñ alij, ꝙ iſtis, q quaſi
rectè ſunt uiri ſanguinum, parare baliſtas, uel huiuſmo
di eſt ꝓhibitum etiam in iuſto bello; ſicut & eis ꝑeſſe
eſt ꝓhibitum, ut hic: ſed enſem, uel lãceam eis miniſtra
re non eſt prohibitum, nec inducit irregularitatem.

SVper ſpe.ula, & infra. [exeuntes de clauſtris] ſuis.
ſi.n.ibi audirent, uel legerent ſecus. [Statuit] s̃ eo.
non magnopere. [excõicati] abſolui tñ hos poſſe cre-
dimus à quolibet ẽpo [diuerſas] quia quidam dicebãt,
ꝙ canon latæ ſententiæ, alij ferendæ. [Ipſo facto] ſi ꝑ
duos menſes exiuerint ad legendum leges, uel phyſicã.
non enim uidetur, ꝙ hoc ipſo ꝙ audiuerint, niſi per
duos menſes perſeuerauerint, ꝙ ſint excõmunicati; &
hoc ſatis innuit, infra ubi dicit; ꝙ decani & alij conſi-
miles non incidũt in canonem, niſi per duos menſes ꝑ-
ſeuerauerint. Alij tamen dicunt, quod ſtatim ſine expe
ctatione temporis ſunt excõmunicati [loco] .i.ſtudio.
[Funiculos] .i.diſcipulos. [bellatorum] .i.prædicato-
rum. [Perſonatus] ſi autem curam habeat aliquis ani-
marum, ſi non ſit ſacerdos, nec in dignitate, uel perſo-
natu conſtitutus, dixerunt quidam, ꝙ poteſt audire le-
ges & phyſicam. ſed certe nos non uidemus, quod hoc
eſſe poſſit, niſi ſit ſacerdos, uel perſonatum habeat niſi
ex diſpenſatione forte: quia diſpẽſaretur ſecum in de-
latione ordinum; & tunc ita credimus eum teneri, ac ſi
eſſet ordinatus, niſi forte ex delegatione, uel ut vica-
rius faceret, de quibus non eſt dubium, ꝙ non tenen-
tur hac conſtitutione. [præſcriptum] ſcilicet duorum
menſium cõputãdorum ab exitu monaſterij: uel ex quo
leges uel phyſicam audire cęperunt, ſupra eo.non ma-
gno. [extendi] ſcilicet ꝙ ſi de eccleſiis ſuis exiuerint
perſonæ prædictæ, & per duos menſes fuerint in ſcho-
lis huiuſmodi, quod ſint excommunicati.

## Finit liber Tertius.

LIB.



# LIBER QVARTVS.

## De ſponſalibus, & matrimoniis. Rubrica.

DE FRANCIA quidam, & infra.
[lege] .i.ꝯſuetudine [iiſdẽ utũtur]
alias.n.ſolennitates habent Saxo-
nes, alias Frãci, quæ tamen nõ ſunt
de ſubſtantia mr̃imonij, licet pec-
catũ ſit omittere.30.q.5.noſtrates
fœminæ. [Subiiciatur] quo ad ſub
ſtantiam.n.matrimonij conſuetu-
do nihil potuit ſtatuere, quoad accidentia forte poſſet,
puta circa dotem, arg. s̃.de teſta. Raynutius.

PRæterea, & infra.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonij diffinitio, & unde dicatur.*
2 *Quo in loco fuerit inſtitutum matrimonium, & quibus de cau-
ſis fuerit inſtitutum, in nu.3.*
4 *Quis poſsit contrahere matrimonium.*
5 *An per procuratorem poſsit quis contrahere.*
6 *Tria ſunt bona matrimonij, & qualia ſunt.*
7 *Quot ſint impedimenta matrimonium.*

IVuenis [Nõdũ ſeptẽnẽ] Sed ſeptẽnio ꝓximam
j̃.e.ſponſam, puta qa erat ſex annorũ & dimidij
uel amplius, ar. j̃.ti.ꝓx.atteſtatiões, inſt.de obli.
q̃ ex dila naſ.§.in ſumma, ff.de mune.& ho.ad rẽ, & doli
capacẽ quo ad ſpõſalia.ſic.n.oriť publicæ honeſtatis iu
ſtitia. j̃.ti.ꝓx.lr̃as.uel dic ꝙ ducta fuit añ ſeptenniũ, ſed
in domo detẽta poſt ſeptẽnium. j̃.ti.proxi.duo, ſi aũt nõ
eſſet ſeptennis, nec ꝓxima, nec in domo poſt ſeptennium
detenta, bñ poſſet ducere conſobrinam, ut. j̃.ti.ꝓx. lite-
ras, & c.duo. [Dubitationẽ] licet non ſit uerisimile; quia
tñ tutius eſt, ꝑcauendum eſt: uel dic nõ eſſe uerisimile, ꝙ
eã corruperit, ſed ꝙ malicia ſupplet ætatẽ, & ꝙ aliquid
intendũt de ſponſalibus, & iõ oritur impedimentum pu
1 blicæ honeſtatis iuſticia. Matrimonium eſt uiri & mulie
ris coniunctio, indiuiduam uitæ conſuetudinem retinẽs
27.q.2.c.2. Dr̃ matrimonium quaſi matris munium.i.of
ficium: quia plus eſt officiũ matris in matrimonio, q̃ pa-
tris. Cõtrahitur aũt matrimoniũ ſolo conſenſu.27.q.1.
ſufficiat. ¶Fuit aũt inſtitutũ matrimonium in paradiſo
ꝑ illa uerba, Hoc nunc os ex oſſibus meis. j̃. de diuor. c.
3 gaudemus. ¶†Cauſæ principales quare matrimonium
fuit inſtitutũ, ſunt duæ.ſ.ſuſceptio prolis, & uitatio for-
nicationis.22.q.2.§.his ita. aliæ cauſæ ſunt multæ, refor
matio pacis, pulchritudo uxoris, & multæ aliæ. Et licet
3 *Matrimonium ratificari dicitur per ſubſequentem copulam.*
4 *Signum expreſſum matrimonij contracti eſt manum ſtringere anulo.*

DVobus modis. [fides] quo ad ſponſalia contrahenda, uel matrimonium [Pactionis] ſcilicet per uerba de futuro [Et conſenſus] ſ.per uer-



1 ba de præſenti. [† Ducet] quatuor modis ꝯhuntur ſponſalia.ſ.nuda promiſſione, ſ. cum dicit unus alteri, accipio te in meam uxorem, & ꝯ, uel æquipol.ꝫ.e. c.j. & hic. Idem ẽt credimus, ſi inhabiles ad contrahendum matrimonium uerbis utantur matrimonio aptis, ſ.accipio te in meam, & ẽ conuerſo, arg.ſ.de deſpon.impu.atteſtationes, & c.duo, & c.ã nobis. ibi.n.dicit matrimonia ſr coniungebantur. Item datis arrhis ſponſalitijs. C. de ſponſ.arrhis. Item anuli ſubarrhationis. 27.q.2.ſi quis deſponſauerit. Sed aliter melius probare uſ, ꝙ per anulum tñ ſponſalia contrahuntur: quia mr̃imoniũ non ꝯhit niſi uerbis aptis mr̃imonio interuenientibus, dum mõ ꝯhentes loqui pñt.ſ.de ſponſali.tuæ. Item iuramen-
2 to ꝯhuntur ſponſalia.ſ.de ſpon.de illis. ¶† Si promiſerit] hic ſatis expreſſe habes, ꝙ ſponſalia intelliguntur ꝯtã, qñ conditio in ſponſalibus apponitur. hoc.n.conſtat, ꝙ añ aduentum conditionis.i. anteq̃ eam cognoſceret, fuerunt ſponſalia de futuro. poſtea.n.fuit matrimonium.ſ.de ſpon.is qui fidẽ. Item talia ſponſalia inducunt publice honeſtatis iuſtitiã.ſ.de ſponſa.ad audien-
3 tiã. [† Rem ſecum] ſiue intelligat de fornicario coitu, ſiue de matrimoniali, ſp ſecuta copula ratificatur matrimonium.ſ.de ſpon.is qui. [Conſenſus] obtinendo, non obtento.i.ſi in me conſenſeris, ego conſcientiam in te,
4 uel ſi dederis centum, ego accipiam te in meã. [† Stringit] anulo, & ſic uſ, ꝙ manum ſtringere anulo ſit expreſſius ſignum matrimonii contracti, quàm aliquod aliud ſed certe hoc uult dicere, quia & ſi cõſuetudo ſit, quod qñ matrimonium ꝯhitur, ꝙ mulier ſubarrhatur anulo, & ſine ſubarrhatione anuli ſit matrimonium ſolo conſenſu, & uerbis de præſenti.

ACcepiſti. [Deſponſatam] per hæc uerba de præſenti.

LIcet præter ſolitum.

TVa fraternitas [Deſponſatione] .i.ꝙ aliquas petunt: quia ſe eas deſponſaſſe dicunt. [Irritare] perpetua diuortij, uel ad tps ad agendum pñiam, uel melius, quouſque cognoſcatur, an teneat primum mr̃imonium. 33.q.4 non oportet, & ſic intelligo.ſ. de deſpon. impu.duo, & ca. ad diſſoluendum, & ſic non eſt contra. 35.q.3.contradicimus.

TVas dudum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid inhoneſta conditio inducat matrimonium, & uide in nu.4.*
2 *Sponſalia, in quibus honeſta conditio interuenit, ſuſpenduntur quouſque fuerit adimpleta, & in nu.3.*

## De conditionibus appoſitis in deſponſatione. Rub.

1 QVicũq; [† Sub conditionis] ẽt inhoneſta, ſed non ꝯ naturam mr̃imonij; puta ſi furtum fecerit. idem in impoſſibili, ſecus ſi eſſet inhoneſta & ꝯ naturam matrimonij.ꝫ.eo.c. ult. 32.q.2.c.2.aliquando, & c.ſolet, quia tunc mr̃imonium non tenet. ¶† Item ſecus inhoneſta & uolũ-
2 taria conditione, quia hæc ſuſpendit ſponſalia, quouſq; fuerit adimpleta, uel carnalis copula ſubſecuta, uel cõ-
3 ſenſus de præſenti.ꝫ.e.de illis. ¶† Item eſt conditio honeſta & neceſſaria, ut ſi Chriſtianus cõtrahẽs cum Iudæa dicat, ſi facta fuerit Chriſtiana: alias.n. non tenet mr̃imonium.29.q.2.ca.non oportet, & 28.q.2. idololatria. ubi innuitur, ꝙ quælibet turpis conditio diſſoluit mr̃imoium. ſed dic illud loqui de diſſolutione, quæ fit, quo ad torum, & non quo ad diſſolutionem uinculi cõiugalis. non autem habet locum in collationibus factis eccleſijs, quia ibi ſi apponatur conditio ꝯ naturam contractus, tñ tenet ꝯtus.10.q.1.c.j.& idem eſt in collatione ordinum.28.diſt.diaconi, & monachatus.ꝫ.ti. prox. inſinuante, ubi no. ¶ Sed in aliis contractibus conditiones contra naturam, ſicut conditiones impoſſibiles, uitiant contractum, inſtit.de inut.ſtipul.§.impoſſibilis.ff. de act.& obl.non ſolum.ſed in ultimis uoluntatibus ꝓ non adiectis habentur. C. de inſt.& ſubſt.l.reprehendenda [Voluerit] forte ꝙ non adimpleuit conditionẽ fur-
4 ti faciendi. † De ſponſalio] nam ſi interuenerunt uerba præſentis tpis, puta conſentio in te ſicut in uxorem, ſi feceris furtum ſtatim eſt primum matrimonium, nec ſuſpenditur ꝑ conditionem. ſi uerò dixerit, accipio te in uxorem, ſi dederis centum, ſuſpendetur, quouſque det centum.ꝫ.eo.ſuper eo, & ſi interim contrahat cũ aliã de præſenti, tenet.ꝫ.eo.de illis. ſi uerò dixerit, ꝯhiam, ſi dederis centum, datis centum, non eſt mr̃imonium, ſed ſponſalia. uñ ſi datis centum cum alia ꝯhat, tenebit mr̃imoniũ ſimiliter ſi dicat, impono tibi anulum ita, ꝙ ſi dederis centum ſit mr̃imonium, datis centum mr̃imoniũ firmũ erit. & eodem mõ, ſi dixerint ſint ſponſalia, nam datis centum erunt ſponſalia, alij contra.

CVm ſit proprium [presbyter] huius presbyteri intererat, quia erat ſacerdos illius monaſterij, ubi hi manumiſſi morari debebant. [Hanc conditionẽ minus bene ſumunt hic quidam ar.ꝙ in ſpiritualibus interuenit conditio, imò libertas ſub conditione datur.nec.n. ꝑ hoc præciſe cogitur monachus fieri [Fuerat] clericus, uel patronus.nam ſi eſſet monachus, cum non poſſet habere ſeruos non poſſet, eis dare libertatem. 12. quæſtione 1. non dicatis. uel libertati onus ſpirituale adiicitur, ſuprà de ſeru.non ordin.eod. Iterum repete, quæ diximus, ſuprà de ſeru.non ordinan. de famulis. [Exhibe] q.d. ſic de tranſgreſſo mandato pœniteat, & etiam ſic firmas cautiones ab eo habeas, ꝙ ulterius ſimile facere non attentet.

DE illis [Accipiam] quid ſi dixerit accipio? Rñ. idẽ.ꝫ.e.ſup eo. [Accipiam] quid ſi talis ſit conditio ſi inuenero te uirginem, ſi mihi in primo coitu placueris? dicimus tales cõditiones inhoneſtas, & ideo reiiciendas.ſ.eo.c.j.

VErum cum aliqui [interpoſita conditione] ergo ſi dixiſſet, modo, ita quod donatio ſtatim teneat: ſed imponitur onus donatario, uerbi gratia, dono tibi hãc poſſeſsionem, ut omni die celebres uel conſimilibus: alias autem bñ licet eccleſiæ donare ſub cõditione, ſicut alij, & niſi extiterit conditio, non tenebit donatio: quia tunc donatio capit uires ex conditione. [Reuocari] ſed & ſi ſub tali conditione, ſcilicet ut nõ alienetur, ſit collatum, & alienetur ob redemptionem captiuorum, & aliis caſibus à iure conceſsis, tenet alienatio, ſi non ſint aliæ res, quæ alienari poſſint. 12. quæſtione 2.aurum.10. quæſtione 2. hoc ius. alias autem non tenet, ut in authen.de ſanct.epiſc §.ſanctiſsimos. de hoc notatum eſt. 10.quæſtio.2.c.2. & not. ſupra de teſtamen. Raynaldus. Item nec in hoc caſu reuocatur in ipſo iure: ſed neceſſariam eſt retraditionem.

Super

SVper eo.[Conſenſit] per uerba de præſenti ¶Si pater] idē credūt quidā de Papa.nā pn̄t ſi ꝯtrahi ſpōſalia, ſi Papa diſpenſauerit. alij dicunt,[a] & melius,ꝙ cū ſpōſalia, ubi requirit̄ diſpēſatio, nō teneāt, qa ius ea ꝑpetuo prohibet nec ſub cōditione ꝯhi potuerūt.ff.de uer. obl.inter ſtipulātē.§.ſacram, & l. continuus.§.pen. [†Si conſenſus] hæc oro vr̄ adducere cām ꝯrietatis.nam ſi poſt ſpōſalia de futuro ſupueniens conſenſus de pn̄ti facit de ſponſalibus mr̄imoniū,multomagis ur̄,ꝙ ſi à principio interuenit cōſenſus de pn̄ti, ſed ſuſpenſus fuit ꝑ conditionē ꝙ ꝑ talem conſenſum contrahi deberet mr̄imoniū, & non ſponſalia.¶Sed tn̄ rn̄det ꝯrium:quia non eſt uerū, ꝙ ſit conſenſus de pn̄ti, qui ſuſpenſus eſt ꝑ conditionē de pn̄ti,& quia hic conſenſus de pn̄ti non eſt, ſed de futuro, dicendum ur̄,ꝙ ēt poſtea interueniente conſenſu patris, tn̄ non erit matrimoniū,ſed ſponſalia tm̄. & ſatis dici poſſet,ꝙ cogi debet cōſummare ſponſalia. ſed dicunt, qdam adueniēte conſenſu patris fieri matrimoniū conſenſus.n.tunc interueniens ſignum eſt conſenſu de pn̄ti,dummō cōtrahentes ipſum conſenſum reqrant & idem uidetur ēt, ſi ipſum conſenſum nō requirant, dummō non contradicant,quia ſi ꝯdicerent, tunc ſine conſenſu de pn̄ti non poſſet contrahi matrimoniū. ſed ſi nō appareat de conditione ꝓſumitur conſenſus, quia pro matrimonium eſt præſumendum.j̄.c. prox.

*a ¶Alij dicunt. Adde quòd hic refert & ſequitur Car.in conſil. 57.incip.ad primum quod de in uer.colu.j.*

PEr tuas literas.[Conſentirent] hæc conditio honeſta eſt,& ideo ſeruanda eſt licet hæc conditio ſit appoſita:tn̄ ſi carnalis copula interueniat,ꝓſumitur à cōditione receſſum,& eſt matrimoniū.s̄.e.de illis. [Sibi] mulieri.[Pro matrimonio] in hoc eſt fauor matrimonij:qa cū teſtes dixerint de cōditione & copula carnali ꝓſumit̄ copulā ꝑceſſiſſe conditionem.[ꝙ ante] niſi hoc ꝓbaret̄,ꝙ ante copulā cōtradixiſſent; ex tunc carnalis copula non ratificaret ſponſalia cum iam ceſſaſſent ꝑꝑ aduentum conditionis.alij tamen dicunt,ꝙ ēt ſi poſt cōtradictionem parentum,uel alias impletam conditionem,ignorātes tamen impletam ſimil̄r cōmiſcerent̄, ꝙ ſit matrimoniū,& renunciare intelliguntur conditioni.

SI conditiones.Melius diceret,pacta.repete, quæ diximus.s̄.e.c.j. ¶Dicat] altero conſentiente.nam niſi ambo conſentiant,non impeditur matrimonium.32.q. 2.aliquando.ſi unus dicat,contraho tecum,ſi generationem prolis uites,uel quouſque pulchriorem aliam inueniam,ſed alius contradicat,matrimonium eſt, ut in præal.c.aliqn̄ ſed ſi taceat,idem quia ꝓſumitur contradicere in fauorem matrimonij.s̄.c.prox.

SVMMARIVM.

1 *Votum quid ſit,& quis poſſit uouere uel non.in nu.2.*

## Qui clerici,uel uouentes. Rub.

VOVENTES] uotum eſt cōceptio boni ꝓpoſiti cū deliberatiōne firmata,qua qs ad aliqd faciendū,uel non faciendū ſe obligat.Et licet multa ſint uota ſm̄ diuerſitatē rerū q̄ uouentur, tamen uotū continentiæ,& matrimoniū
1 impedit, & dirimit iam contractum. ¶†Pōt aūt uouere quiſque ſanæ mentis uotum continentiæ, niſi expreſſe prohibeatur,quia uouens.i.ſpiritu.ſ.ducitur. ꝓhibent̄ autem uouere coniuges niſi ꝑ conſenſum.Item nec furioſus,nec ſeruus.Item nec impubes,i.puella minor.xij. an,& puer mino.14.an.ſicut in mr̄imonio,& no.s̄.de deſpon impu.puberes,& c.continebat̄.imò forte plus dicerem,quia uotum non teneat, niſi ſit potens coire, quia q non eſt expertus aculeos carnis, uouere continentiā non pōt,ēt ſi ſit maior.14.an.ꝙ tamen nō placet. ¶Alia aūt uota facilius crederē poſſe quemq̄ facere poſt,quā diſcretus eſt, qa ſicut pōt ſe diabolo obligare ꝑ peccatū ſic deo ꝑ uotum, tn̄ uotum factū in minori ætate dè monachatu tenet, ſi non ꝯdixerit maior factus.20.q.1. illud,& q.2.c.j.& ij.& s̄.de regu.& tranſ c.ad noſtram. De uoto ſolenni,ſimplici dictum eſt.s̄. de reg. & tran. ad relig uidua,& c. porrectum.

DE diacono [diſpenſatiue] no.laxam diſpenſationem epiſcoporum.

EX literarum [ordinem].i.religionem [Ad ulteriores] de conſilio loquitur.nam etiam in ſuperioribus diſpenſare poteſt.s̄.c.proxi.

MEminimus [Cogendus]no.ꝙ ſemel profeſſus,dūmō faciat in manibus eius,qui ptātem habet recipiendi profeſſionem , ulterius contrahere non poteſt, ſed cogendus eſt ad regulam,q̄ profeſſus eſt , tranſire ut hic. ¶Item dicimus in uouente & proponente ſeruare religionem,dummodò uotum,uel propoſitum ſolennizet per ſuſceptionem habitus ſiue profeſſionis, ſiue nouitij,ut hic s̄.de regu.conſulti.j̄.eo.inſinuante.ſi uerò alias uotum emittat ſiue de intrando religionem, ſiue de continentia,impedit matrimonium contrahendū ſed non dirimit contractum,ut hic.j̄.e.rurſus. Idē dicimus,ſi ſuſcipiat habitum ſine emiſſione uoti.j̄.c. proxi. s̄. de conuer.coniu.ex parte.

COnſuluit [uelamen] ꝓbationis, non profeſſionis, nec fecit uotum:quia tunc ſecus,ſuprà c.ꝓx.& ſuprà de reg.& tran ſtatuimus. [Intrauit] idem eſſet,& ſi intraſſet ſine uoto,uel propoſito ꝑpetuo mutandi uitā s̄.de re. & tran.ſtatuimus. [Altare] hæc profeſſio ſic facta ſuper altare tunc prodeſt & ꝓiudicat,qn̄ hoc agitur de uoluntate monachorum, & ipſius profitētis ꝙ obligatio profeſſionalis hincinde ꝯhatur:al̄s aūt non præiudicaret.uel dic,ꝙ ſꝑ præiudicat, qn̄ poſtea ſuſcepit habitum ſine proteſtatione.s̄.de re.& tranſ.conſulti,& c. ſtatuimus.[Obedientiam] hoc non ſufficit,cū ēt canonici ſeculares hanc promittant.s̄.de ma.& obe.his,niſi obediētiam monachalem promitterent:puta quia omni ſuæ uoluntati renunciarent,& omnia committerent uoluntati abbatis:quia tunc talis obedientia pro profeſſione ſufficeret 12.q.1. non dicatis.

VEniens ad præſentiam noſtram [promiſit] ſponſalia fuerunt de futuro.[Seueritate] nō fuit hic metus, qui caderet in conſtantem uirum [Suis] eremitæ [Votum] ſecus,ſi profeſſionem feciſſet,uel habitum ſuſcepiſſet,ut ſupra eo.meminimus,uel ſe ei reddidiſſet. s̄.de regu.& tran.porrectum. [Licentiam] de miſericordia.nam de rigore iuris etiam poſt uotum ſimplex non datur ei licentia nubendi licet contractum teneat. s̄.c.proxi. uel ideo datur ei licentia:quia illa perturbatione animi hoc facit. 17.q.2. Gonſaldus, uel fuit potius permiſſio comparatiua, quam licentia. ¶Alij dicunt, ꝙ ſicut non tenet uotum ſolenne poſt matrimonium contractū.s̄.de conuer.coniu.qdam,ſic poſt ſponſalia de futuro non tenet uotum ſimplex,ar.j̄.c. proxi. ut hic.cum ergo non tenuerit,non debet ei nubendi licentia denegari,nec poteſt impediri matrimonium cōtrahendum ſed licet non teneat uotum ꝑꝑ conſtitutionēs eccl̄iæ,tamen peccat contrafaciendo,& ſeruare debet.ſic ſupra de conuer.coniu.qudam,& expone tribuere non poſtponas,i.non prohibeas.

RVrſus quidam [emittens]ſine aliqua ſolennizatione [Iurauit] hæc fuerunt ſponſalia de futuro.[Nō minus] i.non minori tempore.quia utrunque ad pœnā æternam.22.q.5.iuramenti uel apud Deum ſecus tamē apud eccleſiam [Votum] ſicut enim in ſponſalibus priora ſponſalia ſunt conſumanda ſupra de ſpon.ſicut, ſic ēt in uoto & ſponſalibus ſi autem ſponſalia præcedant uotum , credimus,quòd eſt cogendus uel ſolennizare uotum,uel perficere ſponſalia ſupra de conuer. coniu. ex parte,in fi.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt mulier in propria domo fieri monacha.*
2 *Non eſt contra ſubſtantiam monachatus,quòd quis in certo loco moretur,& de certis reditibus uiuat.*

INſinuante [ſupplicatum] quod faciendum non eſt.36.qō.2. nullus. C. ſi nuptiæ , ex reſcripto
1 prin.l.j. ¶†Vt in domo] cum hæc condō ſit cōtra ſubſtantiam monachatus,uidetur ꝙ non teneat ſupra de ſtatu mo.cum ad monaſterium s̄.ti.proxi.c. ult. 32.q.2.ſolet.Reſpon.illud in matrimoniis , & hic ſecus in monachatu.ſi 28.diſt.diaconi.uel dic , ꝙ potuit fieri monacha in propria domo.27.q.1.de uiduis & hoc ipſo, ꝙ etiam ſit monacha,omnia bona eius quo ad proprietatem fiunt epiſcopi,uel monaſterii,cui ſpāliter ſe reddit.C.de epiſcopis nulli 19.q.ult.§.ul.& ep̄s , uel abbas poteſt ſibi concedere uſumfructum ad uoluntatem ſuā. Alii dicunt , ꝙ deuenient ad ſuccedentes ab inteſtato, ar.C.de epiſ.ſi quis presbyter . ¶Alii dicunt, ꝙ ſunt in pendenti.ff.de iudi.non quemadmodum; & in canonem latæ excōicationis incidunt,ſi uerberatur ab his,q nouerunt,uel ab omnibus,qui habitū portantem uident.
2 j̄.de ſen.ex.non dubium.¶†Item dic,ꝙ non eſt hæc cōditio contra ſubſtantiam monachatus,ꝙ in certo loco moretur,& de certis reditibus uiuat ſed aliqn̄ abbas, uel quilibet ſuperior poteſt hoc concedere ex cauſa ſupra de ele.cum inter R.ſed tn̄ nullus præter Papā pōt ſe obligare,ut perpetuo dimittat aliquam eccleſiā , uel locum alicui monacho.s̄.de ſta.mo.cum ad monaſteriū ſed & ſi obliget,non eſt ꝯ ſubſtātiam monachatus quia non ponit ꝙ oportet,ꝙ habeat proprium,cum in certo loco morando poſſit eſſe ſine proprio & in obedientia, ſed tn̄ quia eſt turpis condō,eſt reijcienda & monachatus tenet & ſi occurreret caſus,in quo abbas , uel ſuperior uellent ex malicia remouere illum a loco , quem ei deputarunt,poſſet ſupplicare ſuperiori , & ſuperior eum audire deberet ad ſimilitudinem ſerui.C.de preci.impe. of.l.j.inſti.de his,qui ſui uel alie.iur. uel dic, quod plus placet, quòd hæc mulier non erat monacha, & bene poterat habere proprium ; & tamen non poterat nubere propter uotum ſolenne,quod emiſerat , qd̄ qualiter fieri poſſit , nota ſupra de reg. & tran. porrectum. [Propria] bona autem ſunt eoi. uel monaſterii.
3 ¶†Habitu.] per hanc habitus ſuſceptionem ſolennizatum eſt uotum, & ideo dirimit ſequens matrimonium, ut no. ſupra.eod.meminimus.& hoc ideo eſt,quia apparuit uoluntas eius de uita mutanda immo plus dicimus, quòd ſine habitu ſolennizatur uotum,ut no.s̄. de reg.& tran. porrectum[Coercere] s̄.de conuer. coniu. ex parte,in fi. Solu.ibi.



## De eo, qui duxit in matrimoniū,quā polluit per adulte. Rub.

PRopoſitum [mulier] quæ cum non deliquerit , nec matrimonium teneat de iure , pōt ab eo recedere, ſi poſtquam ſciuit impedimentum,nullo modo conſenſit : quia cū ante mortem ſecundæ uxoris non fuerit matrimonium,quia non potuit propter impedimentum alterius uxoris,nec poſt mortem fuit matrimonium,ſi ab eo diſceſſit,uel alia ſigna diſſenſus oſtendit.& ſufficit ꝓ ſigno diſſenſus , ꝙ etiam qn̄ mulier credebat ſe legitimam uxorem,ab eo diſceſſit,& etiam contra conſcientiam. ¶Et hoc ſic probo primus conſenſus nō fecit matrimonium ꝑꝑ impedimentum,nec potuit facere toto tꝑe uitæ alterius uxoris.nec poſt mortem poteſt fieri ſine conſenſu,quem conſtat non adeſſe,ex quo ab eo ſeparata eſt,licet iniuſte,quia ſine iudicio eccleſiæ recedere ab eo non debebat.j̄.de diuor.porro.ſed ſi de nouo conſentiret in eam ſiue expreſſe contrahendo ſecum de nouo per uerba formata,ſiue tacite cohabitando ſibi carnaliter ſiue non carnaliter more ſolito cohabitādo ſibi in domo,uel alio mō,dicimus,ꝙ quaſi nouo conſenſu ſit matrimonium,& non tm̄ ꝑꝑ nouum conſenſū, ſed ēt ꝑꝑ ueterem:quia licet nullum eſſet de iure:tn̄ effigiem matrimonij geſtabat,& quia præſumuntur in eadem uoluntate permanere.C.de nup.& ſi contra.ff.eo. nuptiæ,eos,ſi quis. ¶Sed dices,quomodo ratificabitur per hunc conſenſum tacitū uel expreſſum id,quod nullum & illicitum erat ꝯ id quod eſt.ff.commo.l. ij. & ff. de uerb.ob.inter ſti.§.ſacramenta?Reſpon.hoc ſpeciale eſſe in matrimonio s̄.de deſpon.impu.duo,& c.acceſſit.& c.ateſtationes.¶Vel dic,ꝙ generaliter uerum eſt, qd̄ diximus quia quotienſcunque ex alicuius conſenſu pendet,ꝙ aliquid ualeat,ſi eius conſenſus accedat tacitus,uel expreſſus,dummō talis ſit,qui a iure non reprobatur,quod prius factum eſt, etiam ſi prius nō ualebat, tamen mō ex quaſi nouo conſenſu ualere incipit ut ex nunc,non ex tunc.ff.de of.procon.obſeruare. §. fi. ff. ad Tre.ſed & C.cōia utr.iu.j.& ij.ff.de do.inter ui.& ux.cū hic ſtatus.§.ſi maritus.& præcedentes conſenſus tamen ad iſtum ultimum trahuntur.ff.de ſer. ru.præ. per fundum. nec facimus uim , utrum ſciuerit aliam uxorem mortuam,necne,cum tꝑe, quo pōt eam habere ut uxorem,conſentiant in eam ut in uxorem,& ſolus conſenſus faciet matrimonium.27.q.2.ſufficiat ſed in hoc facio uim,ꝙ bona fide ꝯxit matrimonium cum iſto uiro. ſ.ignorans eum habere aliam uxorem: quia ſi ſciens eū habere aliam uxorem ꝯxiſſet cum eo,non crederem,ꝙ per huiuſmodi tacitos conſenſus ratificaretur primum matrimonium:ſed ꝙ tm̄ ſicut prius. ſ. per adulterium commiſcetur ei.& hoc eſt uerum.ſ. ꝙ ſicut prædictum eſt,ratificatur matrimonium ex parte mulieris ignorātis & bo.fi.ubi etiam ex parte uiri interuenit conſenſus coniugalis.Sed ſi uir,qui ſciebat impedimentum,nunc, cum poteſt,nollet matrimonialiter conſentire in eam, cogi debet de nouo contrahere,ut no. s̄ de ſpon. cū in apoſtolica ſi tn̄ poſt mortem prioris uxoris coniuncti ſunt, ſiue ſciuerint de morte prioris uxoris , ſiue non, amodo ſeparari non poſſunt , cum ſemel conſenſerint matrimonialiter coniungi,& eo tempore,quo erant ſoluti.alii contra,ut no.s̄.de condi.ap.ſuper eo.¶Et idem credunt, ſi liber contrahit cum ancilla ignorans eam ancillam:quia ſi poſtea fiat libera,etiam ſiue ſciat eam

ſuiſſe

fuiſſe ancillam,ſiue non,ſi poſt cognoſcat eam,ratificatum eſt matrimonium,arg.ĩ.de coniu.ſer.c.ij. alii tamẽ bene,ut nobis uidetur,contradicunt.nam ex conſequentia prioris conſenſus uř cognoſcere,ar.ff.de adul.quam uis,& l. ſi mulier.ff.de mino.l.iij.§.Seio,niſi aliquo probabili arg.appareat,ꝙ ei uellet matrimonialiter cõmiſceri, ut no.ĩ.eo. ueniens & quod dicimus de muliere, qñ eſt inſcia,idem intelligimus de uiro inſcio;& multo fortius,qñ ambo ſunt inſcij:quidam tñ in multis cõtra dicunt his,quæ hic notauimus.

SIgnificauit [conſenſerit] per uerba de præſenti: qa ſi ſponſalia tm̃ interuenirent,non diſſolueretur ſecundum matrimonium ĩ.de ſpon.duo, licet [cognouerit]not.ſufficere ſponſalia de præſenti etiam ſine carnali copula,ut non teneat matrimonium cum ſecunda, cui fidem dedit,& cognouit tali ſponſa uiuente ſcilicet de præſenti [Alioquin] i. ſi non interuenerit coactio [Ad ſecundam] ſ.quam deſponſauit prima uiuente.

SVper hoc [de facto] qa de iure nihil agitur i matrimonio ɔ̃hendo per uerba de præſenti [fidem] de ea ducenda poſt mortem ſuæ uxoris.ĩ.e.cum haberet. [Fidem] idem eſt,& ſi cum ea contrahat ſtatim ꝑ uerba de præſenti,& cognoſcat.ĩ.c.proxi.& ſe.ſecus autem,ſi eam cognoſcat,uel in domum adducat tanquam concubinam infra qui fi.ſint leg tanta infra e.ſignificaſti.¶Itẽ ſi contrahat tm̃ ſiue per uerba de præſenti,ſiue de futuro,& non cognoſcat legitima uiuente non impedit poſt mortem cum ea ɔ̃here infra e.c.ul.ſi aũt cognouerit eã ante,quam tũ ea ɔ̃hat,ſiue poſt, non pôt cum ea ɔ̃here infra e.c.ul.machinatio autem ſufficit,ẽt ſi copula carnalis non interuenerit,& etiam ſi fidem non dederit de ea ducenda:ſed hanc intentionem hẽbat in occidendo marito ĩ.de conuer.infi.c.j.in fi.ſi aũt occidiſſet eũ, ſed non hac intentione,licitè poſſet eam habere uxorẽ,ar.ĩ de conuer.infi.c.j.in fin.

EX literarum [ſumpſit] & ideo non ualuit, uir autem poſſet. [aliam] facti conſciam [Superduxit] tanquam uxorem, ut no.ſupra c.proxi.

CVm haberet [adulterium] hoc adulterium, ſi non dediſſet ei fidem de ea ducenda,uel niſi facto contraxiſſet cum ea de præſenti, non impediret matrimonium inter eos.ĩ.c.ij.& hic [Eam] facti conſciam[Contrahere] de facto.& hoc fuit legitimum impedimentũ [Quaſi] ideo dicit,quaſi: quia in ueritate mřimonium non eſt [Neceſſaria] in alimentis. nam in debitis exoluendis & alijs neceſſitatibus non tenetur ſubuenire. ff. de lib.ag.ſi quis ab §.ſi uel parens.Item quod hic dicit, intelligo ſm canones.nam ſm leges patres & aſcendentes per lineam paternam non tenentur alere filios niſi iuſtos. matres autem & aſcendentes per maternã lineã ẽt uulgo quæſitos alere tenetur.ff.de lib.agn.ſi qs,rñ.j. §.j.De alimentis autem legitur & notatur.ĩ.de conuer. in fi.cap.ult.

SIgnificaſti. [alter] no. ſufficere alterum machinatũ in mortem prioris. uñ,ẽt ſi uir in mortem ſuæ uxoris machinatur, adulteram, propter quam ducendam machinatus eſt,ducere non poterit,ar.31.q.1.ſi qs uiuente.& ſi machinatus eſt in mortem mariti concubinæ multofortius ſupra e.ſuper hoc [Formam] no.etiã iniuſtè excommunicatum abſoluendum ſecundum formam eccleſiæ.

VEniens cohabitauit] ex quo copula interuenit, ſiue ignoret mortuam priorem uxorem, ſiue non, ratificantur priora ſponſalia, quia bene præſumitur, ꝙ ex quo timore peccati receſſit ab ea, ſi poſtea reddit ad eam,cum ſine peccato poteſt ei cohabitare,ꝙ matrimonialiter ei cohabitare intendit.[Adulteræ]ducẽdo eã poſt mortẽ uxoris primæ;qđ nõ poteſt eſſe,niſi ſciat eum habere aliam uxorẽ [Adulteræ] ſcienti, ꝙ aliam haberet uxorem.nam uir ei fidẽ dederat uiuẽte uxore prima,ſicut ex lřa apparet[Cõcedatis]& nõ cõpellatis.

SI quis uxore [ante] fidem datam, uel matrimoniũ de facto contractum cognouit ꝙ ſi primam nũquam cognouit forte præuentam morte,uel religione,dicunt quidam,ꝙ licet non tenuerit mřimoniũ, qđ uiuẽte prima contraxit.ĩ.c.proxi.tamen poſtea cum ea contrahere potuit, cum primam non cognouerit. Alii dñi contra,& pro eis ſufficere uidetur ſupra e.c.proxi.& c. ij.& hoc placet.

## De coniugio leproſorum. Rub.

PEruenit. [de conſuetudine] 33.q.2 hoc ipſum [Et uiri] nõ.uirum teneri ad ſequendum uxorem,cum ex neceſſaria cã abcſſ.ali ter n.uxor tenetur ſequi uirum ex quacunque cã recedat.13.q. 1.unaquæque,arg.33. q.5.cum apud,niſi uellet eam trahere ad maleficium infra de diuor.quanto,niſi eſſet uagabundus 34.q. 2.ſi qs neceſſitate. [Sequatur] ad reddendum debitum, non ad iacendum in eodem loco,uel morandum in eadem domo [Poterunt] quidam credunt hoc ius cõe. alii dicunt eos præciſe cogẽdos, ſed hic de benignitate aliud tolerari.32.q. 5.horrendus ĩ.c.prox.

QVoniam nemini[ſeparanda] quin ſit matrimoniũ [Soluendum] ĩ.ca.proxi.nota.

LIteras [cogi] ſupra de iureiuran. quemadmodum, ubi no.

## De coniugio ſeruorum. Rub.

DIgnum [Seruitia] & ſi ſimul cõcurrat uxor ad petendum debitum,& dñs ad petẽdum ſeruitium:quia de debito reddendo ſe cito expedit, uidet̃ dominus malitioſe facere, ſi nec modicum momentum det ſeruo ad ſatisfaciendum uxori;unde eius maliciæ non eſt indulgẽdum.ff.de rei uindi.in fundo . quia tñ non potuit ſe obligare in præiudicium prioris obligationis, & quia res tranſit cum onere ſuo,primo obediet dño,ar.ſupra de iure.tua,niſi timeatur de adulterio.tenetur eũ ſequi, quocunque dñs miſerit eum . ſi tñ uellet eum uendere Gr..cis,forte non poſſet , quia ſeparari non debent,ar gu.C.communia utri.iudi.poſſeſſionum 54.di.fraternitatem. ſed alicui propinquo cogi poterit ad uendendũ bonis condi.intereſt enim,ne quis re ſua male utatur, inſti.de his,qui ſunt ſui uel alie.iu.§.ſe.ff.e.ſi dominus. Itẽ credimus,ſi diuerſorum ſerui & ancillæ copulent: quod non debent ita diuidi, ꝙ ſibi aliquando debitum reddere non poſſint.

PRopoſuit [carnaliter] pendente autem lite nõ red det ſibi debitum,ſed prius excommunicationem ſuſtinebit.ĩ.de ſen.excom.inquiſitioni.ſecus eſt in adulte ra,quam in uxore,de qua :o.infra de ſen.excom.inquiſitioni. [Audiuit] & credidit.non.n. cuilibet referenti credendum eſt. 23.q.4 quam magnum.ff. quod cũ fal. tu.l.ij.& titubans pro ignorante habendus eſt.C.de cõdi.inde.l.ul.ff.de li.ho. & l.iij.§.his [diuortij] & quidem



dem error deterioris conditionis impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam contractum, ut ſi liber contrahat cum ancilla,ut hic per totum : ſed ſecus eſt, ſi ſit ibi error maioris uel paris conditionis,ut ſi ſeruus cum libera contrahat, uel etiam cum ancilla, etiam ſi credat eam liberam: quia non habet qd ſibi obiiciatur. 32.q.7.per totum. ar.ĩ de diuor.ſignificaſti. Item alia ratione,quia edictum de matrimonio eſt prohibitoriũ, & tenet matrimonium ſeruorum etiam dominis contradicentibus [mulieri] ideſt domino mulieris, uel de æquitate canonica loquitur.

LIcet. [conditionem] a iter.n.eſt de iure.32.q.4.liberi,C.de rei uin.partus. [patris] quãtum ad partem ſufficiebat quinquẽnium, C.ne de ſta.defun. & l.j. l.ſi pater. [iudicandum] non eſt diuortium faciendum.

AD noſtram. [intellexit] & credidit, ut not. ſupra eo.cap.j. [conſenſerit] repete, quod diximus de eo, qui duxit in ma.c.j.

## De natis ex libero ventre. Rub.

INdecens eſſe. [ad ſeruitium] ideſt in ſeruitutem, C.de natis ex libero uentre.l.j.

## De cognatione ſpirituali. Rub.

COGNATIO ſpiritualis diuiditur in paternitatem,& filiationem, & fraternitatem, ſororitatemque . nõ enim ꝓcedit ad nepotes, & ulteriores. filia enim ſpiritualis mea poteſt ɔ̃here cum filio filij mei, licet non cum filio meo, arg.30.q.3 c.j.& ſufficit ea ſola ratio : qa prohibitum non inuenitur matrimonium inter tales. & credimus, ꝙ non ſolum filio legitimo non poteſt copulari filia ſpiritualis, ſed nec illegitimo : filio autem adoptiuo filia ſpiritualis legitimè copulatur.

VTrum autem [matrimonium] forte illi, qui ſunt. 30 q.4. ſuper quibus. [poſt ſuſceptum] ſed contra uidetur:qa primus canõ intitulatus eſt noĩe Paſcaľ. I I. qui fuit poſt Vrbanum, qui eſt ſecũdus intitulatus. ſed potes dicere ꝙ Gra.errauit in titulo. debuit.n.dicere Paſcaľ. I. uel loquitur de aliis canonibus,qui non ſunt in noſtris cõpilationibus. [Conſuetudo] quæ in contrahendo matrimonio ualet,ſed in contracto minimè, arg.ſupra de ſpon.duo.licet, & c.tuas,ĩ eo.ſuper,cõtra. ibi ſol. quãuis dici poſſet,ꝙ cum iſta impedimenta ſint per conſtitutionem eccleſiæ inducta, per contrariã conſtitutionem,uel conſuetudinem legitimè introductam poterit contrarium introduci.

SI uir, uel mulier.

SVper eo.[ita ꝙ] hic redit ad primum caſum,ſ.ꝙ qñ filius,ꝑ quem ɔ̃cta eſt cõpaternitas,ɔ̃hit. alij intelligunt de aliis filiis,& exponunt uerbum,ſeparare, ad pniam agendam, non ad torum, uel in perpetuum.

SVMMARIVM.

1 *An poſſit quis ducere in uxorem commatrem.*
2 *Item quæ commaternitas impediat matrimonium.*
3 *An fornicarius poſſit accipere in uxorem commatrem fornicariæ ſuæ.*

MArtinus Bertam [ſuſcepit] poſtq̃ contraxit cũ T. & eam cognouit: quia tunc enim cõpaternitatem quæſiuit.30.q.4.ſi quis vnus. ſecus aũt ſi
1 copula ſecuta eſſet cõpaternitatem. 30.q.4.c.j. ¶Qui ſpiritualem poſt ſuſceptum.] tunc.n.nõ ſunt effecti vna caro ante cõpaternitatem:licet eſſet ſpõſa de præſenti, tñ non quæreret cognationem ſpiritualem. vnde non prohibetur aliquis cõmatrem,quã vxor quæſiuit,dum ſponſa erat, ducere in uxorem . alij tñ dicunt contra.
2 ¶†Quibus autẽ caſibus quis poſſit habere duas cõmatres uxores, & quæ cõmaternitas hic impediat matrimonium,& quæ non, his uerſibus notatur. Quæ mihi, uel cuius mea natum fonte leuauit, Hæc mea cõmater fieri mea non ualet uxor. Si quæ meæ natum,nõ.ex me fonte leuauit, Hanc poſt fata meæ nõ inde uetabor habere. ¶†De fornicaria dicũt quidam,ꝙ ſi leuauit filiũ alterius de ſacro fonte, nihilominus fornicarius poteſt accipere in uxorem cõmatrem fornicariæ ſuæ:quia ſpiritualem proximitatem nõ poteſt quærere fornicaria. Alij dicunt,ꝙ ſicut quæritur carnalis affinitas per fornicarium coitum, infra de eo,qui cog.conſang.ux.ſuæ, diſcretionem,& eadem ratione & ſpiritualis proximitas, maximè cum canones idem conſtituant in vnione carnali, quãntum ad acquirendum ſpiritualem proximitatem. ſi autem duo leuauerunt eũdem de ſacro fonte,ipſi duo non prohibentur contrahere. Item ſi Martinus prohibetur accipere Thebergam , cuius filium Berta ſuſcepit de ſacro fonte, multo fortius prohibet̃ accipere filiam ſpiritualem uxoris ſuæ. 3

COntracto. [Sal.] de conſecr.diſtin.4. ſal cœleſtis. [pabulo] arg.ex his, quæ ꝓcedunt baptiſma, non ɔ̃hi cõpaternitatem.32.diſt.in §.uerum,ĩ, in fi.30.q.3. non oportet, ſuper quibus, & q.1.peruenit, de conſecr. diſt.4.de hinc, & c.in catechiſmo. Sol.H.dixit, per ſeptem ſacramenta,quę ſunt à primo pabulo ſacrati ſalis uſque ad ɔ̃firmationem, ɔ̃hi cõpaternitatem,quæ & impedit & dirimit matrimonium. & hæc decr.reſpõdet, ꝙ puer erat tñ filius concubinæ,non Petri. vel ꝙ hæc non ſit decr.Bar.dixit,quia per tria tm̃ ſacramenta cõtrahitur cõpaternitas per catechiſmum, baptiſmum,& confirmationem , de conſecr.diſt.4. in catechiſmis. & hæc decr.reſpondet,ut H. uel non tenuit ad totum catechiſmum,ſed ad miſſionem ſalis tm̃. ¶Ideò G. dicit, ꝙ per dicta tria ſacramenta tm̃ contrahitur cõpaternitas, quorum duo,ſ.baptiſmus, & confirmatio dirimunt matrimonium? ſed cathechiſmus tantum impedit,& nõ dirimit. & eſt ratio, quia præcedit baptiſmum,qui eſt ianua omnium ſacramentorum. 32.diſt. c.uerum, ĩ de presb.nõ bap.c.j.& iij. Item eſt alia rõ, quia ante baptiſmum non eſt filius eccleſiæ : quia ſine baptiſmo nullus ſaluatur.15.q.1. firmiſſimè. & ſi non eſt filius eccleſiæ, non eſt filius ſpiritualis ; & ſic non eſt ſpiritualis cognatio contracta. non ergo propter hoc debet matrimonium ſeparari.

VEniens [ante] ſecus, ſi poſt.

TVa nos [filiam] per quam contracta eſt compaternitas.

EX literis.

## De cognatione legali. Rub.

SI qua [per adoptionẽ] legalis cognatio ſuperioris ad inferiorem hoc ſemper prohibet : qa etiã collateralis impedit, dũmodò duret,ut hic,& ff.de ri.nup.per adoptionẽ. Item filius adoptiuus cum uxore adoptãtis, & adoptans cum uxore filij adoptati etiam finita adoptione contrahere non poteſt, ff.de rit.nupt. adoptiuus.

prius. & hæc uera ſunt in filio arrogato, qui in poteſtatem adoptantis tranſit, non autem in adoptato, ꝙ non tranſit in poteſtatem adoptantis. hic.n.licitè ꝯhit cum filiis adoptantis. item arrogatus licite contrahit cum filiis illegitimis arrogantis, cùm non ſint in eius poteſtate. Alij dicunt idem in arrogato & adoptato, arg.C.de adopt.l.penult.§.penult.

## De eo, qui cognouit conſanguineā vxoris ſuæ. Rubr.

SI quis cum filiaſtra. [nec à matre] ipſa autē licitè exiget.

VEniēs [ſpōſæ] de futuro [diſpēſatione] diſpenſatio neceſſaria eſt, ubicūq; aliqd fit ꝯ ius, ſiue ſint clerici, ſiue laici [eam] .ſ.matrem.

DE illo [publicum] ita ꝙ probari poſſit. nam melius eſt tacere, q̃ deficere in ꝓbationib 2.q.7. plerique. ſecus, ſi eſſet ſponſa de futuro, ſ̃ de ſpōſ.ꝑtereà.

TRanſmiſſæ nobis.

SVper eo, quod [ſeparari] ſupra de teſti. præterea, contra. ſolu.ibi. Separari, ſupra de præſump.tertio, contra. ſolu.ibi.

DIſcretionem. ¶Repetat] no.per fornicarium coitum ꝯhi affinitatem. [adulterij] no.dici adulterium, quod fit cum ſponſa alterius de præſenti.

FRaternitati tuæ [extraordinaria] & idem eſſet, ſi extraordinaria pollutio non interueniſſet. ¶Et extraordinaria.] extraordinaria.n.pollutio alterius tm̄, etiam ſi intra clauſtra pudoris fiat, non facit affinitatē, nec matrimonium conſummat, niſi ex affectu fiat matrimoniali. 35.q.3.extraordinaria. ad hoc enim, ut cōtrahatur affinitas, neceſſe eſt ſanguinis utriuſque fieri cōmixtionem, arg.35.q.10. fraternitatis. vnde licet mulier ſemen emittat, ſi uir non emittit, non contrahitur affinitas. & eſt ad hoc arg. de frigido, qui palpitando poteſt mulierem prouocare ad ſeminis emiſſionem, & è conuerſo; & tn̄ non eſt ibi matrimonium, uel cōmixtio ſeminis; & ideò nec affinitas. ſed uir emittat in mēbro mulieris, & non mulier, dubitari pōt. tn̄ ſiue emittat, ſiue non, & etiam neutro emittente, tamen ſpōſalia primo facta ratificari crederem propter cōſenſum matrimonialem, qui ibi eſt, uel præſumitur, arg. præalleg.c. extraordinaria, dūmodò ſint matrimonio apti, uel ꝓximi, ſupra de deſpon.impu.continebatur. hæc autem ſecunda ſponſalia ſeparantur non propter affinitatem, ſed propter pu.hone. iuſtitiam.

EX literis. [puellæ] cum hac puella erant tantum ſponſalia.

VEniens [conſulas] nam ſi non ſponſam cognouit, ante, q̃ ſponſam de futuro, neutram habere poteſt, ſupra cap.proxi. ſecus, ſi prius cognouiſſet ſponſam, cū affinitas ſuperueniens non dirimat matrimonium, ſupra eo. diſcretionem, infra cap.proxi.

TVæ fraternitatis deuotio.

IOrdanæ mulieris.

S V M M A R I V M.

1 *In cauſa matrimoniali publicatis atteſtationibus, iterum ſuper eodem articulo recipiuntur teſtes.*

## De conſang. & affinitate. Rub.

EX literis tuis [ſubarrhaſſet] per anulum. [Reuixit] no.ſæpe procedi ad inquiſitionem, uel accuſationem; & eſt hoc ſpeciale in matrimonio. de hoc no.infra de pur.ca. cum dilectus [archipresbytero] qui uel ex conſuetudine, uel ex delegatione cognoſcebat, uel male proceſſit. & ideò quaſi non teneat, quod coram eo factum eſt, mandatur de nouo procedi ꝑ abbatem [quarto] bene ſufficiebat quintus gradus ad ſeparationem, ſed quia pars uoluit ſe hoc onere probationis grauare; ideò de quarto gradu proponit. uel hoc ideo dicit, quia habebat ſuſpectos teſtes, & ideo non vult eos audire ultra quartum gradum. ſed ſi ultra quartum gradum ſunt, vult pro diſpenſato haberi. citra autem difficilior eſt diſpenſatio. [† Si per teſtes] hinc colligitur
1 ſatis expreſſè, ꝙ in cauſa matrimoniali poſt publicatas atteſtationes iterum ſuper eodem articulo recipiūtur teſtes non tantum in cauſa appella. ſed in cauſa principali; ad idem ſupra de teſti.cum in tua. facit etiam ad hoc, quia ſi res inde non obeſt, quin iterum cognoſcatur de eodem. imò ſatis uidetur, ꝙ etiam in eadē cauſa iterato recipiet nouas probationes non tantū inſtrumentorum, ſed etiam teſtium, arg.ſupra de re iud. lator, conſanguinei, ſupra de teſti. cum in tua [poteſtatem] ſunt enim iudici neceſſaria ſcientia, & poteſtas. 21.diſt.§.j. & §.aliter. ipſi enim præſumuntur maioris ſcientiæ, & magis exercitati.

SVper eo. [nondum] & ita fuerunt tm̄ ſponſalia de futuro [fide] fides interpoſita eſt cā, quare ſolum dictum ſponſi non ſufficit ſine adminiculo famæ. alias enim ſolus ſufficeret, ſupra de ſponſ.prætereà.

QVod dilectio [ſexto] hodie oībus licet in quartò [legati] ꝙ ſuper hoc habebat ſpāle mandatū: aliter nō liceret, ſ̃ de trāſa.c.ult. [quoto] hęc regula nō habet hic locum: qa erat indulgentia & conſuetudo contraria [differendum] infra cap.ult.contra. ſol.hoc ſpeciale eſt: quia hic fuit diſpenſatio, quæ, cum ſit contra ius commune, eſt reſtringenda. ibi loquitur de iure communi. ſed argu.contra.ff.de conſtitu.prin. l.ult.ſupra de dona. cum dilect. Sed illa loquuntur de indulgentiis, quæ non ſunt contra ius, uel in alterius præiudicium, quia in illis ſecus, ſupra de tranſla.epiſc. cap.ult.ff.quod quiſq; iur.l.iij. Item hic ſecus propter conſuetudinem contrariam.

DE infidelibus. [denotatos] & prohibentes matrimonium [eos] ſi matrimonium eſt apud Iudęos, ergo indiuidua coniunctio. 27.q.2.§.j. q̄uo ergo ſcd̄m ueteris teſtm̄ conceditur libellus repudij, ut 34.q.2.non ſatis? Rn̄. illud ſemper fuiſſe peccatum: ſed permiſſione cōparatiua conceſſum, ĩ de diuor.gaudemus, & c. quāto. ſed ad hoc obiicitur, ꝙ vno infidelium cōuerſo ad fidem, alio non conuerſo nolēte ſibi cohabitare ſine contumelia nominis Chriſtiani ſoluitur matrimoniū, ĩ de diuor gaudemus, & c.quanto. ſed dic ſuperiorem deſcriptionem locum habere in matrimonio rato tm̄. Item obiicitur, non uidetur eſſe matrimonium apud Iudęos, cum ſecundum eos tādiu duret, quādiu libellus repudij detur, ſupra de cōdi.appo.c.ult. 32.q.2.ſolet. Reſpond. aliud eſt, cum à conſtitutione, uel conſuetudine habet, ꝙ ſeparari poſſit: aliud eſt cum à pacto contrahentium, quod non licet.

QVod ſuper his.

Quia



QVia circa [obtinenda] nō intelligas, ꝙ hic obtēta fuerit diſpenſatio ſuꝑ mr̄imonio, ſed data fuit alicui ptās diſpenſandi. & ille, cui commiſſa erat diſpenſatio, timuit, & bn̄ ad diſpēſationē ꝓcedere: qa [a] cā diſpēſationis ceſſabat; & hoc innuit hoc uerbum, obtinēda [diſſimulare] ꝑꝑ maius malū uitandum diſpēſationē aūt ualere non credimus, arg.ff.de na.libe.l.j.ſ̃.de off. or.ex parte.ĩ.de ſen.exc.cum pro cauſa. ſed iſta diſſimulatio habet uim diſpenſationis ita, ꝙ de cętero non poteſt ſeparari ipſum matrimonium. nam ſtultum eſſet dicere, ꝙ maneret in adulterio.

a ¶*Quia cauſa diſpenſationis. Hunc dicit uerum intellectū Pet. de Anch. in conſ.208. incip. iudex, de iure columna 3. poſt medium. & iſtud conſilium habetur inter cōſilia Card. nu.29. & quotam colūna.4. in prin.*

TVa duxit hoc eſt no. [filio] dicendo ſic: ego uidi, uel audiui, ꝙ tales uocabant ſe adinuicem patruū & nepotem, uel quia dicebatur, ꝙ ille fuerat frater patris, & alter filius patris,

NOn debet [de coniugio] cū tm̄ in his caſibus, puta in ſcd̄o & tertio gn̄e affinitatis, & in ſobole ſuſcepta ex ſcd̄is nuptiis ſit ſublata publicæ honeſtatis iuſtitia, uidetur, ꝙ ſicut olim, ſic hodie quis nō poſſit habere uxorem duorum fratrum. 35.q.3.porrò. quidam tn̄ dicunt in omnibus ſublatā niſi in ſponſa de futuro, de qua habuiſti.ſ̃.de ſponſa.iuuenis, & ſ̃.de deſpon.impu. acceſſit [perpetuam] hodie ergo circa matrimonium, non erit præſcriptio.

VIr, qui à ſtipite [licitè] ſ̃.e.quod dilectio contra, ſolue ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Impotentia coeundi quibus modis probetur.*
2 *Frigiditas uiri quotupliciter probetur.*
3 *An admittatur probatio mulieris uolentis per aſpectum corporis probare ſe uirginem.*
4 *Cuiuſmodi iuramentum requiratur contra matrimonium.*
5 *Quando probationes uiri & mulieris ſunt pares circa impotentiam coeundi quæ præferantur.*

## De frigi. & malefi. & impotentia coeundi. Rubr.

1 ACcepiſti mulierē [ꝑ mēſem] idē eſt, ſi ꝑ annū, uel diē. idē eſt, ſi ꝑ centū ann. † Per uerū] ꝑ iurm̄ utriuſq; cū ſeptima manu ꝓpinquorū. 33.q.1.c.2. uel qa mēbrū habet aridū & eſt melius, ꝙ tūc ēt ꝑ triennium expectēt, cū finale iudiciū de futuro pēdeat. ĩ.e.lauda, & c.fraternitatis, in fi. tn̄ nō credit̃ neceſſariū, ꝙ tm̄ expectēt, ſi alr̃ ꝯſtet indubitabil̃r de eius impotētia; puta qa iā plenè adultus eſſet, & indubitabilis ariditas appareret. ĩ.e.lauda, in prin. & c.fraterni.ibi, licet ꝑ errorem. ¶Vel potes dicere, ꝙ principiū huius dec. loquit̃, qn̄ confitent̃ ambo impotētiā uiri. & tūc ſi ꝑ unū mēſem ſimul dederint operam copulæ ꝯiugali, ēt ſi nō appareat impotēs ꝑꝑ paruitatē & ariditatē mēbri, ēt qa mulier incorrupta oſtēdit̃, & ēt ſi hoc nō appareat, ſed uirū impotētē dicūt: tn̄ neceſſe eſt, ꝙ ſeptima manu ꝓpinquorū hoc probet̃, ut hic: qa pōt eſſe, ꝙ licet mēbrū ſit paruū & aridū, tn̄ ſemē poteſt emittere, ſicut & urinā emittit & ꝑꝑ hoc dubiū nō ſufficit ꝓbatio aſpectus corporis, uel ꝯfeſſio, n ſi addat̃ iurā ꝓpinquorū. Itē nō ſufficit, ꝙ una die māſerit mulier cū uiro, imò neceſſe eſt, ꝙ ad minus ꝑ mēſem fuerit in experiētia copulæ cōiugalis. Itē ſi ſteterit cum uiro plus, q̃ annum, ꝙ non reclamet, ēt ſi poſtea oīa iudicia frigiditatis uiri oſtendere uelit, & etiam iuramenta p̄ſtare, ulterius non audiunt̃: qa oībus modis præſumit̃ carnalis copula interueniſſe, quāuis in hoc caſu poſſet dici probabil̃r, ꝙ ēt poſt annū & ſemꝑ, ſi cōfitent̃ impotētē uirū, ſepari debēt, iur̃is p̄ſtitis, & maximè ſi p̄dicta iudicia frigiditatis apparēt. ſed vr̃, ꝙ deberēt eſſe triēnio in ꝓbatione copulæ cōiugalis. ĩ.e.lauda ſo. illa loquit̃, qn̄ nulla uel pauca ſigna frigiditatis apparent, & tūc erit neceſſariū trienniū, uel intelligitur, qn̄ fuerint ſimul plus, q̃ ꝑ annū: qa & tunc pōt mulier petere ſeparationem, ſed triennio erunt in probatione. uel illud habet locū, qn̄ prius nō pōt probari frigiditas uiri: qa tūc dandum eſt triennium; & hoc ipſum ſonat litera illius.c. Sed quia hic ante probatur frigiditas, nō eſt neceſſarium triennium. uel hic loquitur, qn̄ uterq; confitetur: ibi, quando alter tantum. ſed & quando ambo cōfitentur, uidetur neceſſe hoc triennium. ĩ.eod.c.fin. ſed dic ibi loqui ultra annum, qn̄ cum eo manſerat. ¶Secunda autem pars huius decreta. loquitur, quando mulier dicit maritum frigidum: ſed ipſe negat. in hoc caſu enim ſi per 6.menſes ſteterit cum marito ſine reclamatione nunquam de cętero prætextu frigiditatis poterunt ſeparari; & hoc ideo, qa p̄ſumitur ab eo cognita. nec proderunt ei prædicta indicia frigiditatis uiri & ſuæ uirginitatis, quia poteſt eſſe, ꝙ propter modicum membrum uiri mulier adhuc apparet integra, uel aliter timetur oculi deceptio. ¶Tertia pars dicit, quòd ſi tantum per duos menſes, uel per minus ſpacium ſex menſium fuerit cum uiro, & tunc reclamauerit de frigiditate uiri, etiam ſi uir neget: tamen ſi probauerit per iuramenta frigiditatem uiri, & nihilominus per alia indicia uiri, uel per aſpectum ſui corporis, ſeparabitur matrimonium: ſed in hoc caſu non eſt neceſſe triennium experientiæ copulæ coniugalis, ut in illa decreta. laudabilem; & hoc ideo, quia cito reclamauit. ſed in ſecundo caſu hic.ſ̃.proxi.nota. poſſet dici ſuccurri mulieri. quæ nimis tacuit per experientiam triennij; ad hoc facit decr. laudabilem, & hoc magis literæ conſonare uidetur, quicquid dicant glo.not.in hoc caſu, &
2 in c.laudabilem. ¶† Et not. quòd tria argumenta inuenta ſunt ad probationem frigiditatis, ſ. aſpectus corporis, iuramenta ſeptimæ manus propinquorum, & triennium. ſed diſcretus iudex prouidebit, & utrum unum ſolum, uel duo, uel omnia tria argumenta faciat p̄ſtari. & cum in ſententia ſeparationis matrimonij periculum animæ uertatur, melius eſt, ꝙ ſuperabundent probationes, quàm deficiant [reparare] not. contra ſententiam ueniri ueritate manifeſta [reparare] 33.q.1. ſi per ſor.contra ſo. illud tenet, quando propter maleficium ſeparatur: ſed hoc quando propter frigiditatem. Alij dicunt illud derogatum, & melius [dimidium] idem, ſi poſt duos menſes, ut infra ſequitur.
3 hoc non placet. † credendum] niſi mulier per aſpectū corporis uelit probare ſe uirginem, quæ probatio p̄fertur. ſ̃. de proba. propoſuiſti. aliqui tamen dicunt, ꝙ in hoc caſu etiam, ſi mulier per aſpectum corporis uelit probare ſe uirginem, nec admittitur, cum poſſit & conſenſiſſe uideatur eum habere ut fratrem, & ſi non poſſit eum habere ut maritum. ĩ.eo.conſulta. & quia ſi propter frigiditatem uiri ſepararetur, daretur mulieri

lieri licentia nubendi alij. ſed põt eſſe, ꝙ mulier eſt u.rgo,non quia uir ſit impotens, ſed quia ſibi coniungi nõ uult; & tunc non eſt licentia ſibi danda nubendi alteri: ſed uir cogendus eſt ad eam accedere.ſi autem ambo cõfitentur uirum impotentem, licitè ſeparari poſſent cũ ſolennitate ſupradicta ſ̃.e.in prin. [caput] 33.q 1.ſi qs uxo.& ſunt hæ rationes,quia tractu temporis præſumit̃ ꝯ eam.ſ̃.de ſpon.ad id, & quia quilibet præſumitur potens.50.diſt.quia. Et quia ſtat pro matrimonio, quod
4 eſt fauorabile.32.q.1.dixit.† per rectum] .i.iurm̃ cum ſeptima manu propinquorum mulieris. nam quando aliqui confitentur contra matrimonium, ne colludant hoc iuramentum eſt neceſſarium.ſ̃.de eo,qui cog.conſan.uxo.ſuæ,ſuper.33.q.1.ſiqs, niſi fama eorum aſſertionem adiuuet: quia tunc exoneratur probationibus horum iuramentorum.335.q.6.ſi duo. hoc non placet, quando petitur ſeparatio ꝑꝑ frigiditatem, ubi parum aut nihil fama ualere poteſt. Sed ſecus eſt in conſanguinitate,ubi multum ualet fama. ſed de hoc plenius no.ſ̃. de præſump.tertio.ſed licet non credatur contra matrimonium,ut hic dicitur,pro matrimonio bene creditur,niſi eſſet impedimentum alterius mr̃imonij.31.q.2. Lotharius: uel niſi de falſo ſuſpecti eſſent,& quod dicitur non credi eis contra matrimonium intelligendum eſt ſeparandum: ſecus, ſi uellent ſeparare torum pro-
5 pter continentiam.33.q.5.ꝙ Deo. ¶†Contra id, quod hic dicitur,ſ.ꝙ creditur mulieris iuramento cum.7.manu, Sic opponitur, Quid erit, ſi maritus cum totidem ſit paratus iurare,ꝙ coire poteſt,uel ꝙ cognouit eam, dico,ꝙ tunc præfertur probatio uiri propter rationes, quas hic notaui.¶Habet ergo locum,quod hic dicitur, quando uir tantum & ſimpliciter dicit,ꝙ cognouit eã, mulier aũt & dicit,& iurat cũ ſeptima manu ꝓpinquorum,aliqua etiam præſumptione ariditatis,uel alia p̃cedente. põt etiam intelligi: quia ſi mulier dicit ſe incognitã & uirginẽ,& uir dicit ſe cognouiſſe,ſi poſt duos menſes hoc dicat mulier,non admittetur probatio mulieris uolentis ſe probare uirginem per aſpectum corporis: ſed tantum uiro creditur cum ſæpe fallatur oculus. 27.q.1.nec aliqua. Idem etiam, ſi uellent eum probare maleficiatũ,non admittet̃ mulieris probatio, & hoc ꝑꝑ rõnes in alia gloſſa aſſignatas: ſecus aũt, ſi uellent ꝓbare ꝑ aſpectum corporis maritumfrigidum,uel maritus mulierem artam: quia in hoc bene admitteretur eius probatio,cum hæc ſatis de facili cognoſcatur:ſecus aũt ſi ante duos menſes proteſtetur de impotentia mariti.

QVod ſedem [impotentes] ꝑꝑ frigiditatẽ,uel alio ꝑpetuò impedimento. nam ſenes licet ſint impotentes ꝑꝑ defectum caloris:tñ bñficio medicinæ coire poſſunt,& ꝯhere poſſunt, ar.C.de nup.ſancimus.31.q.1.aperuit,& c.ꝙ ſi dormierit.De paruulis autem dic, ut not.ſ̃.de deſpon.impu.puberes, & capitulo continebatur.

EX literis tuis [ꝯxit] .i.ꝯxiſſe apparuit. etenim ſi certum eſſet,ꝙ infirmitatem ꝑꝑ impotentiam mariti. ꝯxiſſet,non bñ ſequeretur,ꝙ ſit uitium &c. nec ꝑꝑ uitium de nouo contingens deberet ſeparari mr̃imoniũ.

COnſultationi tuæ [incredibile] ſatis apparet hic hanc decr.loqui in eo caſu,quando quis ꝯxit ſcienter cum impotente operatur.n.ſcientia eius, ꝙ eam teneat in ſororem. ſi autem ignoranter contraxiſſet cum arcta,non cogeretur eam habere ut ſororem,licet poſſet,ſi uellet.j̃.c.proxi. potens autem ſi cum alia ꝯhat, ſemper tenet matrimonium,quãuis in primo caſu arctam ut ſororem tenere cogatur,& alere.

LAudabilem [requiſiſti] prima pars decr.loquitur, qñ unus coniugum dicit ſe cognouiſſe: alter diffitet̃:qa tunc debet dari triennium, & iurm̃.7.manus ꝓpinquorum alterius coniugis,ſ.negantis copulam.Scd̃a aũt pars loquit̃,qñ uterque confitetur; & tunc non eſt neceſſe dari triennium, ſed ſufficit ſeptima manus parentum utriuſq; coniugis. Intellectus huius decr.ſatis declaratur.ſ̃.e.c.1.in gl.quæ incipit,ꝑ iurm̃ [naturaliter] .i.in his,qui natural̃r frigidi dicunt̃ [celebrati cõiugij] & cohabitionibus,exquo dederũt operam copulæ carnali.33.q.1.ſi quis [prius] nã ſi primo ꝓbari poſſit,puta qa habet membrum ſiccum & aridũ,ſtatim petenti dabit̃ licentia ꝯhendi.j̃.c.proxi.qñ aũt eſt dubiũ, expectat per triennium, aut̃.de nup.§.per occaſionem: uel melius, ſi confitentur,& multa indicia frigiditatis apparent, & inſuper præſtarent iuramenta parentum, uel aliter, ut no.ſ̃.e.c.1.in glo.per iuramentum] triennium] tanto tempore expectabit maleficiatus. nam ſi hoc tempus ſufficit naturaliter frigidis, multo fortius illis,qui non contraxerunt à primis componentibus uitium.j̃.c.ult.nos dicimus, ꝙ propter maleficium nunquam ſeparatur matrimonium,ut no j̃.e.c.proxi. [uoluerint] i.nõ potuerint [decretum] 33.q.1.quod autem [per iuſtum iudicium] .i.aſpectum corporis, uel teſtes.ſ̃.de proba.propoſuiſti. erat.n.uirgo: nec habet neceſſe habere ſeptimam manum propinquorum: uel dic cum ſæpe oculus fallatur.27.q.1.nec aliqua ſemꝑ neceſſaria eſt ſeptima manus.j̃.e.c.ult. in arcta tñ ſecus dicerem.j̃.cap.proxi.quæ eſt infallibilis probatio hæc placet. alij dicunt,i.per aſpectum corporis uiri, ꝙ ſiccum & aridũ mẽbrũ habet,& non eſt hic neceſſariũ habere.7.manũ propinquorũ,ſicut & ubi probat̃ arcta.j̃.c. proxi.[ſeparent̃] tam uir q̃ mulier:ſecus, ſi ꝑꝑ maleficium:qa põt eſſe maleficiatus cum una,& non cum altera.33.q.1.ſi per ſortiarias. hec non placet [uxorem] uxor.n.eſſe non põt,cum non poſſint ibi eſſe duo bona matrimonij;proles & ſacrm̃.27.q.2.oẽ [cognouerint] nec per aſpectum corporis probare poſſint,cum ſit mulier corrupta,& uir habeat membrum apertũ [uterq;] quid ſi alter iurare nolit? Rñ.ut dixi.ſ̃.e.c.in gl.ꝑ iuramentum [effecti] hoc iurabunt principales. purgatores autem,ꝙ credunt eos uerum iurare, ar.j̃.de purg. cano.quotiens.Quales autem debeant eſſe purgatores, dicitur de purg.cano.inter [tunc] .ſ.principales, & ſacramentales, ſi ſcienter malè iurant.

SVMMARIVM.

1 *Mulier non apta pati uirum,ſi poſtea uel per opus medici,uel per concubitum alterius uiri reddatur apta, ſemper eſt reſtituenda primo;& de hoc uide in nu.3.& 4.& 6.*
2 *Id quod non niſi illicitè fieri poteſt,dicitur non poſſe fieri.*
5 *Quando ſententia ualeat contra rem prius iudicatam.*
7 *Comparatur arcta frigido.*

FRaternitatis [prouideas] ideſt paritas.j̃ e.c.ſi. hic aũt duo in eis requiruntur, ꝙ ſint honeſtæ & peritæ.ff.de uen.inſpi.l.j.j̃.c.ult.& ſ̃.de proba.propoſuiſti [ſub periculo] imò iurare debent ſupra de probatio.propoſuiſti, & hic modus eſt iurandi: [deerat] ideſt inutilis erat ad matrimonium contrahendum [qui] non dicitur autem, ꝙ hic fuit medicus, uel concubitor; & ideo hinc orta eſt cauſa dubitationis [ſolenni] de uouendo ſe alicui religioni in manu eius, qui poteſtatem habeat ordini aggregãdi. nos tñ dicimus idem,& ſi nulli religioni ſe deuouerat, ſed aliter ſolennizet uotum,quod qualiter eſſe poſſit, no.de regu.& tranſe. porrectum [religionem] qa tranſeundo ad religionem,& ſolummõ habitum nouicij ſuſcipiendo ſimplex uotum ſolennizatur.ſ̃.de reg. & trãſe.conſulti,& c.ſtatuimus.[†Miraculum] melius placet
1 ꝙ ſiue per opus medici etiam cum corporali periculo, ſiue per concubitum alterius uiri etiam diſſimilis in genitalibus reddatur apta primo, ſemper reſtituenda eſt primo,& hoc ſatis apparet, ubi dicit, præter diuinũ mi.&c.hoc ipſum etiam ꝓbatur rõnabiliter:quia ſi mulier eſt arcta uni, & omnibus arcta eſt; & ſi uni ẽ cognoſcibilis,& omnibus eſt cognoſcibilis.Item ſi eſt uni cognoſcibilis,nõ eſt arcta. Item ſi aliqñ eſt cognoſcibilis non habet neque naturale, neque perpetuum impedimentũ.& ſi ita,non eſt à primo uiro ſeparanda, & ſi ſeparata fuit ꝑ errorem,comperta ueritate dẽt primo uiro reſtitui,ut hic. Itẽ ꝙ dixi de corporali periculo, ſic ꝓbo, quia ſi añ inciſionem in corporali impedimento ꝯxerat cũ uno ſolo,nulla rõ eſt, quare non debeat complere ꝓmiſſionẽ factã de mr̃imonio ꝯhendo cum eo,& ẽt imputandum eſſet mulieri,ſi poſtea cum alio ꝯheret ſi uerò añ inciſionẽ cum plurib.ꝯxiſſet,ſicut cum primo nõ tenet mr̃imonium ſicut falſo aſſerunt, multofortius nec cum ſcd̃o.uñ ſcd̃o nullo mõ reſtituẽda eſt,reſtat ergo,ꝙ ſꝑ eſt primo reſtituenda.in hoc tñ articulo,ſ. qñ ꝑ inciſionẽ periculoſam reddit̃ apta primo,ur̃ cõtraria lr̃a pñs, ſ.abſq; corporali periculo.ſed expone.i.abſque morte.q.d.ſi mors non fuerit ſubſecuta ex medicamine,ſꝑ reſtituenda eſt primo uiro;& hoc innuit,ꝙ ſequit̃ in §.forte tam grauis,ut ex ea mortis peri.&c hæc glo. placet[Humanum] ſiue medici,ſiue mariti eam cognoſcentis ẽt cum aliqua uiolentia,ſed abſq; periculo corporis.nam per aſſuefactionem alterius poſſet reddi habilis marito,uel ẽt mariti. ſed nõ niſi corporali periculo,nõ crederem mr̃imonium tenere. unde, ſi nubat alij
2 non ſil̃i,tenebit mr̃imonium.hoc non placet.[†Humanũ] licitũ.nã ꝙ nõ niſi illicite fieri põt dr̃ non poſſe fieri.22.q.2.faciat.non.n. crederem licere per aſſuefactionem alicuius iuuenis,qui & paruũ & durũ membrum haberet,aliquam inhabilem ad cognoſcendum ab aliquo q haberet maius & debilius membrum, habilitari eidẽ. imò ẽt ſi poſtea fieret habilis ꝑ uſum talis adulterij,nõ tñ eſt inter eos matrimonium, ſed ſponſalia tantum, ſicut in impuberibus.ſ̃.de deſpõ.impu.puberes. hoc ꝙ dr̃ de impuberibus,non placet,ut no.ſ̃.e. c.j.& ſ̃.de deſpõ.
3 impu.puberes.[†Humanum] hinc colligitur ſo.pe. quæſtionis huius c. nam licet aliqua arta cum graui periculo artificio medici poſſit fieri apta,non tamen eſt idonea ad matrimonium contrahendũ,& ſi ꝯtraxiſſet,poſtea reddita apta opera medici,& nubat alij,tenebit matrimonium cum ſcd̃o. ſecus aũt, ſi leui inciſſione poſſit apta reddi,hoc nõ placet.ſed dic,ut gl.melius [ꝓbabilẽ]qa ꝯ ueritatẽ fuit lata ſnĩa,licet ꝓbabiliter ꝯtra ueritatẽ fecerit[ſil̃i] ꝑ omnia quo ad coeundũ. nã poſſet eſſe alijs ſil̃is in ſtatura.eſſet tñ ei diſſimilis in genitalibus membris.uñ in hoc caſu teneret matrimonium, cũ ſecunda nec reſtituet̃ primo, licet ꝑ uſum ſecundi ei apta redderet̃,& ꝑ hoc intelligitur ſolutio ult.qõnis.hoc
4 non placet.[†Cõmiſcetur] forte, qa primus non dedit operam tm̃ copulæ,quantam ſcd̃s:uel ẽt modicam anguſtiam in coeundo noluit ſuſtinere,uel calida electuaria ſumere:uel etiam noluit expectare aliquantũ tꝑis, ut creſcente perſona creſceret & membrũ: q̃ omnia fecit ſecundus,& ideo ſeparatur a ſcd̃o,& reſtituit̃ primo
5 [¶Dicimus].No.ſnĩa ualere contra rem prius iudicatã.dicunt quidam hoc ideo tenere: quia ſpãle in matrimonio. uel dic ueritate manifeſta in iudicio, cum non fuerit añ ſnĩam exceptum,ualere ſnĩam circa rem prius iudicatam, ar.ſ̃.de re iudi. cum Bertoldus, ubi de hoc. & idem eſt ẽt,ſi notorie appareret ſnĩam iniuſtã,ut hic & j̃.de pur.uul.c.ij.nam ueritas,ualet,& inualeſcit.viij. diſt. conſuetudo [Religionem] ſine uoto ſolenni. nam de eo ſequitur, ſed tñ ſimplex uotum emiſerat, ꝙ fuit ſolennizatum per habitus ſuſceptionẽ, uel ꝑ ingreſſum in religionẽ. nobis uidet̃ idem,ſi ſolẽniter uouit.& hic loquit̃ de ſolenni uouente,& poſtea ingrediẽte monaſteriũ [auctoritate].ſ̃.de conuer.coniu.ca. ex publico. [alioquin].i.ſi non tranſiuit. tñ ex hac decr.ſatis manifeſte colligitur, ꝙ ẽt ſi mulier uoluerit ſolẽniter,& ẽt cõſentiente uiro,& ẽt ꝙ plus eſt, ẽt ſi uir nupſerit poſt uotum uxoris,niſi mulier monaſteriũ ingrediat̃, tñ matrimoniũ primo ꝯtractum reintegratur, ſicut hic plene ꝓbatur,ubi dicit,ꝙ uir iſte cogendus eſt redire ad hãc mulierem, à qua ꝑ arctationem ſeparatus eſt, niſi ipſa poſt uotum ſolenne nupſiſſet uiro, qui tunc non cogitur ad eam redire: quid eſt adultera. ¶ Et ſic apparet, ꝙ cã diuortij quo ad torum eſt inter iſtos, non uotum ſolenne,ſed adulterium.ſed huic multũ uidet̃ contradicere decre.ſ̃. de ꝯuer.ꝯiu.ex parte,in fi.ſed certe, ſi bñ intelligit̃ non ꝯtradicit,imò potius concordat. nam hic & ibi innuit, ꝙ aliud eſt ingredi monaſteriũ, uel uoto obligare ſe ad obſeruantiã regularem de pñti; & iſtud uotum nõ tm̃ impedit ꝯhẽdũ matrimonium,& dirimit iam ꝯctum.ſ.poſt uotum,ſed ẽt dirimit ꝯctũ añ uotum, dummõ non interuenerit carnalis copula, ut hic plene habes,& ſ̃.de conuer.ꝯiu.l.ex publico, & c.ex parte. & aliud eſt uouere ſolenniter cõtinentiã,ꝙ qualiter fiat, not.ſ̃.de reg.& tranſ.porrectum, & iſtud uotum nõ dirimit matrimoniũ cõtractũ añ uotum.ſ̃.de cõuer. coniu. ex parte,ſed impedit contrahendum, & dirimit ẽt contractum poſt uotũ,& hoc expreſſe habes hic, & ſ̃.q cle. uel uo.c.inſinuantẽ,ubi loquit̃ de uouente cõtinentiã, & non de profeſſa aliquam religionem. alioquin male ibi diceret, ꝙ ſibi domus propria remanſiſſet, qd̃ eſſet cõtra ſubſtantiã ꝓfeſſionis.ſ̃.de ſtatu mo.cũ ad.& aliud eſt uouere ſimpl̃r,& iſtud uotũ tm̃ impedit contrahendum.ſ̃.qui cle.uel uo. rurſus [uoto] ſolenni etiam ſine tranſitu ad religionem.ſi enim ſolenniter uouit, cogenda eſt monaſterium intrare,ſupra de conuer. coniu. ex parte,in fi.[alij] præterquam Gu. de quo ſibi non imputatur,cum intẽderet ſibi matrimonialiter copulari.
6 [† Dubitabilis].ſ.de facto, ſ.an poſſet cognoſci à primo.ſomniant,q ſic exponũt,& dicũt,ꝙ non ſolũ ſemel, ſed ẽt manens cum ſcd̃o centies,cõcedẽda eſt primo uiro,ut experiat̃,an poſſit eã cognoſcere,ꝙ q̃ ſit abſurdũ, exponere eos extraordinariæ pollutioni, & ꝙ aliena uxor ita ab alio contractetur, quilibet etiam inſipiens uidere põt. Alij aũt ſic exponũt,& bene.i.quãdiu dubitatur,an ſnĩa ſit reuocãda:uel an ſcd̃s ſit ſimilis primo: nec cognoſcetur, an ſit apta ꝑ cognitionem uiri primi, ſed ꝑ aſpectum corporis uiri utriuſque. ſi.n.ſimilia mẽbra haberent,p̃ſumitur,ꝙ ei cognoſcibilis ſit, & ſic reddetur ei.alij dicunt,ꝙ quamdiu de iure dubitabile erat an ſit ſeparata ꝑꝑ artationẽ,& ꝑꝑ ſnĩam eccleſię,poſſet alii nubere, & an ẽt poſſet probare, ſi inueniret quempiam ſibi aptum. añ tꝑs.n.huius decr.de hoc dubitabat̃ à iuriſperitis, nec erat adhuc iſte articulus per eccleſiã terminatus. nec eſt iudicanda hæc mulier fornicari, nec peccare,cum per eccleſiã mulier ſoluta à primo ui

ſo licitè poterat cum alio ꝯhere. Eſt.n. prohibitorium edictum de matrimonio.ſ̃. de ſpon. cum apud. nec ualet, ſi dicas mr̄imonium eſſe de iure naturali, ergo ibi ignorantia iuris non excuſat, ſi quis illud uiolat. Rñ. qa in his, quæ ſunt de iure naturæ & ſpecialiter ſuper matrimonio, & contra matrimonium, ſæpe cōſtituit eccleſia, ſicut apparet, quia qñq; prohibet uſq; ad ſeptimū gradum ꝯhi, aliqñ uſq; ad quartum.ſ̃. de conſan. & affi. non debet.ſ̃. de conuer. coniu. ex publico, & c. ex parte, & no.ſ̃. de biga. c. 1. alij tñ dicunt, ꝙ licet non debeat iudicari fornicaria, tñ in ueritate peccabat: qa hæc dubitatio iuris non tollit peccatum, cum in iure naturali maximè errare non liceat: ſed à pœna cōſtitutionis humanæ bñ excuſat, quæ non extendiť ultra intentionem conſtōnis, quæ uř fu.ſſe talis, & debuiſſe eſſe, ꝙ ſi aliqs faceret ꝯ conſtōnē eccleſiæ, quæ eſt, ꝙ cōiuges caueant ab adulteriis, & ſi aliqs commiſerit adulteriū licitè dimittiť, qđ ſic intelligi debet, ſi ꝯmiſerit adulteriū declaratū p ꝯſtōnes eccleſiæ: ſed cū in hoc caſu non eſſet diffinitiuū, qnimò apud ſapiētes plurimū dubitabatur &c. plures in eā opinionē declinabāt, ꝙ eſſet mr̄imonium cū ſcđo, & ita non debet iudicari adultera, uel peccare. Vel melius dicamus, non debet iudicari teneri pœna decr. quæ dicit, ꝙ fornicaria puniť in ſeparatione tori, ſi alij tanquam marito commiſcetur, cum hoc ante cōſtitutionem iſtam non eſſet diffinitū à iure, & probabilē cām dubitationis haberet. nam & quidam dicebant, ꝙ maleficiatus, ſi ꝯxit cum alia, nō fornicať, nec peccat, ut in ſe. c. dicere uidetur, licet non dicat. Sic p ſiťe eis uidebať de arta, ꝙ nubendo alteri nec fornicatur, nec peccat. eccleſia tñ ꝯrium ſtatuit, ꝙ non poſſet cū alio ꝯhere de cætero, ſ. poſt hanc decr. ſed ſi ante hanc conſtitutionem ſic ſeparata p probabilem errorem nupſiſſet alij non tenet matrimonium cum ſcđo, & reſtituenda eſt primo. nec obſtat exceptio adulterij, cū ante hanc conſtitutionē nō erat prohibitū, nec p̄ceptū, ꝙ reſtitueret primo uiro, ſi poſt ſnĩam primo uiro apta fieret.
7 †Cōparaī.n. arta frigido, cū frigiditas & artatio ſint naturalia uitia, & nō maleficiatio, qđ eſt unum uitiū accidētale. ¶Et debes ſcire, ꝙ poſt conſtitutionem iſtam, ſi poſtea ēt mr̄imonialr̄ alij adhæreret, fornicareť, & peccaret. & pœna fornicaria teneretť, cū iā hmōi dubitatio hic ſit ſoluta. Et hāc opi. probat prima ſnĩa, quam tulit diuortij inter hanc mulierem & ſm̄ maritum, ita, ꝙ nec queri fecit, an eſſet apta primo, necne, uel utrum uir ſecundus in genitalib. ſiťis eſſet primo, necne. ſcđo ꝓbať uera, qa impedimētū eius remotū fuit abſq; corporali piculo & ſine diuino miraculo. hoc ēt ipſum ꝓbat finis decr. ubi dicit de talib. aūt nō facile eſt iudicādū, cū finale iudiciū pēdeat ex futuro, & hoc magis placet. [p hęc aūt] .ſ. ꝙ ſ̃ dictum eſt, ꝙ illud impedimentum non erat prope, &c. [per hæc] .i. per ſnĩam, quam tulimus in hoc negocio, in qua non diſcuſſimus de corporali periculo neq; de ſimili uiro, ſed tm̄ qa nobis conſtitit mulierem non artam eſſe, primo eam ſibi reſtituendam decreuimus. ſic ergo de cętero faciendū eſt: qa non eſt curādū de periculo, neq; de ſimilitudine uirorum. hoc placet [idonei] & eſt rñdendum, ꝙ non eſt idonea, quia per opus humanū abſq; corporali piculo nō reddiť apta primo. plus placet, ꝙ idonea ſit, qa ppetuū impedimētum nō habet. unde dicimus, ꝙ ſeparata à uiro pp artationē, ſi incidatur ēt cū periculo tñ priori uiro reſtituenda eſt; & hoc ſatis apparet ex ſnĩa Papæ, licet olim aliter diſtingueretur [de talibus] .ſ. de his duab. quæſtionibus, ſ. de diuidendis uxoribus propter artationem mulieris, uel frigiditatem uiri [ex futuro] quia ſi fuerit apta ſecundo, reddetur primo, & conſtat primum matrimonium fuiſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Maleficium, ſi eſt temporale, non dirimit matrimonium: ſi uerò eſt perpetuum, dirimit.*
2 *Poteſt quis cum una, non autem cum altera eſſe maleficiatus.*

Literæ ueſtræ aľ. hic conuincitur, ꝙ hæc decre. loquitur in maleficiato,
1 † ubi diſtinguendum eſt, ꝙ ſi maleficiū eſt tp̄ale, non dirimit mr̄imoniū: ſi uerū eſt perpetuū, dirimit. 33. q. 1. ſi p ſor. & dicimus ꝑpetuū qđ intra trienniū p exorciſmos, & orones non ceſſat, ut hic. 33. q. 1. ſi per ſor. aľs.n. non uideť eſſe ꝑpetuū, cū maleficiator illud deſtruere poſſet. Item ad hoc, ꝙ maleficiū dirimat mr̄imoniū, neceſſe eſt, ꝙ p̄ceſſerit. ſi aūt ſequiť, nunq̃ dirimit, nec alia impedimenta ſequētia. 32. q. 7. is q ſ̃ de eo q cog. ꝯſan. ux. ſuæ diſcre-
2 tionē, & c. tuæ. ¶†Itē no. ꝙ qs pōt eſſe maleficiatus cum una, & nō cū altera; uñ nō vř, ꝙ pp maleficiū nullū mr̄imonium ſeparandum ſit, &c. 33. q. 1. ſic per ſor. non tenet. ſed hæc decr. loquitur in frigido naturalr̄. hæc uerba hic ꝯdicunt: quia licet ipſe diceret ſe habere potentiā cognoſcendi aliam, non crediť ſibi, nec uerum erat [triennium] nota, ꝙ non eſt neceſſe hic trienniū ſpālr̄ aſſignari, pp experientiam copulæ coniugalis: ſed ſufficit quomodocūq; ſimul triennio cohabitauerint.

# De matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ. Rubr.

Iteræ, quas [ꝯſentiēte] expreſsè. iā tūc ſicut p quēlibet ꝓcuratorē ſpōſalia ꝯhi pñt. ff. de ſpō. l. ul. p fratrē. aľr aūt niſi ꝯſenſerit ſoror, nō crederē ꝯcta ſpōſalia, ar. ꝯ ſ̃. de ſpōſa. ad id: ſed expone, ut ibi. Př aūt noīe filiorū tā conſtitutorū in ptāte, q̃ emācipatorū ſpōſalia ꝯhere pōt, dūmō p̄ſens ſit filius, & non ꝯdicat. ff. de ſpōſa ſed quæ, & l. ſeq. C. de nu [. uiduæ. ſ̃. de ſponſa. ſicut, & c. dilectus. j̃. c. proxi. in tutore autem ſecus. C. de ſpōſa. ſi pater [firmaſſet] iſta ſunt ſponſalia de futuro [amplexata] no. p ſigna ꝯſenſus nō p̄ſumi ſpōſalia fieri mr̄imoniū, niſi cognoſceret eā. ſ̃. de ſpō. is q, & no. de deſpō. impu. atteſtationes [cōtēptibile] ar. multa faciēda ꝓ uilitate uitanda. 34. diſt. c. 1. 8. q. 1. ſciendum. 11. q. 3. ſi autem, & c. quid ergo.

EX literis [deſponſaſſet] hæc fuerūt ſpōſalia de futuro [interdixit] no. iudicem, a quo appellatū eſt, poſt appellationem ſuam interdicta ponere, & ſuper eo de quo appellatum eſt. & eſt hoc propter periculū animarum, & in fauorem matrimonij. aliter.n. ſecus, niſi in caſibus, quos nota. ſupra de appel. cum teneamur. alij contradicunt, quòd hoc tantum poteſt ordinarius, & non delegatus.

# Qui filij ſint legitimi. Rubr.

Onqueſtus noīe uxoris ſuæ [mulierē] natā, ſ. ante ſpō. [exhæredare] iſte patruus nō exhęredabat iſtā mulierē ſua hr̄ditate: qa ibi nō haberet locū exhęredatio, ſed uolebat eā priuare





priuare hæreditate ſui patris, qui erat ſuus frater [hæreditate] j̃ eo. lator, & c. cauſam, ꝯ. ſo. hic nō iubet Papa hæreditatem reſtitui, ſed prohibet eam turbari ea occaſione, ꝙ ſit illegitimus, infra eo. perlatum: uel erat de iuriſdictione eccleſiæ temporali.

CVm inter I. [eorum] ſcilicet filiorum [bona] non intromittit ſe de hæreditate, uel de bonis ſecularibus, ſed iudicat quid iuris ſit.

TRanſmiſſæ. [paternam] & ſic uř, ꝙ pater eſſet defunctus, C. de hære. uen. l. j. Sed ꝯ uidetur, ubi dicit, ſtādum uerbo patris; vnde dicunt quidam eum uiuere naturalr̄, licet mortuus eſſet ciuiliter, puta factus monachus. Vel dic ſtandum uerbo uiri, qđ publicè ꝓfe rebat, dum uiuebat [negabāt] dum uiuebāt: uel modò facti monachi. [Negabant] hæc ꝯfeſſio filio non p̄iudicat niſi quo ad p̄ſumptionem, ff. de inoffi. teſt. ſi inſtituta, §. ij ſicut nec è cōuerſo ꝓdeſſet, ſi confiterentur eum filium, C. de ꝓba. non nudis. confitemur tñ, ꝙ ex ſola nominatione præſumitur, niſi probetur contrarium, dūmodò nomiñatio fiat cum aliqua ſolēnitate, ar. ff. de proba. l. ult [quæſtio] .ſ. de legitimitate ipſius pueri, [uiri] his creditur propter affectionem, quā creduntur habere ad filium, ff. de appella. l. ult. C. de cura. fu. l. ult. ſupra de præſumpt. afferte [filium] qualiter hoc probare poſſit, no. ſupra de filiis presb. Michael.

CAuſam quæ. [de Anel.] nomen eſt mulieris, non loci, uel generis, & conſtruitur intranſitiuè cū ablatiuo, q ſequitur, ſ. muliere. [ſui] .i. ipſius Anel. [ipſa] Anel. [eo] Alano [uirum] .ſ. p̄dictum Alanum [vxor] hic enim R. Anel. uxorem Alani deſponſauit, & ex ea ſuſcepit Agatham.

LAtor præſentium [H.] patruum ipſius R. [tractatum] tutius eſt, ꝙ in hac præiudiciali detur libellus, & fiat lit. conteſt. tñ crederem ꝓceſſum tenere, etiā ſi litis ꝯt. non fiat, nec alius ordo iudiciarius ſerueť, & eſt ea rō: qa in modum exceptionis fuit ꝓpoſitum corā primo iudice. ſed qa ipſe non potuit cognoſcere, trāſlata eſt hæc cognitio ad iudicium eccleſiaſt. ſicut ergo iudex ſecularis de ea exceptione cognouiſſet, lite non conteſt. & ſine ordine iudiciorum, & ita iudex eccleſiaſticus, qui in locum eius ſuccedit quātum ad cognitionem exceptionis: alij tñ aliter [duos menſes.] No. certum terminum pręfigi agentibus. C. de inge. ma. diffamari, j̃ de purga. ca. ad audientiam. [Duos menſes] C. ut nemo inui. agere, uel ac. l. j. ſol. illud regulare eſt, & eſt arg. ad hoc, C. de pign. creditor, licet ita debeat facere, cauſa cognita poteſt ſtatuere, ut infra certum tēpus agat actor: alioquin ulterius non audietur, & hoc maximè tunc, ſ. qñ uidet iudex actorem expectare tēpus agendi, quo reus probationibus careat, uel alicuius famam, uel ſtatum grauari, C. de inge. ma. diffamari, ſupra ut lit. non conteſt. quoniam. §. j. C. de re. pig. ſi eo. & ubicūque in modum exceptionis, uel præiudicialis actio proponitur, ut hic, & infra eo. lator, ſupra de ord. cog. tuam. aliter autem reus non cogitur ſe defendere, ſed ſufficit, ꝙ mittatur actor in poſſeſſionem, & fiat uenditio, & indicatur mulcta, ff. de bo. auct. iud. poſ. l. pen. ff. ſi quis ius di. non obtē. l. j. generale tñ eſt, ꝙ periculum imminet quibuſdam perſonis, ſi non agant, uel defendant, ut tutoribus, & cur. C. ar. tu. noīa, C. de admin. tut. tutoribus, & geſtoribus negotiorum, ſi poſſint agere ſine mandato, ff. de neg. geſt. ſin aūt, uideamus, & procuratoribus, C. mandati, procuratorem, & adminiſtratoribus ciuitatis, ff. de admin. re. ad ci. perti. l. ult. §. iiij. & l. pen. hæredi uindicanti necem defuncti, C. ad fil. l. j. & actori citato reo, uel lit. cō teſt. ¶H. No. ꝙ obiiciens illegitimitatem eam probare debet, & per conſequens nō eſſe mr̄imoniū inter parentes. arg. ꝯ. 30. q. 5. aliter. ſed & hoc eſt, & illud eſt in fauorem mr̄imonij: hoc, ut filij ſint legitimi: illud, ut clandeſtina matrimonia fiant manifeſta: uel ideò incūbit ei probatio, quia præſumptiones erant pro matrimonio, ar. ſupra de præſump. illud [intimetis] ſupra eo. c. j ꝯ. ſol. ibi. [natiuitatis] de qua, licet ſit incidēs, ſecularis iudex cognoſcere non pōt: quia cā ſpiritualis eſt, ſ̃ de or. cog. tuam: alias autem ſecus, C. de iud. quotiens, C. de ord. iudi. adite.

TAnta eſt [præſentium] idem eſt, & ſi non fuit machinatus.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſecularis non iudicat de illegitimitate.*
2 *An pronunciatus illegitimus, ſi poſteà agat contra eum, qui obtinuit in cauſa illegitimitatis, ſuper hæreditate, uel aliis, quæ illegitimus petere non poteſt, obeſt except. rei iud. uel doli, & uide multas quæſtiones circa huiuſmodi legitimitatem, & illegitimitatem uſque ad nu. 11.*
11 *Defenſor non admittitur in cauſa matrimoniali.*

CAuſam quæ inter [agitari] ut propter hoc mater R. & ipſe R. ab hæreditate aui expellanť, ut in ſequētibus patet [inſeri] minus bene [extitit] ipſe R. [principalis] .ſ. an mater dicti R. ſit de le-
1 gitimo matrimonio nata. [† Iudicare] licet iudex eccleſiaſt. de hæreditate non debeat iudicare, tñ pendēte legitimitatis qōne nō permittitur procedere iudex ſe-
2 cularis, ſ̃ eo. c. j. de ord. cog. tuam. ¶†Et ex hoc colligiť, ꝙ ſi pronunciatus illegitimus poſtea agat contra eum, qui obtinuit in cauſa illegitimitatis, ſuper hæreditate, uel aliis, quæ illegitimus petere non poteſt, ꝙ obſtabit exceptio rei iud. uel doli, j̃ eo. c. proxi. imò uidetur, ꝙ hæc ſententia, qua pronunciatur illegitimus, ius faciat inter omnes, arg. infra eo. peruenit, & cap. per tuas, & ff. de liber. agn. l. j. §. fin. & l. ij. ſecus, ſi reus abſolueretur ab impetitione actoris. de hac enim dici poſſet, ꝙ non facit ius inter omnes. ¶Vnde, ſi procurator, uel defenſor illius, qui impetebatur de illegitimitate, ſatiſdedit rem ratam dominum habiturū, fuerit condēnatus quaſi procurator, uel defenſor, & poſteà dominus petat ſe ꝓnunciari legitimum: quia non obſtat ei ſententia lata contra eum, quia ſine eius mādato agebat, uel defendebat, ſtatim ille, pro quo lata fuit ſententia, poteſt agere ex ſtipulatione contra defenſorem ad impendia litis, & etiam quātum interfuit eius nō iterum agi cauſam de illegitimitate eius, ff. rem ra. hab. procurator. §. ſi quis.
3 ¶†Sed nūquid dices huiuſmodi intereſſe: quia hic per ſecundam ſentētiam legitimus iudicatus poteſt ab eo, qui uicit in cauſa illegitimitatis, euincere hæreditatē? dicunt quidam ꝙ nō: quia adhuc non intereſt eius, niſi prius euincatur hęreditas: quia etiam forte hæreditatem defendet, & ſi ſit illegitimus. Item licet obtinuerit ſe ꝓnunciari legitimum: tñ per hoc non ſequitur, ꝙ petiturus ſit hæreditatem, forte qa abominatur lites. Item pōt timere, ꝙ ſi iterum ageret, obſtaret exceptio illegitimitatis: hoc tñ non credo, ꝙ ex quo iudicatus eſt legitimus, poſteà non poteſt ꝯ eum excipi de illegitimitate, ff. rem ra. ha. quotiēs, ſ̃ de ord. cog. tuam. ſed hoc bene uř, ꝙ ſi in ueritate prædictus homo iudicatus legitimus, obtineat hæreditatem ab eo, qui obtinuit ſuper illegitimitate contra defenſorem, ꝙ poteſt agere ex

ex ſtipul. contra defenſorem, & ꝙ poteſt agere ad æſti-
mationem hæreditatis, & interim ſi ſecundò & tertiò
etiam plures hæreditates, uel alia bona euincat ab eo,
qui non poſſet euincere, ſi ſeruaret ſententiam contra
defenſorem latam, iterum & iterum ex ſtipulatu aget
contra eūdem defenſorem, arg.ff.ad l.Aquil. inde Ne-
ratius,§.uiſum,ar.prædictæ l.ff.rem ra.ha.procurator,
4 & eo.tit.l.ij. ¶†Sed obiicies, ꝙ hoc non pōt procedere:
quia ſi ſuccubuit in hæreditate,non intereſt eius, ſi re-
ſtituat alienum.54.diſt.generalis; & ſi obtinuit,ad ni-
hil tenetur. Sed rñdeo,quia tunc agit ad pœnam,ſiue
ſuccūbat, ſiue uincat: quia ſtatim non ratum habet,cō-
mittitur ſtipulatio non ſolum in id,qđ amittit, ſed etiā
in id,qđ lucrari potuit,ſi ſnīam habuiſſet ratam,ff.rem
ra.ha.procurator,§.fin. & l.quo.§.fi. & l.ſi cōmiſſa. nos
autem licet hoc fateamur uerum intereſſe,tñ ſciri non
poteſt,niſi prius condēnetur. Item no.ꝙ non ſemꝑ,nec
indifferenter quis admittendus eſt, ut petat ſe pronun-
ciari legitimum; nec aduerſarius,ut petat aliquem ꝓ-
nunciari illegitimum : ſed tunc iſta rectè petūtur, cum
agitur de bonis, uel de dignitatibus eccleſiaſticis, & qō
illegitimitatis incidit,ut hic, ſupra cap.lator, ſupra de
5. ord.cog.tuam. ¶†Item hæc rectè petuntur etiam,ſi ali
qua iuſta cauſa ſubſit; puta cum habeatur legitimus,ali
qui eum de illegitimitate diffamant. Et ſic poteſt quis
plures iuſtas cauſas inuenire, arg.C.de inge.ma.diffa-
mari,C.de re.pig.ſi eo, ff.de cu.bo.dan.l.j ff.ex quibus
cau.ma.in integ. ſed & ſi, ff.de adop.l.mancipiorum, &
l.ſi optio,§.fin.ff.de adul.conſtante,arg.contra,ff.de re
iudi. qui in alterius. & tamen facilius admittitur quis
dicens ſe pronunciari legitimum,q̃ aduerſarius petens
eum pronūciari illegitimum : quia primum fauorabile
eſt; hoc odioſum. nec debet quis admitti ad petēdum
ſe pronūciari legitimum,niſi habeat contradictorem &
iuſtum; & ſi admiſſus fuerit,nulla eſt ſententia, arg.ff.
de coll.denun. ſed ſi habet iuſtum contradictorem,tūc
admitteretur ad probandum de ſua legitimitate, ar.ff.
de proba.circa. tñ ſententia inter aliquos lata ignorā-
tibus non præiudicat, ff.de mino.l.etiam. & dicūt qui-
dam & fortè non malè,ꝙ licet ſententia filiationis fa-
ciat ius inter eos,ff.de libe.agn.l.j.& §.ult. & l.ſeq. non
tñ idem eſt in cauſa legitimitatis: quia hoc nuſquam
6 inuenitur expreſſum. ¶† Qui autem vult ſe aſſecura-
re ſuper ſua legitimitate, nec habet aduerſarium,pro-
cedat ſm tenorem decr.ſupra de teſti.ſignificauit. & di
cunt quidam, ꝙ nuſquā poteſt quis petere ſe pronun-
ciari legitimum, niſi primo eius aduerſarius, cuius in-
tereſt,propter ſucceſſionem,uel aliam cauſam agat,uel
excipiat, uel alias petat eum pronunciari illegitimum,
& ſic loquitur,ſupra de ord.cog.tuam,ar.ſupra eo. cau
ſam,infra eo.peruenit. alij tñ adiiciūt & alium caſum,
ſ.ſi agat ɔ̄ diffamatores,C.de inge.ma.diffamari. alij tñ
dicunt,ꝙ per illam l.non poteſt petere ɔ̄ diffamatores,
niſi ut ceſſent ab eius diffamatione, nec admittetur, ꝙ
7 pronuncietur legitimus. ¶†Sed quæres, ſi vno petente
aliquem pronunciari illegitimum, & ipſo probante, ꝙ
ſit legitimus,pronuncietur legitimus,& ab alio poſteà
eodem modò agente pronuncietur illegitimus,nun-
quid ualebit ſententia cōtra res prius iud. uel quæ ſen-
tentia ualebit? Rñ. utraque ualet inter eos,inter quos
lata eſt. nec eſt cōtra res prius iudicatas, cum aliæ ſint
perſonæ in ſecunda cā, aliæ in prima,ff.de excep.rei iu-
di. & an eadem. ſi enim inter eaſdem eſſet,non teneret
ſecunda ſententia. & dicimus generaliter, ꝙ ſiue quis
petat eum pronunciari illegitimum,quæcūque ſenten-
tia feratur legitimitatis,ſiue illegitimitatis, & etiam ſi
illegitimitatis ſententia feratur præſente eo, qui pro-
nūciatur illegitimus,nec appellante ; tñ huiuſmodi ſen
tentia non obeſt ei, niſi contra illos,qui fuerunt in iu-
dicio. Vnde ſi poſteà contra alios petat hæreditatem,
8 non obſtabit ſibi exceptio rei iudicatæ. ¶†Et idem ui-
detur, ꝙ ſi aliquis petit in integ.reſt. ut abſtineret ab
hæreditate, & denegata eſt ſibi in integ.reſt.per ſentē-
tiam,ſi poſteà agitur contra eundem ab alio,& iterum
petat in integ.reſti. ut abſtineat ab eadem hæreditate,
non obſtabit ſibi exceptio rei iud. Et idem uidetur,ꝙ ſi
inſtrumentum pronunciatum eſt falſum Petro agente,
ſi poſteà alius producat idem inſtrumentum, non p̄iu-
dicat ei ſententia inter alios, & in alia cā lata. & ſi quis
uellet dicere contra,non poteſt reſpondere.l.j.ff.de ex-
cep.rei iud.ſi à te,& l.cum quæritur,& l.ſeq.& idem uī,
ſi agente A.cōtra R. decernatur vnum prædium alteri
debere ſeruitutem, licet ar.ſit contra.ff.de neg.geſt. q̄a
negotia,§.fin.hoc fallit, cum agitur in modum denun-
ciationis impugnationis electionis,uel exceptionis cō-
tra electionem, ut no.ſupra de elect. cum dile.& c.ſta-
tuimus. Item fallit in cā inquiſitionis, j̃ de collu.dete.
cap.fin.argu.contra.infra de pur.ca. ex tuarum. tamen
quando inquiritur de iuribus debent uocari omnes,
quos res tangit ; & niſi uocētur, uel etiam ſi ignorent,
ſubuenietur eis de facili, s̃ de teſt. cum olim. C.de bo.
uac.l.fin. Item fallit in cauſa filiationis, ff.de lib.agno.
l.j.§.fin. & l.ſeq.& in querela inoffi.teſta.ff.de inof.teſt.
Papinianus,§.ſi ex cauſa,& in cauſa ingenuitatis ex ſer-
uitute,ff.de ſta.ho.ingenuum, ff.de li.cauſa diui. ſecus
autem eſſet, ſi ex libertinitate diceret ſe ingenuum,ff.
de ingenu.l.j. & l.patronum. Item fallit in criminali
cauſa quo ad aliquid, ff.de præuaric. præuaricationis,
& in populari,ff.de iureiur.eum, §.in po. & in crimine
adulterij,ff de adul.denunciaſſe,§.quæritur,& in appel
lationibus,ſupra de appel.ca.fin. & in ſeruitutibus,ff.ſi
ſer.uin.loci,§.ſi fundum. Item inoffi.teſtamento, ff.de
inoffi.teſta poſthu.§.ſi quis. Item fallit in ſingularibus
& in vniuerſalibus ſucceſſorib.ff.de exc.rei iud. ſi à te,
9 & l.& an eadem exceptio rei iudi. ¶ † Sed quæres, qūo
fertur ſententia in hac cauſa,cum agitur per defenſorē?
nam contra dominum ferri non poteſt, C.de ſen.& in-
terloc.l.j Item contra defenſorem non uī poſſe conci-
pi uerba de illegitimitate.quidam dixerunt hanc cau-
ſam nō poſſe agi per defenſorem ſine mandato. ſed con
trarium expreſsè apparet,C.de ſatiſd.lib.j. & ff.rē ra.
ha.ſi procurator,§.ſi quis,ubi expreſsè dicitur, ꝙ cauſa
ſtatus agitur ꝑ procuratorem ſine mandato.nos aūt di
cimus ſnīam ferendam contra defenſorem, ff.de his,q̄
no.infa.furti.§ j. & l.ſeruus,ff.de neg.geſt.liberta.§.fi.
Et formabitur ſic ſentētia. Cum A.ageret ɔ̄ B.ꝓcura-
torem,uel defenſorem C.ꝓcuratorio, uel defenſorio
noīe ipſius C.ſuper illegitimitate ipſius C. nos uiſis &
auditis rōnibus partium B.procuratorem,uel defenſo-
rem C.p̄dicto A.condēnamus non.n.eſt neceſſe expri-
mi cauſam in ſententia, s̃ de re iud. ſicut nobis. nec tñ
reputemus iniuſtam ſnīam,ſi cauſam adiiceret hanc,ſ.
cum illegitimitas B. bene ſit ꝓbata; & per hmōi ſnīam
non p̄iudicaretur B.de iure,licet de facto eſſet ei infa-
mia, s̃ de or.cog.cum dile.in fi. & ſic dicimus formādas
ſnīas,ſi de futuro, uel de aliis ɔ̄ſimilibus agiē ꝑ defen-
ſorem. ¶Qualiter aūt ſit formanda ɔ̄ procuratorem cū
mandato,uel contra dñm,no ſupra de elec.querelam.
10 ¶†Item no.ꝙ in his & in ſimilibus melius eſt certā pœ-
nam ſtipulari, ad quā ſtatim, cum ratum nō habet,agi
poteſt



pōt.ff.rem ra.ha.quot.§.fi.& l.ſi procurator.§.ſi qs, &
ff.de præto.ſtipu.l.fi.q̃,ſtipulari ſine pœna , ubi oportet
expectari ante,q̃ agi poſſit,ꝙ interſit,& ubi ſemper mi-
11 nimum æſtimabitur, ut ff.de præto.ſti.l.fi. ¶† In cā aūt
mr̄imonij,non eſt admittendus defenſor niſi in eo caſu
ubi procederetur in cauſa, ſi defenſor non exiſteret.C.
de procu.exigendi. nec tunc debet ſatiſdare rem ra.ha.
do.quæ metu pœnæ non ſit tenenda s̃ de ſpon.Gemma.
Nec formabitur ſententia in perſonam procuratoris,
uel defenſoris , ſed principalis perſonæ , licet ſemper
fuerit abſens,arg.j̃.eod.cap.proxi.j̃.qui ma.accu.poſ.
cap.1. In inquiſitione.n.bene admittimus procurato-
rem.[incōgruum] prima facie.Ius tamen agi permittit
poſt mortem ratione bonorum] s̃.eo.lator:C.ne de ſta
tu defun.l.j. & l.quamuis.

PErlatum [trāſiſſet] cā uagādi [querelam] accuſans
mr̄imonium de parentela,uel dicens maritum mor
tuum [parentibus] hoc debuit facere , cum malicioſè
ſe abſentaſſet,uel ſine cauſa uagaretur [mandauit] hoc
licuit , quia uagabatur [promulgauit] s̃.ut lit.non con
te.quoniam,contra.ſo.ibi.

QVod nobis.

DEferente [eos] qui contrahere prohibentur impe-
diente publicæ honeſtatis iuſtitia [permiſſione] .i.
diſpenſatione , uel.i.tolerantia.

PEruenit [uiduā] hi bñ ɔ̄ſitebanē mr̄imoniū in facie
eccleſiæ fuiſſe ɔ̄ctum : ſed dicebant inter eos fuiſſe
impedimentum conſanguinitatis,uel aliud hmōi ; & iō
nō ſunt audiēdi : q̄a hoc probato nō iudicarenē filij ille
gitimi. ſed ſi diceretē non fuiſſe mr̄imonium ɔ̄ctū inter
eos in facie eccleſiæ,ſed more adulterorum uixiſſe, be-
ne eſſent audiendi,ut hic.s̃.e.cauſam. ¶Itē audiendi eſ
ſent,ſi dicerent coniuges ſcientibus ambobus cōſangui-
nitatem matrimonium contraxiſſe.j̃.e.ex tenore. illud
etiam dicimus,ꝙ ſi matrimonium ɔ̄ctum fuit clandeſti
ne,& poſt mortem coniugum dicantur filij illegitimi :
quia conſanguinei fuerunt parentes,ꝙ poſt mortem au
diendi ſunt,ar.hic ubi dicit legitimè.ce.arg.s̃.de clan-
deſt.deſponſa. cum inhibitio.

PEr tuas literas [firmauit] hæc affirmatio non ſuffi-
cit , cum facto ɔ̄rium fuerit proteſtatus,ſ.accipien-
do uxorem,ar.s̃.de ele.cum inter.R.ſi autem non fieret
præiudicium alij mr̄imonio , ualeret,confeſſio , ut pro
uxore eā haberet.ff.ad l.Aquil. proinde.§ ult.& eodē
modo hæc confeſſio prodeſſet filiis,ſi aliis filiis præiudi
cium non fieret. nec qb.decr.s̃.e.tranſmiſſæ.ꝙ ibi nō di
citur,ꝙ crederetur,ſi diceret eū filium,ſed creditur,q̄a
dicebant non filium, & per hanc confeſſionem non fie-
bat aliis præiudicium,imò proficiebat eis.poſſet tñ dici
ꝙ ubi non fieret p̄iudicium filiis alterius mr̄imonij,ſta
retur confeſſioni eorum;& ſic loquitur.s̃.e.tranſmiſſæ:
ſecus,ſi fieret præiudiciū filiis alterius matrimonij ; &
ſic loquiē hæc decr.Item illa decr.nihil ɔ̄riū fecit , uel
dixit ille,de quo loquitur illa decr. [filiū] hoc ipſo . ꝙ
naturalem filiū appellat in teſtamento, intellige legiti
mare eum.C.de natu.li.auē.ſiquidem, niſi alios habeat
legitimos filios,in auē.quo.na.effi.le.§.ſi uerò non [pa-
trimonium] hoc non obſtante, ꝙ eſſet illegitimus. nam
alias nō pertinet de hæreditate ad eccleſiam.s̃.eo. cau -
ſam.& e.l.lator. [decretali] s̃.e.tranſmiſſæ [denegaſſe]
& ideo ſola confeſſio patris non ſufficeret pro legitima
tione filij [diſſimili] quia ibi contra filium teſtabantur
partes. tamen illa decr.pro iuſtitia ſententiæ facit:uel
aliter,ut no.in gl.hæc affirmatio.

SVMMARIVM.

1 *Debet legitimatus per epiſcopum effugere obiectionem illegiti-
mæ natiuitatis.*
2 *Legitimatus reſtitutus famæ, quæ poſſit facere.*
3 *Legitimatus à iudice ſeculari non intelligitur ad ordines le-
tigimatus.*

PEr vener.f.n. [habeat] allegādo loquiē. alij di
cūt, ꝙ ſic ſit in ueritate [ueriſimilius] non tñ
uerū eſt.nā tꝑalia & ſp̄ūalia diuerſa ſunt,& di-
uerſos iudices habēt, nec unus iudex habet ſe intromit
tere de ꝑtinētib.ad aliū:licet ſe adinuicē iuuare debēt.
96.diſt.cum ad.s̃.c.lator.s̃.de iudi.nouit [ꝑ ſiſtem] ſm
ar. [eximiē] & ſic hoc ipſo,ꝙ diſpenſatur,ut poſſit fieri
ep̄s, uidetur ꝙ ſit factus legitimus ē t quo ad actus legi
1 timos [p̄terea] tertium ar. † euaderet] ſic & legitima-
tus per ep̄m effugere debet obiectionem illegitimæ na
tiuitatis quo ad actus legitimos,ſ.ꝙ poſſit eſſe iudex &
teſtis in paterna autem hæreditate, uel aliis non intel-
ligitur diſpenſatum : quia non poteſt diſpenſare , ſicut
2 nec iudicare.s̃ e.lator,& c.cām ¶†Et no.ꝙ legitimatus
reſtitutus famæ &c.cum quo diſpenſatum eſt in quo-
cūq; foro ſiue eccleſiaſtico,ſiue ciuili, & omnia ea face
re poterit, ſuper quibus habuit poteſtatem, qui legiti-
mauit,uel famæ reſtituit,uel diſpenſauit. poterit.n.in
omni iudicio teſtimonium reddere, & ad ciuiles hono
res uocari , niſi ſint talia , quæ ſint in alterius præiudi-
cium, uerbi gratia. nam legitimatus ab uno principe ,
uel ciuitate, uel primate non obtinebit ab inteſtato bo
na hæreditaria in terra, quæ non ſit ſubdita legitiman
ti:quia ſic auferuntur bona conſanguineis defuncti,uel
3 fiſco,qui debet ſuccedere ab inteſtato. ¶†Item legiti-
matus à iudice ſeculari non intelligitur ad ordines le-
gitimatus: quia promoueri ad ordines non eſt de iuriſ-
dictione laici iudicis. ſed ſi unus ep̄s legitimet aliquē ,
etiam in alia diœceſi poterit promoueri : quia diſpen-
ſare in ordinibus cum illegitimo de iuriſdictione eſt
cuiuſq; ep̄i, & ꝙ illegitimus promoueatur , in nullius
præiudicium eſt.In aliis autem,in quibus non eſt neceſ
ſaria legitimatio, famæ reſtitutio, uel diſpenſatio,ut ſi
ſeruus daretur libertati , uel obligatus nexibus curiæ
abſoluaē,ēt ſi laicus hoc faciat,tñ ad ordines aptus red
ditur.54.diſt.c.1.2.& 3.& 4.& ſeq.rō diuerſitatis eſt :
quia in his non eſt delictum,uel defectus,nec eſt in p̄di
ctis neceſſaria aliqua diſpenſatio. alij autem dicunt,ꝙ
etiam diſpenſare poteſt, & intelligitur diſpenſatum in
hæreditate hoc ipſo , ꝙ diſpenſat in ordine.¶Sed con-
tra utrāq; opi.uidetur,q̄a non habet iuriſdictionem cō
tentioſam in temporalibus.s̃.de ap.ſi duobus.ſed dic ,
licet non habeat iuriſdictionem contentioſam , tamen
uoluntariam exercere poteſt.ff.de off.procon.l.ij.Item
aliqua conceduntur per conſequentiam & indirecte ,
quæ non conceduntur directe.4.q.3.§.ſerui.ff.de pac.
tutorum, & de his no.10.diſt.c.1. [uidebaē] quartū ar.
[recognoſcat] de facto. nam de iure ſubeſt Imperato-
ri Romano,ut quidam dicunt nos ɔ̄: imò Papæ [tanq̃]
agit.n.aliqñ quis ut alius.23.q.4.ſi eccleſia.ff.quod cū
uniuer.item §.j.ſic etiā habes in adoptione.ff.de adop.
ſi conſul. melius tamen facit , ſi abſtinet à talibus.ff.de
off.procon.nec quicquam arg.contra.s̃.de inſti.c.ult.s̃.
de iure pat.per ueſtras [rationibus] ſoluit [ſanguinē]
inter ſang.& ſang. iudicium uariatur , cum accuſator
dicit probatum eſt, ꝙ reus ſanguinem fudit,*i.aliquod*
crimen ciuile commiſit, puta *homicidium*, adulteriū,
furtum,

furtum, uel aliquod aliud ſimile [inter lepram & lepră] cum accuſator dicit infectus ea lepra hæreſis. i. aliquo crimine eccleſiaſtico, puta ſimonia, ſacrilegio, uel conſimili, & recuſatus negat [Inter cauſam & cauſam] cum actor dicit, teneris mihi in centum ex mutuo, uel commodato, uel conſimili ciuili actione: uel etiam teneris mihi ad decimas præſtandas. uel habeo ius patronatus in hac eccleſia, uel alia conſimili actione ciuili, & eccleſiaſtica, reus aũt negat. nam in his omnibus ſi quid difficile, uel ambiguum fuerit. ad ſedem apoſtolicam recurrendum. 18. diſt. multis, ſ. de appe. ut debitus [criminale] idem uult intelligere criminale & ciuile, non diuerſa, & ſic de aliis.

Ex tenore. [uidua] tanquam tutrix. C. qñ m. tu. off. fun. po. l. 2. & auth. matri. procuratrix aũt eſſe nõ poteſt & ꝓ filio, arg. ff. de ꝓcu. fœminas. [In facie] ad hoc ut fiat in facie eccleſiæ neceſſe eſt ſeruari ſolẽnitatem, q̃ eſt. ſ. de clandeſti. deſpon. c. fi. alii dicunt in facie eccleſiæ fieri, ſi uocatis amicis publice nullius ꝓcurata cellatione ꝯxit [ignorantia] ſufficit. n. alterius coniugũ ignorantia ad hoc, ut ſit legitimus, & ut etiam ſcienti ſuccedat, ſupra de clande. deſpon. c. iij.

Gaudemus.

## Qui matrimonium accuſare poſſunt. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Quis poſſit matrimonium accuſare.*
2 *Poteſt in cauſa matrimoniali idem eſſe accuſator, & teſtis.*

1 ¶ † Accvsare] Quilibet põt accuſare mr̃imonium ad plenũ diuortium celebrandum, non tñ quo ad torũ, ubi non admittitur niſi maritus. ſed in primo caſu extraneis præferuntur illi, qui ſunt de conſanguinitate cõiugum. ſed & inter extraneos ꝓferunt antiquiores, & maturiores uicini. 35. q. 7. c. j. & ij. j. e. uſ. nobis. Item tã maritus, q̃ uxor accuſare pñt. j. e. inſuper. Oẽs aũt, qui repellunt ab accuſatione, uel qui ad eam admittunt, & à teſtimonio repelluntur & ad illud admittuntur, dũmõ aliter ſint idonei ad teſtimonium reddendum. Item no. ꝙ ſi fiat accuſatio ſuper fœdere mr̃imonij, puta qa dicã inter coniuges conſanguinitatem, uel aliud impedimentum eſſe, ꝓceditur lite non conte. ſecus, ſi ꝑp adulterium ad tori ſeparationem ageretur. ſ. ut lite nõ conte-
2 ad hæc, & c. qm̃ fre. §. porro. ¶ † Item in cã matrimoniali idem põt eſſe accuſator, & teſtis. 35. q. 6. ſi duo, & c. eps in fi. & c. de parentela. ſ. de teſti. cog. præterea. & hoc intelligit uerũ, ubi q̃ritur de conſanguinitate coniugum, ut in pal. c. melius. ſ. de conſan. & affi. c. j. ſ. de ſpon. cum in tua nam tunc ẽt conſanguinei, & ẽt mr̃ põt eſſe accuſator, & teſtis. j. c. uſ. ſ. de teſt. ſup eo, in fi. Sed ſi nõ quæretur de conſanguinitate, ſed de alio impedimento, ſ. an ꝯxiſſet cum ea, tunc licet cõiter ſit admittenda mr̃, & pater ad accuſationẽ & teſtimoniũ tñ in hoc caſu ꝑp potentiam alterius coniugum haberẽt ſuſpectũ teſtimonium alicuius, repelleretur à teſtimonio, ſed nõ ab accuſatione. ſ. de teſt. ſup eo. in prin. & idem vr̃, ſi dr̃ primò cũ alio ꝯxiſſe. uel uotũ emiſiſſe, uel de ſpũali cognatione. nã in his ſi ſuſpectũ ſit alicuius teſtimoniũ, repellam eum, arg. prædictæ decre. ſuper eo. In conſanguinitate autẽ eſt ſpeciale. ꝙ nunquam ualet ſuſpectum habere teſtimonium alicuius conſanguineorum.

Relatum [nequiuerit]. ſ. ut lit. non conte. quoniam. §. quod ſi forſan contra ſolu. ibi.

A nobis eſt [Accuſatione]. ꝓprius dr̃ denunciatio, q̃ accuſatio: qa ad hoc intentio dirigi debet accuſantis, ut à peccato ceſſent, nec aliter intereſt, & melius eſt, ꝙ fiat in ſcriptis, q̃ ſine ſcriptis. ſ. de reſt. in integ. ex literis. ꝓſtat ẽt iurm de ueritate dicenda in mr̃imonio aũt ꝯhendo non habet locũ accuſatio, ſed denunciatio tm̃. ſ. de deſpon. impu. ad diſſoluendum [conſcripto] nõ enim poteſt per chartam accuſare. 2. q. 8. præſcripta, nec teſtificari, ſupra de coha. cle. tua.

Videtur nobis [dirimẽdũ] ꝑp conſanguinitatẽ, uel ꝙ aliud mr̃imoniũ prius ꝯxerant [admittantur] repete quæ diximus. ſ. de teſt. ſuper eo intereſſe] ſponſalibus contrahendis [leges] ſecus ſecundum canones.

In ſuper adiecisti. [Cognita] ſine coactione: alias ſecus.

Significante [Ab accuſatione] forte gñale eſt, ut nullus admittat ad accuſationẽ, ſi conſtat, ꝙ mala intentione ducitur. uel forte habet tantum locum in denunciatione, ubi neceſſe eſt, ꝙ denunciator ſit ſine crimine. 3. q. 7. in grauibus. matrimonium. n. nõ proprie dr̃ accuſari niſi ab uxore. nã cum non ſit publicum crimen. non admittitur, niſi quorum intereſt. ſed denunciari dr̃ crimen, in quo manet, ar. j. c. proxi. ſuprà de deſpon. impu. ad diſſoluendum. Sed quæres, nunquid neceſſe eſt præcedere monitionem, alibi no.

Cvm in tua. [prodierit] nec ipſe nec alius: qa ẽt ſi alius mr̃imonium accuſaſſet, tũc ſcẽs nullo mõ eſſet admittendus, niſi in caſibus, q no. ſ. de ele. cum dilecti [Banni] qui ſunt, ut quicunque ſcit aliquod impedimẽtum, intra certũ tp̃s ueniat, & dicat. ſ. de clande. deſpon. c. 3. ſi aũt non ſit ꝓfixus terminus debet uenire infra modicũ tp̃s, qđ tñ eſt, cũ quodam temperamento intelligẽdũ. ff. de ſolu. ꝙ dñis ff. ex quib. cau. ma. ab hoſtibus. §. ult. & hæc ꝙ ulterius accuſare non poſſit, uera ſunt, qñ poſt ꝯtum mr̃imonium & poſt terminum trãſactum uolunt accuſare. Sed qđ ſi añ ꝯtum matrimonium ſed poſt terminũ tranſactũ uelint accuſare? ẽ qđ ſi dictũ ſit in banno, ꝙ ultra terminũ non audietur? R. ſi ſic dictũ ſit, audiendus eſt añ ꝯtũ matrimonium, ar. opt. ff. de ope. leg. l. mãcipiorũ, & l. ſi opt. §. ult. poſt ꝯtractũ ãt non debet audiri, ut hic, ar. ſ. qui filij ſint leg. lator. C. de re pig. ſi eo. C. ut ſe ab hære. aucte. ibi poſita. qđã tñ dicũt ſñiam hanc. ſ. ꝙ nullus de cętero ꝯ illud matrimonium nõ audiatur neceſſariã ad hoc, ut non audiat, ar. C. de inge. ma. diffamari. ſed rñ. ibi ſñiam neceſſariã eſſe & ad hoc prodeſſe, ut ẽt ſi matrimonium non ſequatur, tñ poſt ſñiam non audietur: ſecus aũt, ſi non eſſet lata ſñia, ut ſupra dictum eſt. ¶ Itẽ hæc habet locũ, ſ. ꝙ poſt interdictum agere non poſſit, ubi per decretum prohibeatur ab agendo, uel accuſando, uel conſimilibus. ſecus, ſi per decretum imponeretur ei, ut duplum, uel quadruplum ſolueret, ſi aliquid non faceret. nã tunc etiam ſi contrafecerit, non incurrit pœnam. C. commi. uel epiſ. & pro l. interlocutio. C. de ſenten. & interlo. ex ſtipul. niſi in caſu ſpeciali. ff. de admini. tuto. tutor. §. ſi deponi, niſi forte cum cauſæ cognitione decreta eſſent interpoſita: quia tunc omnimodo ſeruanda eſſent C. commi. uel epiſ. & per l. ea quæ. ultra terminũ autem poſitum à lege nullatenus licet aliquid proponere. C. de adul. ob commiſſa. & eodem modo cõtra id quod l. municipali decernitur, uenire non licet. ff. de decre.



decre. ab ord. fa. l. ul. & ſm̃ hoc non uĩ differentia, ſiue adiiciatur clauſula, ſiue non. ſ. ſi ꝯ factum fuerit, non audiatur. ¶ Aliud autem eſt interdicere aliquid alicui. nã tunc ſi ꝯ factum ſit, tenet. ſ. de ma. contracto ꝯ interdic. ecc. ij. niſi adiectum ſit, & ſi contra factum fuerit, non teneat. ſ. de præben. dilecto habet aũt locum hoc generale edictum, ubicunque plures admittuntur ad agẽdum, uel contradicendum, uel aliquod ſimile agendum, ut in reſtitutione, & in matrimonio, in adoptione, & in natalibus. ſ. qui ſi. ſint leg. lator. ff. de adop. nam. C. ut ab hære. ſe abſti. auſ. ibi poſita. & eſt rõ, quare in talibus proponitur ſic generale, quia neſcit, quæ certa perſona [a] debet citari, ſicut de electione actionũ. ff. quo leg. l. ij. §. j. hæc autem decre. Et quod dicit hæc gloſſ. locum habet ubi nullus præceſſerat accuſator, quia ſi præceſſiſſet, etiam ſi legitime abſens & ignorans ſuperueneriт; non tñ audiretur, ut no. ſ. de elec. cum dile. ¶ Teneris] minor. 14. annis; & forte ſufficit, quòd ſit doli capax, cum cuilibet, q poteſt peccare, dictum ſit, ſi peccauerit &c. ij. q. 1. ſi pec. 24. q. 3. tam ſacerdos, 22. q. 2. anima: alias autẽ minor non admittitur ad agendum, niſi habeat curatorem, inſti. de cura. §. item inuiti [legitima] forte quia tunc probationes non habebat. 2. q. 7. plerique [præſumatur] 16. di. quod dicitis. 11. q. 2. qui & [repellendus] non ſolum ab accuſatione, ſed etiã teſtimonio, & denunciatione ſ. de ſpon. cum in tua nam quod una uia prohibetur, & alia ff. pro ſo. idemque ſupra de ꝓcur. tuæ. ff. de condi. inde. quæ ſub cõ. ar. contra ſupra de iureiu. quẽ admodum [ab illis] ſecus in teſte ſupra teſti. licet: alii tamen idẽ dicunt in teſte.

a ¶ *Quæ certa perſona.* Adde Bal. in l. ſi. C. de edi. diui Adriani tollendo. Imolam poſt Inn. in c. fi. de ma. & obe. in c. Alberi. de teſt. refert & ſequitur Fel. in c. cognoſcentes, col. 7. in prin. ſupra de conſti. & eunde n Inn. c. in noſtra ſupra de procura. Bar. in extraua. ad repri. in uer. per edictum, circa fi. Car. in ſuo conſi. 74. col. j. circa fi. Ale. de Imo. in conſi. 106. co. pe. in fi. & fi. in 5. uolu. & ibi cõcor. et ultra Ale. per Ale. adde in propoſito Pe. de Ancha. in conſi. 270 inci. in primo dubio, in ij. col. & in conſi. 292. inc. uidetur prima facie, & d. meũ d. Bar. Sozi. in ſuo cõſi. inci. quoniam uidendum in 3. col. & ibi alia allegat. quod conſilium non habetur in impreſſis, & Car. in conſi. 74. inci. in diſcuſſione præmiſſi articuli, colum. j. uer. in contrarium.

## De diuortijs. Rub.

SI QVA mulier. Qvæſiuit hoc, niſi non excipit de dictis, ſed dicẽdis [religione] trahendo eam ad idololatriam [ab infidelitatis] idem eſt, & ſi ad aliquod peccatum. hoc c. expone per c. inferius poſitũ, quanto, & c. gaudemus [traxerit] i. nitatur trahere.

Porrò de comite [& notoria] .i. publica fama aliter autem uix eſſe poſſet notorium [ſeparari] debitum autem denegare debebat, licet maritus uxorem dimittere non debeat pro quacunque notoria conſanguinitate tñ iudex ubi notorium eſt quo ad torum reſtituere non debet, ar. j. c. proxi. ſ. de reſti. ſpo. literas [reſtitutionem] agebatur poſſeſſorio.

Significaſti [poſtulat] ſiue poſſeſſorio, ſiue petitorio agatur iuſte denegatur ei reſtitutio, cum eſſet adulterium ſic notorium, qđ inficiari non põt, ſ. teſtimoniis teſtantibus ſuper terram 28. di. priuſquam nec hoc dicimus ſpeciale in matrimonio. ſed ubicunque eſt notorium facti actu permanentis, quale eſt hic, cum filii manent, qui reddunt notoriam incontinentiam, uel notorium iuris, nunquam facienda eſt reſtitutio; & ſic poteſt intelligi. ff. de doli excep. dolo. ¶ Item intelligo hoc, ſi notorium eſt iudici, & aliis, uel aliis & non iudici: ſed tñ ſecũ paratas habet probationes, ar. ſ. de reſt. ſpo. literas ſi neutrum horum eſſet, ſed diffuſum terminũ ad probandum peteret, non dicerem denegandam reſtitutionem. [materiam] mulier autem ad hoc nullo modo induci debet. ff. de adu. l. j §. ſi pu. ¶ Conſtaret] no. ſi mulier petit reſtitutionem mariti, & maritus excipiat de adulterio notorio, mulier replicet de adulterio uiri, non debet fieri reſtitutio, niſi & uiri adulteriũ eſſet notorium, ſicut & mulieris. ſed ſi uir non reiiciſſet mulierem ꝑp notorium adulterium, ſed peteret per eccleſiã ſeparari, & exciperet mulier de adulterio uiri, audiendæ eſſent probationes mulieris ſuper exceptione adulterij nõ notorij, & eſt ratio diuerſitatis, quia primò mulier egit poſſeſſorio. unde ſicut facilius conceditur, ne admittat exceptio adulterij non notorij, ſic & denegatur facilius, ut non audiatur in hoc, ut fiat ſtatim reſtitutio. ſed tñ bene dicimus admittẽdas probationes mulieris. & ſi probauerit uiri adulterium, fiet reſtitutio. ſed in alio caſu, ſcilicet quãdo uir petit ſeparationem, agitur petitorio; unde de utroque plene recipiuntur probationes.

Ex literis [ſuggeſtionem] & falſo [priuatim] q. d. nõ ſententiando, ſed conſulendo [redire] ar. contra ſupra c. prox. ibi ſol. ꝑp adulterium, quod commiſit: quia iam paria crimina mutua compen.

De illa. Hæc decr. loquitur de illis, quorum alter ad hæreſim labitur. & idem credo in duobus infidelibus, quorum alter conuertitur. [Nullatenus] ar. ꝯ ſ. c. proxi. ſo. ibi ideò uir cogitur eam recipere: qa poſt ſententiam commiſit adulteriũ. unde ſententia ſibi prodeſſe non debet, cũ fecerit quaſi ꝯ eam. at hic conuerſus poſt ſententiam pro ſe latam nihil ꝯ ſententiam fecit. uel idẽ eſſet in ſuperiori decre. ſi ſñia lata fuiſſet: ſed ibi non fuit lata ſñia, licet non ſñialiter eis iniunxerit continentiam. ¶ De aliis criminibus, quam hæreſi quid dices: puta quia uirum ad latrocinium trahere uolebat, ꝑ eccleſiam ſeparatum eſt matrimonium, ut hic, & ſ. c. proxi. 28. q. 1. idololatria. ſo. uĩ quibuſdam, ꝙ hæc decre. dicit, idem. alias quia nullam uel uilẽ cauſam inuenies, quare non ſit idem in omnibus? tñ alii dicunt, ꝙ ꝓ aliis criminibus nunquam eſt ferenda ſñia perpetuæ ſeparationis, ſed tm̃ quouſque pœnituerit. & rõ diuerſitatis eſt periculoſum hæreſis. ſed prius dictum, ſcilicet in principio glo. magis placet dicimus. n. ꝙ licet de rigore iuris poſt abſolutionem iudicis non debeat cogi. redire, licet etiam qđ bene diffinitum eſt, non debeat retractari. 6. q. 4. quod bene: tñ iudex ex officio ſuo adulteram poſt ſententiam redire coget ad adulteram, arg. ſupra de iureiu. tua nos, & ſ. e. c. prox. Sed dic, ꝙ non facit ꝯ ſñiam. ſñia. n. talis fuit, quia abſolutus fuit reus ab impetione mulieris. tunc autem fieret contra ſñiam. ſi mulieri iterum petenti uirum fieret eius reſtitutio, ſed ſi uir, pro quo lata ſententia, repetat mulierem, non fit ꝯ ſententiam. imo iniquum eſſet, ſi ea ſñia prodeſſet, contra quem lata eſt. ff. de exceptio: rei iudi. euidenter ſi autem uiro iſto accuſante mulierem adulteram, lata ſit ſententia diuortij, quia tunc non poteſt uir iuſte abſolui, quia agit, tunc locum habet decre. quamuis iudicem illum crederem prudenter ſententiari, qui ſic diceret,

Diuortij

Diuortij ſentétiam inter uos proferimus ꝑꝑ adulteriũ qnandiu uiro accuſatori iuſte placuerit.

V Enerabilibus.[ar.hieps] ex ſuo procedens officio ſ de ap.cum ſpãli.§.ſi.[& appellatum]poſt excõicationem:quia ap.non ſuſpẽditur excõicatio.ſ.de of.or.ad reprimendam[exceptis caſibus] ſ.de appella.Romana. §. quod ſi oportet [pro manifeſta] j.de uerb.ſigni.ex parte. [Propoſita querimonia] uel ſupplicationis, ſiue in integ.reſtitu.qua ſupplicat uel petat ſe reſtitui ad cauſã agendam ſiue pœnarum,expenſarum,ut plene notat̃ ſupra de procu.querelam,uel appellationis, per quã dicat reuocandam ſententiã.C.quõ & qñ iudex,ab eo.cõmuni.n.iure,cum ſententia tranſierit in rem iudicatam,ſibi ſubueniri non põt.idẽ uř,ſi tñ excõicationis ſententia lata eſſet ſimplr,Excommunico Petrum quia fuit contumax in tali termino.hæc.n.ſententia, licet non ſit diffinitiua,tñ ſi non eſt appellatum,tranſit in rem iudicatã. ſupra de re iudi.ꝙ ad conſulta.quo ad hoc,ꝙ ſuper expenſis,& contumacia excuſanda ulterius non audiatur, ſemper abſoluetur pro abſolutione petenda: quia nunquam,quominus abſolutio detur ſatisfacienti, tráſit in rem iudicatam [nec pandi] C.de iu.ſancimus [in.itinere captus] ff.ſi quis cau.l.ij.[minime compareret] ſ. de re iud.contumacia [& hoc ipſum] quia ubicũque iudex ſuperior qui poteſt abſoluere uel condemnare in cauſa q̃ pro excommunicato lata eſt,abſoluere debet excõmunicatum ſupra de of.dele.cum contingat, niſi obiiceretur de manifeſta offenſa,ut prædictum eſt [illicò pronunciare ] ſed probatio appellantis recipi poteſt ſuper ueritate cauſæ,ſcilicet de appel.interpoſita ad cautelam:quia dubitatur,an ſententia excommunicationis teneat ſupra eo.ſolet.

R Omana,&c.[ ſubiectos] immediate ſ. eo. a nobis, prima glo.in hac gl.ſecus [iniuſtas]imò uř, ꝙ ipſo iure ſint nullæ ſ.e.ſtatuimus [caueat] ꝯ,ar.ſ.de app.cõſtitutis [proferre] ſ.de offi.ordi.ſi ſacerdos,in tex.& in glo.ſ.de app.præterea ij.glo.hodie[ exprimant] ſupra eo.cum medicinalis [uniuerſitatem] ꝯtra,ar. ſ. reſpon. ibi ſoluitur [prohibemus] ad hoc ſ.eo.ar.glo. iſtæ ſpeciales perſonæ.

## De uerborum ſignificatione. Rub.

N Am & rex Nabucho.[proauus.] ff.eo.ſi appellatum. §.liberorum.

N Am & ego,&c. dicit Salomon [quare] uerba Auguſt. [fratrem] prius enim alium filium habuit de Bethſabee,qui mortuus fuit[qa ille] hic uult dicere,quia ita cito mortuus eſt, ꝙ nec ẽt ei nomen impoſitum eſt, nec natus uidetur.

QVOD DICITVR.

IOSEPH.

I Ntelligentia [res] .i.intellectus.ff.de ſup. le. Labeo. 31.q.1.qũo.ff.de rebus dubiis,in ambi.22.q.5.Hu.

NIHIL.

P Roptercea ſi prolixam] ff.de fun.inſtru.& inſtr.lega. cum de lanionis.§.cum fundum.

Q Vamuis omnes.[quandam] ſpãliter.q.d. quamuis omnes,qui præſunt rite uocentur præpoſiti, præpoſitura tamen eſt nomen ſpecialis dignitatis.

Forũ



F Orus. [forus] his partibus conſiſtit iudicium tanq̃ b ab ordinantibus.nam negocia partium leges aduocatorum, & iudicia iudicũ ad ornatũ forum [quo uenit] hic uult dicere,cũ dr̃ a caſu,uñ uenit cã,ſicut de uenditione oritur cã inter emptoré & uenditoré[.n.]ſupple, cã [uocat̃] qđ ſit iudiciũ. [negociũ] qđ ſit negociũ [lis ãt] qđ ſit lis [iurgiũ]qđ ſit iurgiũ cã qđ ſit cã[ar.]quid ſit arg.[probatio] quid ſit ꝓbatio[in omni] quæ perſonæ requirunt̃ in iudicio[iudex] quid ſit iudex [accuſator] quid ſit accuſator [reus] quid ſit reus [teſtis] qđ ſit teſtis [teſtes aũt] q̃ conſiderentur in teſtibus [nõ fœmina] in teſtamentis.n.& criminalibus cauſis teſtis eſſe non poteſt,inſti.de teſtamentis.§.teſtes.2.q.6. epiſcopi. 33.q.5.mulierem.

P Actum.[ſcriptura] quia ſæpe fit cum ſcriptura, ſed & ſine ea tenet.

I Vs dictum eſt.

C Auſa Carpẽ.[licitis].de hoc notatur.ſ.de decimis ex tranſmiſſa.ſ.de ſententia excommu.cum uolun. gl.not. eleemoſynas.

Q Væſiuit.

I N his,quæ ambiguitatem.[partis] non tñ credimus lite conte.neceſſariã.[diffinimus]no. ſententiam ferri ſuper interpretatione.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia recipiunt in dubijs intellectum ſecundum intentionem concedentis, & quandoque fit interpretatio ſecundum propriam uerborum ſignificationem, in nu. 2.*

O Lim tibi [& manualia].ſ.quæ quotidie dant̃,ut pro exequiis mortuorũ, & hmõi. [Moliuntur] uolebant.n.noĩe præbendæ ſuæ quæ tm̃ præſentibus datur ea, tñ intelligere,quæ in uictum conſiſtunt & male.comprehendit.n.& ea, quæ ueſtitus ſunt, dummõ tñ reſidentibus dentur[interp̃tanda] de hoc not.j.
1 eo.cãm,de dona.per tuas,& c.cum dilectus[Intellectũ] priuilegia.n. in dubiis recipiunt intellectum ſecundum intentionem concedentis.j.e.dilecto.ſ.de reſcrip. mandatum,& c.ſeq.ff.de reg.iu.Neratius,&ita,ꝙ nõ trahant̃ ad iniquum grauamen alterius.ff.de uulg.ſubſtitu. facto & debes ſcire, qđ ubi dans priuilegium reſpondet de intentione ſua, non eſt neceſſe partibus præſentibus[a] fieri,ut hic, & facit præiudicium partibus talis interpretatio,& ad eam obſeruandã coguntur,ut hic.j.e.ex parte ueſtra.& hæc proprie declaratio dr̃.ff.de teſt.heredes.§.j.& hoc in priui.ſed ſi ſentẽtiam ferat, uel aliquid aliud de iure faciat, non ẽ ſua interp̃tatio:qa functus ẽ ſuo officio ſ.de of.del.c.ex literis.† Itẽ quandoque fit interpretatio ſecũdum propriam uerborum ſignificationem,ẽm ꝙ habes fere per totum hunc titnl.& in.ff.& C.& hęc interpretatio fit & non præſentibus partibus, & extra iudicium. nec per talem interpretationem coguntur partes ad ſeruandam interpretationem, nec eis præiudicat.& eſt ea ratio quia leges, & uerba legis, & ultimarum uoluntatum,& contractuum, & priuileg. recipiunt quandoque interpretationem à conſuetudinem[b] cõtra uerbi propriam ſignificationem, ut.ff.de le. ſi de interpe. & l.ſeq.& l. minime, & l. ergo.&hęc interpretatio tñ ad principem pertinere uidetur, & iõ ſemꝑ remanet.eis ſaluum ius ſuum, nec ſit eis præiudicium per talẽ interpretationem,poteſt aũt & hæc iuterpretatio fieri partibus præſentibus & tunc præiudicatur partibus, ut no.ſ.eo.c.prox.ar.ad hoc.ff.quis or.in bo. poſ.ſer.l.ij.§.j.& ij.melius credimus, ꝙ quælibet interpretatio obſit partib.ad hoc,ꝙ ſeruet interpretationes Papæ,niſi alio iure iuuentur,infra eo.uenerabilis.ſ. de deci.ex multi.& of.or.duo.eſt aũt alia interpretatio cuiuſlibet iudicis,ſ.qñ iudex interpretat̃ uerbum legis,uel ꝯctus in cã, quæ coram eo uertitur.ſ. de poſt.c.j. ff. de leg.non pñt. & hoc debet fieri partibus præſentibus,& ꝑhabita copia defendendi utrique parti.j.eo. uenerabilis.30.q.5.iudicantem.& ideo ad ea, quæ interpretata ſunt, cogunt̃ partes.& hæc uera ſunt in interpretationibus.modificatio aũt priuilegij non debet fieri niſi partibus præſentibus,& ẽt conſentientibus.ſ.de dec.nuper quamuis ſi nollent conſentire, eis inuitis dans priuile. poſſet illud modificare ex iuſta cauſa, argum.ſupra de exceſſi.præla.c.ij.& not.ſupra ut ec.be.ut noſtrum,in ſi. nec ꝯdicit decr.ſ.de deci. ex parte:quia ibi non fuerunt modificata priuilegia illis,qui habebant; ſed ille Papa magis moderata priuileg. dabat de nouo monachis, q̃ ſui anteceſſores fecerant. iſtæ aũt modificationes non fiunt lit.pend.nec fiunt, niſi petente eo, cuius intereſt. ſ.ut lit.penden.dilectis,ſupra de teſt.cãm.interpretationes autem fiunt ſine lite,& lite pendente, & petente eo; cuius nihil intereſt,ut habes hic,& in multis iurib. hic allegat,ſupra de ſen.excom.inter alia.ſ.de ſi. per tuas. ubi ſatis apparet non eſſe rñſum illis, quorum intereſt.põt autem ea ratio eſſe., quare non ſeruatur ordo iuris in interpretationibus:quia eſt notorium de iure. dr̃.n.ſic inrerpretanda uerba iuris, uel priuilegia, uel ꝯctus,uel teſtamenti,ſ.& ex aduerſo ꝯ.cum ergo ius hoc diffiniat, & non ſit neceſſe probatio facti,nec fiat præiudicium partibus, ut ſ. dictum eſt, non ſeruabitur ordo iuris,ut no.ſ.de conſue.cũ inter uos [interpretãda] ad expoſitioné iſtius decr.optimè facit.ſ. de præb. dilectus filius,in gl.illa,ſed nonne.

a ¶*Præſentibus ſic non requiritur citatio. Adde Paul.de Caſt. qui ad hoc allegat in conſilio cccxxxvij.column.2. incipi. Quia exceptiones, in prima parte antiquorum ſecundum nouiſ. impreſſ. & Fely.in 2 capitulo cum olim, colum.6. ſupra de re iudi.*

b ¶*A cõſuetudine. Adde Ab.in c.certificari.ſ.de ſepult. & Fel.in ca. cum M.Ferrarienſis.colu.3. ante mediũ, ſupra de conſt.*

C Vm in partibus ex his uerbis ar.ſumpto a ꝯrio ſenſu.dicebãt iſti priuilegiati,ꝙ ſi non eẽt gñale interdictum,puta in regnũ uel prouinciã,ꝙ licebat eis more ſolito,ſ.apertis ianuis,& alta uoce celebrare diuina.

C Vm tibi de benignitate [indultum] hæc decr. non hẽt locũ, ubi qs hẽt aſcẽdẽtes, uel deſcẽdẽntes.uel ẽt collaterales ꝯſanguineos.tũc.n.ꝯ ſanguinei tm̃ ſuccedunt.12.q.ul.c.ult.& q.3.c.1.item ſi nullos conſanguineos hẽt,non hẽt locũ hæc dec.qa ſuccedit eccleſia. 12. q.3.quicunque.ſ.de ſucce.ab inteſt.c.j.item non hẽt locũ,ubi deputauit certã perſonã,ꝑ q̃ bona eius diſpenſarent:quia tunc ille diſpenſabit,nõ alius.ſ.de teſt.tua, in auté.de ec.ti §.ſi quis.C.de epi.& cle.nulli poteſt.ergo hẽe locũ,ubi bona ſua i pias cãs erogari ꝑcepit,nec deſignauit pſonã,ꝑ q̃ hæc fierẽt:uel deſignat̃,ſed negligẽté. in his.n.caſib.licet ꝑ epm dioe.fieri debeãt.ut in pall.tñ de ſpãli gra Papa hoc aliis indulgere,ꝑt quis hoc aliis non indulgeat, ſed tñ epo, cui ſcribitur,& non eſt hic ſpãlis gratia,ſed ius cõe.uel forte eſt ſpãlis gra: qa archi. & alij habebant de conſuetudine.

Cum

CVm clerici in prælatione ɔſtituti, & alij ſi eſt cõſuetudo.[Fidelis] hoc iurm obtinet tm̃ ius obedictiæ, uel fidelitatis,uel homagij, ꝙ pro ſpũalibus non eſt pſtandum.ſ̃.de ſi.ex dili.j.c.prox.c.ſi.hoc autem iurm ꝓ ſpũalibus præſtabaẽ. & ideo cõiter tenetur hoc iuro nõ tm̃ ep̃o, ſed ẽt capitulo.ſpũalia.n.iura nõ ſunt diuiſa inter ep̃m,& capitulum.un̄ de conſenſu capituli facere debet.& ſi aliqui laici, uel clerici iurarent ep̃o fidelitatẽ pro aliquibus tp̃alibus,q̃ ep̃s habet ſegregatа à cap̃lo, nullatenus tenereẽ cap̃lo,uel è conuerſo.ſ̃. de reſcrip. edoceri [Capitulum] no.ꝑ eccle. hic intelligi capitulũ maioris eccleſiæ.63.diſ.§.j.x.q.ult. antiquos. qñq; autẽ intelligitur tm̃ ep̃s.7.q.2. ſcire. qñq; uiri eccleſiaſtici. 63.diſt.c.j.qñque quælibet eccleſia.ſ̃.de teſta. relatũ.ſ̃. de uſu.cum ſuper.quandoque congregatio fidelium, de conſe.diſt.j.eccleſia.

QVerenti.[Circunſtantiis].ſ̃.de of.dele.ſane,paſto. l.diſt.contumaces.

SVMMARIVM.

1 *Silua quæ ſit.*

2 *Priuilegium de noualibus extenditur tantum ad futura.*

3 *Cum utraque pars probauit intentionem ſuam,qui teſtes præferantur.*

4 *Nouale dicitur etiam ager infructuoſus,redditus fructuoſus.*

QVid ꝑ nouale.quis locus dicatur nouale, quære extra e.ueniens.§.illũ.[†Anno].ff. de uerb.

1 ſig.ſilua.§.nouale,qñq; dr̃ ſilua,quæ rumpiẽ.ff. de ter.à.l.ult.ff.de peti.hære.utiles [extirpatis].ſ̃.e.c.j. [de nouo].i.poſt priui.impetratu, ar.ſ̃.de prin.dudum: uel & ante,ut ibi no.uel aſr,ut no.in gl.hic poſita, no.ꝙ

2 ſ.[†Memoria] no.ꝙ hæc probatio non incumbit priuilegiato, ſi non ſit in poſſeſſione.& qui agit petitorio ẽt, debet probare,ꝙ ab eo tp̃e,quo habuit priuilegia, facta ſunt noualia.extenditur.n. tm̃ priuilegium ad futura noualia,cum ille ſit ſanus intellectus priuilegij ubi nihil,uel parũ partibus ꝑiudicet, ut no.ſ̃.e.olim. alij aſr dicunt,ut no.ſ̃.de priui.dudum.ſed ſi expreſſe uellet, & diceret,ꝙ ẽt de anterioribus nou**alib**.hẽret,mihi uẽ,ꝙ illa appellaret noualia,quæ à.x.ann.circa culta fuerũt. tanto.n.tp̃e inducitur conſuetudo,& ſeruitus continua ff.ſi ſerui.uin.ſi quis.C.de ſeruitu.l.ij.& fin.Itẽ oportet eum ꝓbare, ꝙ an tp̃s illud.x.ann. nouale in quo cœpit mõ coli,tanto tp̃e fuit incultum,ꝙ non extat memoria, ꝙ cultũ fuerat.& debent ſic dicere teſtes,quidã dicunt, licet nobis non placet, Nos uidimus, ꝙ hæc poſſeſſio fuit inculta.xl.ann.adminus. & poſtea adiicient de ulteriori tp̃e hoc mõ,nos ẽt nõ audiuimus,nec uidimus, qñ culta fuerit hæc poſſeſſio,nec uidimus, uel audiuimus eos,qui uiderint,uel audiuerint,qñ ꝑdicta poſſeſſio culta fuerit.uel melius debent dicere omnium eſſe opinionẽ, ᵃuel cõem ſe nõ uidiſſe,uel audiuiſſe eos, qui uiderint, cũ culta fuit hæc poſſeſſio.ff.de probationibus, ſi arbiter. ¶Sed dices, ergo hoc eodẽ mõ ꝓbabo legem datã à Moyſe, & ſchiſma Chore,Dathan,& Abiron,ar. 7.q.1.deniq;. ſed ſi hoc dr̃, multæ abſurditates,&impietates nedũ de aliis,ſed & de Chriſto ꝓbari pñt. & idcirco nõ eſt ita laxe accipiẽdũ ſed ſic reſtringendum eſt.non uidimus eos,qui uiderint. & hoc leue eſt.nec eos uidimus, qui audiuerint ſuo tempore factum.i. in cõi opinione habebatur,ꝙ poſſeſſio,de qua agitur,non colebaẽ, ſed lupis & tranſeuntibus beſtiis,uel paludibus patebat. ſi autem uelles adiicere,non uidimus, nec audiuimus illos,qui uiderint,uel audiuerint ſuo tempore,uel etiam ante tp̃s eorum factum,male intelligeres,& ꝑdictæ abſurditates,& multæ aliæ ſequerentur.Sed ex aduerſo, ſ.ex parte negantis decimas, & negantis nouale poteſt probari ɔ̃rium,ſ.per teſtes,qui ſic dicũt, nos audiuimus dicentes,ꝙ audiuerãt eos,qui audiuerant alios dicẽtes poſſeſſionem,de qua agiẽ cultã fuiſſe ſuo tp̃e in cõi opinione habebaẽ, & non dubitabatur eam eſſe cultam. ff. de aqua plu.arc.in ſum.in prin.& §.ſi.

3 ¶†Sed quæres, ſi ſuã opinionẽ utraque pars probauit.qui teſtes aliis pſerenẽ?Rñ.cum teſtes ẽm ea,quæ diximus debeant dicere cõem opinionem eſſe poſſeſſionem cultam,uel non cultam,illi teſtes pferentur, qui meliores ſunt, & ueriſimiliora dicunt.4.q.3.in prin.ſed ſi teſtes dicerent, nõ eſſe cõem opi.ꝙ culta eſſet,hic ꝑualẽt pauci teſtes aſſerẽtes cõem opi.quia negãtis &c.6.q.5.actor. ad hoc facit. ſ̃. de proba.iij.non aũt ſufficit ab uno audiſſe, ſed a pluribus.ſ̃.de teſti.licet & ualet hæc pſcriptio in ſeruitutib. & iurib.q̃ nec continuã uel quaſi continuã cãm habẽt, de quib.no.ſ̃.de pſcripti.de quarta.& non hẽt locũ hęc ꝓbatio niſi ubi hr̃ expſſum i iure,ꝙ dẽt hic pſcriptionẽ cuius non extat memoria [tali]. ſ. agro inculto. [†De

4 quo]quia põt eſſe,ꝙ fuit incultus,ſed non infructuoſus & de eius fructib.eccleſia ꝑcipiebat decimas.& ſic apparet,ꝙ dr̃ nouale:quia de infructuoſo ſit fructuoſus,& nõ quia de inculto factus eſt cultus.uel dic,& melius, ꝙ ẽt ſi erant aliqua nemora,uel paſcua,quæ primo aliquem fructum ferebant,ſed modicũ,puta modicã herbam, & pauca ligna,& ſi poſt de eiſdẽ nemorib. fiat terra culta. bñ habebit inde decimas ille, q priuilegiatus eſt ſuper decimis noualium,etiam parochialis eccleſia primò habebat illas paucas decimas, quæ colligebantur de paſcuis & nemoribus.ſed ſi prius parochialis eccleſia magnas decimas inde haberet, tunc ad eas non extenderetur priuilegium,&ſic expreſſe uidetur uelle litera huius decr.[de quo] iſtam dec.expone, ut diximus,ſupra de priuil.c.ult.

a ¶*Opinionem,Ioan.de Imo.in c.ueniens,ſupra de teſtibus, intelligit hæc dicta Innocent. in caſibus, in quibus ſufficit memoriam extare, uel non extare,& refert Alex.de Imo.in conſ. 208.col.iij. uerſ. nec etiam obſtat prædictis,in 2.uolu.*

VEnerabili.[protectione] ideſt gubernatione, & ꝙ ſibi de temporalibus reſpondet.& hoc ipſum factũ fuit de ſpeciali auctoritate Papæ [ſuis epiſcopi [de canonicis] ſanctæ Crucis [ſuo] epiſcopi.[Priuilegij]forte priuilegium impetrauerat monaſterium ſanctæ Crucis, ꝙ in monaſterio de Arga. ad eum ſpectante poſſet priorem inſtituere de fratribus ſuis,ꝙ non impetraſſet, ſi dixiſſet,ꝙ ep̃s ep̃alia iura ibi hẽret,cũ inter ep̃alia iura ſit inſtitutio prioris.ſ̃.de of.or.conquerente.ſ̃.de cape.mo.c.j.item in eodem priuilegio continebaẽ, ſalua debita reuerentia matrici eccleſiæ, ꝙ uerbũ malitioſe interpretantur appellantes maiorem eccleſiam non epiſcopalem,ſed Romanam.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt Papa iniuriam manifeſtam uindicare.*

2 *Qualiter ſit procedendum,cum de rebus,uel iuribus agitur.*

3 *Cum agitur de poteſtate Papæ,uel de ſententiis eius, quis cognoſcat.*

4 *Quando quis abſque aliqua monitione excõicari ualeat.*

5 *Superiori iudici relinquitur hæc cognitio, an ex iuſta cauſa quis fuerit excommunicatus.*

Ex



EX parte,&c.[latro] i.ſatisfactio,uel emenda de latrone dãnato,uel recte hõ culpa rei mortuus petitur.ff.de uer.ob.ſi ſeruũ.§.ul.cõdẽnatio aũt nõ fiet,niſi in æſtimatiõe ar.ɔ̃ ſ̃.de ac.quaſr.2 ſed illud nnet,ubi bñ põt ferri ſnĩa ẽm petitionem:alioquin põt aliqñ a petitione diuertere,ut in iudicio finium reg·ff. ſi.re.l.2.& 3.[de parendo] coram ordi.iudice, ſicut ex debito tenebatur.uel coram canonicis Carnoſ.qđ ex ſuperabundanti erat.uel dic,ꝙ erat de mero iure,cum delictum commiſſum eſſet in terra iuriſdõnis canonicorũ

1 offerret] coram or.iu.ut ſ̃.¶ Fecerunt] ſed dices, non ne hoc ipſo, qđ ſnĩam tulerat in cã ſua,iniuſta erat. C. ne quis in cã.ſu.l.j.4.q.4.c.1.Rñ.proſequamur hic materiam a remotioribus,ſi iniuria manifeſta ſit, Papa põt eam uindicare.23.q.4.Guiliſarius,& c.ſe.& põt, etiam ſi eſt occulta,facere inquiri.de ea.C.ſi quis imper.ma.l. j.ſed ſi inferiori ᵃ prelato fiat iniuria uel uerberibus, uel contumeliis,ſi eſt manifeſta iniuria, uẽ,ꝙ ſi militer poſſet eam in ſubditos uindicare.ſ.excõicando, & deponendo,ar.2.q.2.ſi quis,& ſ̃ de of.or.ir refra.& in prælle.c.Guili. ſi autẽ eſt occulta offenſa, non uindicabit eã:ſed poterit eum apud ſuperiorem accuſare,uel denunciare,& nõ punire. C. ne quis in caſu. ius ſibi di.l.j.ſ̃.de of.dele.ſtatuimus. nam in præcedenti caſu,cum offenſa ſit notoria,probatione non eget.2.q. 1.manifeſta.ſ̃.de appel.cum ſit Romana,nec ibi neceſſaria ſit ſententia ſuper crimine,uel iniuria, quæ notoria eſt,non eſt hic iudex in cã ſua,ſed executor pœnæ qđ bene põt quis eſſe in ſua cã: quia recuſari non poteſt.ſ̃.de ap.nouit.hoc mõ uẽ dicẽ

2 dum,ſi agitur de iniuris.¶ † Sed ſi agiẽ de rebus,uel iuribus, tunc ſic eſt procedendum:quia ſi Papa ɔ̃ aliũ, uel alius ɔ̃ eum mouet qõnem ſup rebus,uel iuribus aliquibus,eligant arbitri utrinque,ut iudicium procedat ſine ſuſpitione,ar.11.q.1.ſi clericus 3.q.5.qui ſuſpecti.& licet ſit honeſtũ,non negamus tñ quin alicui poſſit cauſas hmõi delegare,ar.ad hoc,quia imperator cãs ſuas & imperii facit tractari ꝓ procuratores ſuos, qui ſunt ab eo dati iudices,licet ipſi ſint ordinarii.C.ubi cau.fi. per totum,C.ſi aduer.fiſ.l.j.& ij.ſed non uideo rõnem, quare uitetur ſuſpitio,ſi ſunt ordinarij,& non uitetur, ſi ſunt dele.cum utrique ſint ab eo dati,imò procu. tãquã magis familiares magis debent haberi ſuſpecti;& ſic obtinet de conſuetudine,ꝙ Papa hmõi cauſas delegat aliis. ſi autem aliquis uellet Papæ crimẽ obiicere,de hoc nullus põt cognoſcere.9.q.3.facta aliorum,niſi de hæreſi. 40.diſt.ſi Papa.

3 ¶ † Item qñ de pt̃ate eius agitur,uel de ſententiis eius,nullus niſi ipſe ſolus cognoſcit.9.q.3.ea ſunt,nemo,& c.ſe.ſi autem ep̃s,uel alius inferior prælatus agat de iuribus,uel rebus ſuis, uel ɔ̃ eum agitur,coram competenti iudice hoc agi debet.C. ſi a non compe.iu.per totum.11.q.1.ſi clericus & ſi ipſe prælatus ſuper ſuis iuribus iudicat,uel arbitretur non ualet.C.ne quis in ſua cã.l.j.C.de arbi.l.pe.niſi notorium eſſet, ꝙ aliquis iniurioſe iura alicuius prælati occuparet,uel retineret.nam tũc licet nõ poſſit cognoſcere,nec debeat, quia notorium eſt.2.q. 1. manifeſta; tamen hunc notorium ſacrilegũ monitione præmiſſa excommunicare poteſt,& alias punire.2.q.7.ſi quis erga,& c.ſi quis,licet ſi dum monetur,uel alias,dicit conuentus , ego non ſum de iuriſdictione tua,ego em̃ ſum a te exemptus, uel nõ debeo tibi iura hæc,puta decimas,uel mortuaria, uel hmõi,tunc prælatus debet ei dicere, ꝙ ſi ſuper hoc habet priuilegiũ, uel inſtrm̃, ꝙ illud oſtendat. & ſi illud oſtenderet,non debet ulterius ꝑlatus iudicare, ᵇ utrum ſit uerum uel falſum priuilegium , uel an ei derogatum ſit: ſed debet ſuperſedere , & coram ſuperiore agere de iure ſuo:quia non eſt res notoria:ſed iam probabili negatione facta eſt res dubia.C.qui ad lib. pro cla.non licet.l.iij.& ideo excõicari non poteſt,niſi cauſa probetur coram ſuperiore.2.q.1.nemo.& ſi excõicauit, quaſi iniuſte excõicans punietur,& ſententia ſine difficultate relaxabitur.ſ̃.de ſen.ex.ſacro,etiã ſi in ueritate eſſet ſubditus,& ẽt ſi iura denegata deberentur.ſed ſi eſſet exemptus,ſententia pronũciabitur nulla.ſed iſte,ſiue ſit exẽptus,ſiue non,ſiue dubitet,prudenter faciet, ſi appellaret poſt, quam priuilegium exhibuerit. ne ulterius ɔ̃ eũ procedat,& ſic non tenebit,quicquid poſt fecerit. ſ̃. de ap.ad audi.& ualet hęc appellatio ẽt a futuro grauamine:quia eſt ex iudicium,ut no.ſ̃.de ap.conſuluit. ſi autẽ non oſtendit priuilegium,ſed dicit ſe habere priuilegiũ uel inſtrm̃ alibi,uel teſtes,uel probationes alias, tunc ſi id,qđ petitur à prælato,notorium eſt deberi de iure uel de facto,ut quia petit decimas ſuæ parochiæ,poterit eũ excõicare,non obſtante improbabili negatione,quę nõ facit rem dubiam,dato tñ prius ſibi aliquo termino, ad ꝓbandum de iure ſuo.ſi ɔ̃rium diceret,facile eſſet cuique iuriſdõnem fraudare.ſed ſuperior iudex excommunicato petenti abſolutionem ad cautelã dabit præſtita cautione de parendo eccl̃iæ mandatis:& præſtita abſolutione,quęret,quare nõ dedit decimas,uel aliud, qđ notum eſt de iure deberi.& ſi probauerit iuſtam cauſã de negationis,abſoluet eum à præceptis;& ſi non probauerit,condemnabit eum. nam præſumptio in hoc caſu trãsfert in eum onus probationis,ut aſs no. ſ̃ de præſump.illud.& qui illud negat,qđ de iure debeẽ,illud ꝓbare debet.ff.de proba.ab eo.& quia notorium iuriseſt ſufficit hunc ordinem ſeruari,ſicut apparet in præal. l. quæ alium ordinem ſeruari non præcipit,niſi ꝙ probet ar.ad hoc,quia non ſeruatur odo iuris in notorio facti, nec in notorio iuris.¶Sed dices,nonne iſte prælatus in omnem caſum debebat cognoſcere,an ſua eſſet iuriſdõ & an falſum eſſet priuilegium,& an eſſet exemptus. ſ̃. de reſcriptis,ſuper literis.ff.de iud.ſi quis ex? Reſpondeo,quia tunc habet locum,ꝙ iudex debet cognoſcere an ſit iudex,qñ inter partes contenditur de hoc,ꝙ unus dicit iudici,uos eſtis iudex,& reſcriptum eſt uerum, & alius dicit ɔ̃rium,quia tunc non iudicat in propria cauſa,ſed in aliena.ff.quando appella. ſit l.j.§.in propria, Sed ſecus ᶜ eſt, quando iudex proſequitur ſuam cauſam,qualis eſt in ſuperioribus caſibus.¶Vtrum autem exemptus ſit,uel non,uel utrum priuilegiũ, ſit uerum,uel falſum, uel aliquid aliud,quod tangat principalẽ cauſam,de his cognoſcere non debet. quia eſt iudex in cã ſua,quod eſſe nõ debet.¶Priuilegium autem,de quo hæc decre.loquitur, reſtringi debet,ut illi tm̃ auctoritate eius excommunicari poſſint, qui

a ¶*Sed ſi inferiori. Ad hæc dicta adde Pe. de Ancharan. in conſilio cclxxvij. incip. Ex prædicta facti narratione.colum.5. uer.uenio ad quintũ. & repetitur iſtud cõ ſi.ſub n.439 & quãdo quis poſſit eſſe iudex pro iniuria illata eius officio, uide per Alex. de Imo. in conſi.35.col ſi.uerſi. tertio præſuppono,in ij.uol.*

b ¶*Iudicare. Hoc dictum refert Anto. de Butr. in cap. caeterum,colum.6. ſupra de iu & do.Alex. in conſi.1.colum.3.circa medium, in quinto uol.*

c ¶*Sed ſecus. Pro intelligentia dictorũ Innocen.hic uide Alex.de Imo. in conſ. lxxix.col.ij.cir. medium,in primo no.*

qui notorie ↄtra eccleſiam deliquerunt,ar.s̃.de officio delegati,ſtatuimus ſtulte aũt faceret ep̃s,ſi in illo caſu, ubi ſibi exhibetur priuilegium,peteret arbitros,nec eſt de iure,ꝙ petat,quia illud c.ſi clericus,loquitur,qñ p̄latus uult conuenire ſubditum.Sed hic nunquam prælatus debet ſe conſtituere actorem,ſed reum,qui fauorabilior eſt,& tanquam reus debet ſub ſuo iudice conueniri.exēpti aũt,ſi notoria eſt exemptio , non tenentur cōparere ff.qui ſatiſda.co.ſi nota,& ff.de fer.l.j.¶Si uero dubium eſt,cōpareãt allegaturi priuilegium,& recedant.ff.de iud.ſi quis ex aliena & tutius eſt,ſi appellaretur,ut dictum eſt.& ſi non comparent , teneret ſn̄ia excōi.uel alia mulcta ex ea ſola cã,ꝙ non apparet allegaturus priuilegium,ar.præal.l.ſi quis ex [cautio] Item ſi excōicatus ſit pro ſola contumacia,dummō conſtet cōtumacia,non abſoluetur contumax,niſi prius refuſis expenſis,& alio intereſſe : quia & tunc pōt dici manifeſta offenſa [priuilegium] qđ continetur in priuilegio , de iure cōi eſt:ſed ad hoc ualet:quia ſolet plus timeri , ut 23.di.quanquam. [cōgrua] hæc ſunt uerba,quæ dubitationem recipiebant.nã canonici dicebant congruã ſatisfactionē emendationē damni.uel iniuriæ æſtimationem. ſed comitiſſa dicebat cōgruã ſatisfactionem, ſi p̄ſtaret cautionē,iudicio ſiſti.hanc autem dubitationem
4 dn̄s Papa ſoluit hic.¶ † Iuri] de hoc no.s̃.de ſen.ex.ſolet.idē eſt,ſi in aliquo negocio ſit contumax; uerbigr̃a, quia non uadit ad concilium 5.q.2.præſenti. 18. diſt. ſi ep̃s,& c.ſe.idem eſt,ſi non proſequatur accuſationē cœptam 4.q.5.c.1.in fi.& idem,dico ſi præciperet qd aliud quod ad officium eius pertineret.7.q.2.quia frater.idē ſi præcipiat alicui ſpãliter,ꝙ non faciat furtum,uel fornicationem cũ aliqua ſpãliter,& non obediat.hic excōicari poteſt ſine alia monitione facienda ſuꝑ emendatione criminis perpetrati:quia uerè contumax eſt, quæ ſola ſufficit ad iuſtificandam excōicationē.11. q.3. certũ. Idem dn̄t quidam ēt,ſi gñal̃r,uel ſimpliciter moneat aliquem ſuꝑ fornicatione,qđ non credo : quia ſicut pro contumacia de expreſſo crimine dēt excōicari,ſic de expreſſo crimine moneri,ar.2.q.1.nemo,& s̃.de ſen.ex.cũ medicina . [offenſa] ſup. & contumacia. nam pro ſolo crimine non eſt quis excōicandus,ſi uelit ſe corrigere. 11.q.3.nemo.45.di.ſed illud 24.q.3.tam ſacerdos.& qđ dicit in offenſa,idem intelligitur in quolibet crimine. s̃.de ſen.excom.graue.s̃.de offi.dele.ex literis.24. q. 8. peſſimam.17.q.4.presbyterorum.11.q.4.excellentiſſimus [manifeſta] quæ offenſa manifeſta dicatur,in c.ꝓxi.dr̃. [ſufficiens] plus placet,quod no.s̃.de cen.cũ ue-
5 nera. ¶ † Si uerò dubia] i.ſi iudex ſuperior dubitabit, an ſit notoria , uel non, tunc ſtatim abſoluat eum , niſi aduerſarius offerat ſe probaturum,ꝙ inferior iudex excommunicauit eum pro manifeſta offenſa.j̃.c.proxi.ſupra de reſcr.ab excōi.in fi.ubi dr̃, ꝙ ſuperiori iudici relinquitur hæc cognitio.an ex iuſta cã fuerit excommunicatus nec unquam potuit eſſe iuſta, niſi excommunicatori eſſet notoria uel per confeſſionem,uel per probationem,uel ꝑ euidentiam facti.j̃.e.c.proxi.quia ſi iudici conſtaret,ꝙ pro dubia offenſa eſſet excōicatus ab inferiori iudice , tunc ſine ulla cautione ſtatim abſolueret eum: quia conſtaret, quòd ſententia eſſet iniuſta , quæ non debet ferri in dubiis,ſed tantum cauſa probata.2.quæſtio.1.nemo,& c.nomen.33.diſtin.habuiſſe, niſi forte non ut iudex , ſed ut pars tuliſſet ſententiam : quia tunc etiam pro offenſa non notoria,dummodo poſtea appareat uera, poteſt quis excommunicari,ut no.s̃. de cen.cum uenerabilis.

SVMMARIVM.

1 *Si quis per probationem uelit facere manifeſtam iniuriam aduerſarij , audiendus eſt ante,quam abſoluatur aduerſarius.*
2 *Manifeſta offenſa qualiter cognoſcatur, habes hic exemplificatum.*
3 *Quomodo dicatur periculum imminere moræ , ſi quis abſolui differatur.*

Cum olim, &c. [dum anſam] q.d.dum unã q̄ōnē ſoluimus,in grauiorem incidimus.ſoluimus eñ uerbum,qđ erat in priuilegio. ſ. ꝙ nemini liceat,&c. illud interpretantes de excōicatis pro manifeſta offenſa,ut in ſuperiori c.ſed ex illa ſolutione difficilioris q̄ōnis nodus eſt intricatus,ſ.q̄ offenſa dicatur manifeſta [proponentibus] & male [iudici] male dn̄t: quia in qualibet cã manifeſta iniuria dr̃,quam iudex iudicat manifeſtam,niſi ab eius diffinitione appellet:quia rōne iuriſdōnis ſuæ licet ei præiudicium facere partibus ꝑ ſuam interpretationem. s̃.de poſtu. ad hæc. ff. de iuſti.& iure.l.fi.[ſibi] qui tulit ſn̄iam excōicationis,uel
1 parti,pro quo lata eſt. ¶ † Per cōfeſſionem]uel per ſententiam, à qua non ſit appellatum.s̃.de coha.cle. c.ueſtra,& c.tua,uel probationem.hic bñ colligitur, ꝙ ſi qs per probationem uelit facere manifeſtam iniuriam aduerſarii,ꝙ eſt audiendus ante,quam abſoluatur aduerſarius.'uel dic, ꝙ ſi excōicato eo tꝑe,quo petit abſolōnem,obiicitur,ꝙ excōicatus fuit pro offenſa,quã modo oſtēdit,& uult oſtendere manifeſtam per probationes qđ non pōt,nec debet eius abſolutio ꝑꝑ hoc differri,niſi probet,ꝙ ꝑ ꝓbationes,uel alio mō factum , pro quo eum excōicauit,fuit notum excōicatori ante,quam excōicaretur:quia aliter eſſet iniuſta ſententia , quæ lata eſſet,non probata cã excōicationis;& ideò ſine difficultate abſoluendus eſt.s̃.de ſen.ex.ſacro.§.j.ij.q.1. nemo. ſed ſi uellet oſtendere ꝑ probationes,quæ receptæ fuerunt ab excōicatore ante,quã excōicaretur , offenſam eſſe manifeſtam,uel uerã,bñ audiret̃ in impediēdo abſolutionē.uel dic,qñ quis excōicat ut pars,uel ut exequens officium ſuũ ſufficit , ſi poſt ſn̄iam excōicationis
2 probat̃ iuſta cã. ¶ † Aut euidentia]non habita differentia,an nō fuerit iudi.parti,an aliis.ſufficit eñ factum eſſe notum,ut no.s̃.de coha.cle.& mu.tua.Iſtam autē materiam, ut plenius intelligamus, ponamus in terminis. Parinenſis ep̃s pro rapina,quam fecit præpoſitus archi. excōicauit præpoſitum. præpoſitus ab ep̄o petit abſolutionem,& conqueritur de iniuſta excōicatione. archi. ↄdicit;quia pro manifeſta offenſa eſt excōicatus.præpoſitus aũt dicit,nullam iniuriam ſe feciſſe nedum manifeſtam,& addit cum negatione mea ſit res dubia.C.de inge.ma.l.iij .peto,ꝙ reddita ſufficienti cautione de ſatis faciendo,ſi apparuerit me: pro ma.offenſa excōicatum, abſolui,& maxime quia,& ſi conſtaret me iuſte excommunicatum,tñ cum cautione deberem abſolui:s̃.de ſē. exc.per tuas,in prin.& multofortius, ſi dubitatur.s̃. de ſen.ex.ſacro.§.uerum e ↄ rn̄det archi.ꝙ quamuis negatione res facta ſit dubia iudici,a quo modò petitur abſolutio,ei tñ, qui excommunicauit,nota fuit, quod tm̄ attendendum eſt.nam & e conuerſo,ſi coram iudice , a quo petitur abſolutio,probaret̃ manifeſta offenſa , niſi probata eſſet coram excommunicatore,eſſet iniuſta excommunicatio.2.q.1.nemo.s̃.de ſen.ex.ſacro.cum ergo me offeram probaturum manifeſtam offenſam excommunicatori illatam, ſum admittendus . Nec etiam ob. quod dicit, ꝙ ſi etiam conſtaret de iuſta excōicatione, deberet



deberet abſolui cum cautione,qđ falſum eſt, ut in fi. decr.ꝑ tuas. imò etiam ſi ſit dubium,ubi non eſt appellatum,ſupra eo.§.j. niſi periculum immineret,ſatis crederem abſoluendum. nec ob.eo.decr.ſacro.§.uerum.q̄ non loquit̃, qñ alius vult reuocare ſn̄iam alterius, ſed ipſe idem cognoſcens errorem ſuum. imò,qđ plus eſt, ſi conſtaret de iniuſta excommunicatione, uidetur, ꝙ ſit mittendus ad excōicatorem, ut eũ ſine difficultate abſoluat, ar.ſupra de reſcript.ab excōmunicato,ſupra de ſen.exc.per tuas.§.j.ſed illa intelligimus,ubi eſt dubiũ. ubi aũt eſt certum uel ꝙ ordinem omiſit, uel cã nō fuit ꝓbata,abſoluitur à ſuperiore.2.q.1.nemo. ¶Item & p̄poſitus dicit, aut ſeruatus eſt ordo iuris ; & tunc ſi non appellaui, non eſt dubium notoriam offenſam per ſententiam,ſupra de coha.cle.& mu. tua. aut non fuit ſeruatus ; & ſic ſuperior reuocabit ſine aliquibus ꝓbationib.2.q.1. nemo, & ſic nunquã uidentur locum habere poſſe ꝓbōnes Arch.nec eſt differentia hic,an ſit appellatum,necne. Arch.rñ.probationes ſuas locum habere, qñ ep̃s tulit ſententiam ordine iuris non ſeruato : quia factum erat notorium. Præpoſitus aũt rn̄det ſic, ſed & tunc aliquis ordo eſt neceſſarius,ſ.citatio,& ſn̄ia ſuper ſatisfactione officij.2.q.1. Deus.ſupra de diuor.porrò. & tunc demum,qñ nollet ſatisfacere ſ̄m ſn̄iam,erat excōicandus.11.q.3.nemo. Archi.rn̄det monitionē eſſe neceſſariam,ſupra de ſen.excō.ſacro,q̄ non pōt eſſe ſine citatione,& mandato,cum dicit p̄cipio,ut emēdes rapinam,quã feciſti Arch. qđ mandatum tenet uim ſn̄iæ in notoriis. dicimus ergo ꝓbōnem Arch.ſuper eo, ꝙ offenſa ſit manifeſta ſiue per ꝓbōnem,ſiue per confeſſionem,ſiue per euidentiam facti, tũc locum habere, cum dicit monitionem p̄miſſam:quia manifeſta offenſa fuit,
3 qñ in p̄poſitum excōicationis ſn̄ia lata fuit. ¶†Item dicimus, ſi pro manifeſta offenſa cōmiſſa in ipſum epiſcopum monitione præmiſſa excōmunicationis ſentētiam protuliſſet,ut hic,& ſuperiori decr.niſi periculum eſſet in mora,ſi abſolutio differretur,ſupra de ſent.excō. ſacro,& ſupra de ſenten.excōm. per tuas. intelligo enim periculũ moræ imminere, ſi excōmunicator multum diſtet,ſiue prolixum terminum ad probandum manifeſtã offenſam requirat. imò plus uidetur,ꝙ ſi excōmunicatus non appellauit ſuper cauſa, pro qua fuit excommunicatus, ꝙ de cætero non poteſt petere abſolutionem, quaſi non ſit pro manifeſta cauſa excōmunicatus : quia per ſententiam factum eſt notorium, ut hic [cauſam] ſupra de uo.& uo.re. ex multa, & de bap.& eius effec. maiores. §.uerum. [probationem] ad expōnem iſtius loci multum facit,ſupra tit.proxi.ſolet, glo.quæ incip. Super eo,&c. uer.item no.ꝙ probatio.

SVMMARIVM.

1 *Recipiendus eſt talis libellus,peto talem electionem confirmari,uel infirmari pro cuius declaratione multa hic habentur.*
2 *Hæ actiones confeſ.& nega.competunt etiam poſſeſſori eius,iuris quod petit.*
3 *Actio in factum ex rei iud.dabitur in hæredem ex turbatione defuncti,contra quem fuit lata ſententia , ſed non dabitur ex turbatione hæredis.*
4 *Si in priuilegio,uel alio reſcripto ſit mentio conſuetudinis , uel priuil.neceſſe eſt illud exhiberi.*

1 Abbate. † conſuetudi.] hic uř talē libellum recipiendũ ; Peto talē electionem confirmari , uel infirmari:qa ſ̄m le.ↄ cōſuetudinē facta eſt, ar. s̃ de cōſue. cum dile.s̃.de cã poſ.cum eccleſia. 18.q.ult. c.ult.ff.cō.præ.uēditor.ff.de aqua plu.ar.l.j.§.ul.9.q.3. conqueſtus.64.diſt.qa.licet.n.tp̄s non ſit modus inducēdæ ob.ff.de ac.& obli.obligationum;tñ ſecus eſt in conſuetudine,ubi non requirit̃ tantum tp̄s, ſed ēt conſenſus eſt neceſſarius tacitus,uel expreſſus eius,qui tangitur ex conſuetudine,ut no.s̃.de conſue.c.1.ex conſenſu tacito, uel expreſſo obligationes naſcunt̃.ff.de pac.l.j. ij.iij.& iiij.ad hoc facit.C.de agri.litibus. dicimus.n. pro iuribus non competere negato. uel confeſ.quæ tantum competit pro ſeruitutibus , & uſufru.ſed debere agi, quia ad agentem pertinet de iure.s̃.de cã poſſ.cum eccleſia:uel conſuetudine,ut hic: uel conſtitutione ſuprà de conſue.cum dilectus : uel ex priuilgio.63 .diſtin. Adrianus,& c.ſeq.& hoc pōt dici.qa confeſſoria, & negatoria, quæ ↄpetit, quaſi cōfeſſoria dn̄o, uel quaſi domino rei,uel eccleſiæ,uel potius procuratori,& cuſtodi eccleſiæ,q poteſt noīe eccleſiæ agere , cui ius quæritur in illa eccleſia,qualis eſt prælatus illius eccleſiæ.ff. ſi ſerui uin.l.ij.& p̄latum intelligo quēcũq; legitimum miniſtrum,ēt ſi ſit conuentus,qui habet bona diſcreta, & competit ↄ poſſeſſorē rei,i.eccleſiæ , ubi dico me ius habere.ff.ſi uſufr.pe.l.ult.§.utrum. uel quaſi poſſeſſorē qualis eſt, qui dolo deſiit poſſidere, uel ſi liti ſe obtulit.ff.ſi uſufruc.pe.l.ultima,& qui nō patitur me uti poſſeſſione iure mihi debito,ſicut in interdicto, uti poſſidetis,dicimus. nam qua rōne facit, quominus poſſideã, eadem & ipſe poſſidere uidetur.ff.ſi ſer.uindi.loci.§.ſi quis mihi , & 50. diſt.ſi quis datur etiam confeſſoria in rebus non ſpiritualibus etiam non creditori.ff.de remiſſ.l.j. §.item Iulianus,& ſuperficiario.ff.de ſuperfici. l.j.§.ult. & uſufru.ff.ſi uſufru.pe.l.j.j. rñ. & datur contra ſuperficiarium agri debentis ſeruitutem.ff.ſi ager. uec.l.j.§.ult.quaſi autem negatoria competit eis , de quibus dicimus competere , & competit quaſi confeſſ. contra illum,qui poſſidet, uel qui tenet eccleſiam, uel rem nomine eius,cuius nomine ius poſſidet: uel etiam ſi quis tantum noīe ſuo poſſideat , non nomine alicuius eccleſiæ,contra eum danda eſt hæc quaſi nega.ut ſi agã ↄ aliquem,qui eſt in poſſeſſione archidia.nego tibi eſſe ius exercendi iura archid.in diœceſi mea,uel in tali archidiaconatu , qui ad me pertinet principaliter , uel directè ; puta quia ſum epiſcopus , à quo idem archid. tenetur, & recipitur, argu.eius , quod dicitur in uſufr. qui naturaliter poſſidet fundum uſufructuarium.ff.de acquiren.poſſeſſ.naturaliter;& tamen contra eum competit nega.ff.ſi uſuf.pe.l.iiij §.antepen.& ult.& competit hæc quaſi cōfeſſ.archid. Item & epiſcopo, à quo tenetur archi.ea ratione: quia eſt prælatus eccleſiæ, quæ eſt principalis & directa domina iuris archidiaconalis. & archi.qui hæc iuratam ab ep̄o, & eſt utilis dominus. & ita utrique prælato competit actio nomine eccleſiæ directa quaſi confeſſ.archi.nomine ſuo uti.quaſi confeſſ.quemad.& hæc competit dn̄o , & uaſallo, arg. ff. ſi ager.uec.l.j.§.ult. Item & ea ratione not.quia ad eum pertinet ordinatio omnium eccleſiarum.10.q.1.decretum.16.q.7.omnes. Item quia præordinator eſt in cũctis, licet in ſingulis ſinguli ſuam habeant ordinationē 25.diſt.perlectis. & inde eſt,ꝙ poteſt agere pro ſingulis eccleſiis ſibi ſubditis.s̃.de ſucc.ab inteſt.c.ult.10.q̄ō.2. c.ult.& hac prædicta ratione,ſ.quia quaſi nega.& quaſi confeſ.competit tantum rōne dn̄ij , uel quaſi, uidetur dicendum,ꝙ ſi aliquis eſt in poſſeſſione alicuius eccleſiæ,non audietur ↄ alium, ſi uelit ei imponi ſilentium: uel ſi dicat,ꝙ nullũ ius habet in eccleſia,niſi dicat ſe ius habere ī eccleſia,ſicut ēt in rei uin.nō audit̃,licet dicat ſe ha-

ſe habuiſſe poſſeſſionē,niſi dicat ſe dñm, uel quaſi. ſed
talis poſſeſſor poteſt uti poſſeſſoriis iudiciis,puta inter
dicto,uti poſ.& conſimilibus. ſed ſi alius agit ꝯ poſſeſſo
rem nega. uel confeſ.tunc bñ pōt excipere, non eſt tibi
ius petendi, uel non habes ius in eccleſia; & obtinebit
2 poſſeſſor.ff.de rei uin.fun.ff.ſi uſufr.pe.uti. ¶†Item no.
ꝙ hæ actiones confe. & nega. competunt ēt poſſeſſori
eius iuris,ꝙ petit,licet ſecus ſit in corporalibus,quorū
uindicatio nunquam competit poſſeſſori.ſ.de ali. iud.
muta.cau.fac.c.ij.ff.ſi ſer.uin.ſi forte.§.ſciendum,& l.lo
ci,inſti.de ac.§.ꝯ quoque.& ꝯ quemlibet impedientem
datur,ut ſ.oñſum eſt.& hoc ideo eſt,quia ſi eps petit iu
ra epalia ab aliquo abbatē, uel quouis alio, nihilominus poteſt uti in eundem abbate iuribus epiſcopalibus
puta excōmunicare,&hmōi facere.ſed ſi eps peteret ab
batem quaſi ſuum ſubditum,& ſuum clericum de iure
canonico,id eſt ut in omnibus teneatur ei,in quibus ab
bas ſubditus epo ei teneri debet ſm canones, in hoc
caſu credo,ꝙ abbas in oibus aget ſicut liber, & in poſ
ſeſſione libertatis erit abbas,ar.C.de libe.cauſa licet,
& C.de aſſer.tol.l.ſi.in hoc caſu proprie eps dr intentare præiudicialem; & ſic interim pendente hac qōne
non poterit eps illum abbatem nec excōicare, nec aliter procedere ꝯ eum; quia fieret ꝑiudicium principali
qōni,qua petit eum in ſubditum licet hoc dictum ſit in
gl.quæ incipit,hic uī,ꝙ confeſſoria datur ꝯ eum, q nō
patitur uti iure ſuo,ar.ſ.de præſcri.ueniens, ſupra de
deci.dudum; tñ ſnīa non dabitur tantum ꝯ ꝑturbātem
iura.ſ.ut ceſſet a perturbatione,ſed ēt dabitur rei.ſ.ad
iudicabit ſeruitutem,uel aliud ius petitum actori.ff.de
neg.geſt.qui neg.§.ſi.& ante,q feratur in eum ſnīa, non
ſufficiet actorē probare ſe poſſediſſe,niſi & probaret ſibi ius petitum deberi.ff.ſi uſufr.pe.uti frui.ff.ſi ſer. uin.
l.j.tñ per ſnīam ſic rei datæ non fiet præiudicium,quin
ꝯ hunc uincentem agere poſſit, niſi coniunctio cauſæ
hoc faciat.ff.ſi ſer uin.loc.§.ſi fundus.¶Item nec mandabitur ſnīa executioni ꝯ alium,ſed ad intereſſe tenebitur agens,ut diximus.ſ.de ali iu.mu.cauſa.c.j.melius
dicitur,ꝙ non adiudicabitur ſeruitus actoris:quia nec
petita fuit,ſed tantum adiudicabitur ſic,cum talis, ſed
probauerit ſibi deberi ſeruitutem in tali fundo,præcipimus reo,ꝑ eum non moleſtet. ſed contra. idem alias
enim obtinuiſſet,ſi nihil de proprietate probaſſet,& in
terdicto,uti poſ.tñ egiſſet, in quo non oportuiſſet eū
ꝓbare de iure ſeruitutis,ſed de poſſeſſione.& tñ rñ.ꝙ
multum plus obtinet,qñ egit de iure confeſſoria, quā
qñ egit de poſſeſſione per interdictum:quia qñ egit cō
feſſoria,ēt hæres eius compeſcetur a turbatione eius
iuris de quo egit actor:qa de iure actū eſt,& non de pec
cato,ꝙ dr commiſiſſe:qa actore turbet in poſſeſſione ꝑ
interdictū,ſed qñ egit interdicto,hæres non cōpeſcet ꝑ
ꝑdictam ſnīam a turbatione.rō diuerſitatis eſt:quia qñ
ſuccumbit in confeſ.ſ.de iure debet cauere,ꝙ nec per ſe,
nec ꝑ ſucceſſores ſuos impediet eum uti iure ſuo. ſed
qñ agitur,uti poſ.non iniungitur reo, niſi ꝙ nō turbet
actorem ſuper poſſeſſione ſua. item qñ agitur confeſſo
ria,ēt ſi actor non poſſideret,ſed tñ ius haberet reus,
aūt poſſideret iuſte,ſed in ueritate ius non haberet; tñ
ſnīa feretur pro actore.& et mandabitur executioni. ſ.
de cā poſ.ad ultimum.ſed ſi ageretur interdicto, qtuncunque ius haberet actor,ſi non poſſideret,& reus poſ
ſideret,pro reo feretur ſnīa,& ſic et eſt multa alia diſ
3 ſimilia inuenire.¶†Sed oppones,nonne actio in factum
ex re iudi.datur in hæredem?ergo ſi iudicatum eſt in in
terdicto, ꝙ aliquis non turbet, ergo & hæres per hanc
ſnīam compeſcetur.rñ.bene actio in factum ex re iud.
dabitur in hæredem ex turbatione defuncti, ꝯtra quē
fuit lata ſnīa: ſed non dabitur ex turbatione hæredis:
quia forte iuſte turbat;ut pote qui non ui, nec clā, nec
ꝑcario poſſidebat ab aduerſario.item hæres.non tenet
ex delicto defuncti.item licet confeſſoria, & nega. non
cōpetant niſi dño,uel poſſeſſori,qui habet ius in re, ut
creditori,& ſuperficiario;tñ ſi ille,qui agit ut dñs ꝑdictis actionibus,eſt in poſſeſſione,non oportet,ꝙ probet
dñium: quia non cogitur diceret titulum ſue poſſeſſionis.C.de peti.hær.cog.ar.op.ff.de lib.cā,liberis.§.ſi. &
l.igitur.§.j.ff.de inge.l.ſi.q optime dicunt.C.de lib.cā
eam,q.ſed ſi dñs ꝯ uſufructuarium intendat nega. tunc
omnibus modis oportet,ꝙ probet ſe dñm. ff. ſi uſufru.
pe.uti in prin.ſed illud eſt ea rōne,quia uſufructuarius
poſſidet naturaliter.ff.de acqu. poſſ.naturaliter.ſed ꝯ.
ff.de proba.l.ij.& l.uerius.C.de proba.actor, ubi dicitur,ꝙ actori incumbit probatio.ſed illud intelligit, cū
alterum plus altero non creditur, uel ꝓſumitur, ar.ſ.
ut ec.be.c.j.& ſi poſtea euincitur res,cui ad iudicata eſt
ſeruitus,a poſſeſſorē,pro quo lata fuit ſnīa,ille,cui mō
res eſt adiudicata , non poteſt agere, nec excipere ex
ſnīa lata ,ꝓ poſſeſſore alij tñ dicunt, ꝙ ſi agens confeſ.
uel nega.etiam in poſſeſſione ſeruitutis,uel libertatis,
tunc non eſt neceſſe,ꝙ probet ſe dñm ipſius rei,cui ſer
uitus petitur , uel negatur.ſed ſi non eſt in poſſeſſione
tunc oportet ꝓbare dñiū ipſius rei,ut no.Azo, ff.ſi ſer.
uin.ſicut.§.ſed ſi qrit.ꝙ tñ non dicit hic primum dictū
magis placet. in hac aūt confeſ.& neg.ueniunt res ipſa,
& cautio.ff.ſi ſer.uin.horū,& ēt fructus, & damna, quæ
poſt lit.conte.acciderunt.Item & ea, quæ præceſſerunt
ſed debent ſpāliter peti ff.ſi ſer.uin.loci.§.iij.& l.ſicut,
ar.ff.uti poſ.ſi duo.§.ſi. [eligerent] no. ſeruitutem imponi,ut aliquid fiat.ff.ſi ſer.uin.& ſi forte. §.2.arg.ꝯ.ff.
ſer.quot.[Robur] hic bñ probatur, ꝙ intendebant introducere ſeruitutem , quia illum de electione impugnabant.aſr.n.nō introduceretur ſeruitus.ff. quemad.
ſer.amit.l.ul.ff.de iti.ac.pri.l.ul.ff.quemad.ſer. amit.ſi
quis alia.§. cum ius habe.§.item Iul.[Iudicium] licet ꝑ
bono pacis ēt extra iudiciū hæc fierent, tñ quia intēdebant ſuo iure uti,ꝙ ex contradictione apparet, conſuetudo introducitur.nec credimus haberi ꝑ obtento con
tradicto iudicio,licet arbitri iudicauerint;quia ſnīa eo
rum nec nomen ſnīæ hēre meret.C.de arbi.l.j. item qa
non ſunt tales, qui poſſint introducere ꝯſuetudinē, ut
princeps, uel iudices eius:ſed licet non ualeat tanꝙ ob
tentum ꝯdicto iude iure na.§. ex non ſcripto [ad ꝑſonale]. ſ. concedimus [imperſonalis]. ſ. conſiſtere. [Si
mos] ar. ꝙ ſi in priuilegio, uel alio; reſcripto fit mentio conſuetudinis, uel priuileg. neceſſe eſt illud exhiberi.c.diſt.contra morem.76.diſt.ieiunium. 19.diſ.non
ne.20.q.1.ſancimus,in auth.ut ſpon.lar.§. & hoc quoque.arg.ꝯ. 19.diſt.ſi Romanorum,in auth.ut fra.ſi. §.j.
C.de do.donatio.ff.de do.ex hac ſcripturę.ff. de admi.
tuto.chirographis.ſo.in publicis inſtrumentis non eſt
neceſſe exhiberi illud,de quo facit mentionem in priuatis ſecus.alij dicunt, ꝙ ſi in priuil. contineatur totus
tenor inſtrumenti,non eſt neceſſe exhiberi alias ſic.ſed
hoc non ualet, cum poſſet eſſe falſitas in bulla, ſupra
de priuile.cum olim.tertij dicunt probabilius, ꝙ ſi pri
uile.eſt publicatum auctoritate iudicis, non eſt neceſſe
exhibere principale, alias ſecus.C.de teſtamen.public.
qualiter autem facienda ſit publicatio,not.ſupra de te
ſti. Albericus. qtumcūq; aūt fiat publicatio legitime,
alius audiet uolens probare falſitatem,ſi illud exhibe
ri



ri petit,niſi ſit amiſſum ſine culpa ſua,ſ. de fide inſtru.
l.ul. [Rectior] rectiſſimum aūt eſt,ꝙ ſubrogatio abbatis ſine ulla ꝯdictione & dubitatione ſit apud monaſterium S.Ber. ſed in mō & qualitate,ſm quam debet fieri ſubrogatio,ualet conſuetudo,& mos antiquus,ar. ſ.
de reſti.ſpo.Piſanis [non debeat]4.diſt.erit [ualere] ff.
ad munici.l.j.in fi.ff.de uſu.& ha.diuus,in prin.ff.de re.
du.quoti.ff.de ſerui.ſi quas.17.q.4.& q.5. 12.q.2.ſi quos
c.quia [ē uicino] quia Calixtus proximus fuit Paſchali.& quia ex certa ſcientia mutauit uerba,ideo bene al
legabat monaſterium S.Ber.ſi aūt hoc non eſſet, non in
telligerem ſm priuile.eſſe interpretationē prioris. ſed
illud præſumerem ꝑ falſi ſuggeſtionem impetratum.quidam tñ dicunt,ꝙ de iure uideretur Paſchalis priuilegium interpretādum,ut electio eſſet conuentus S.Sil.&
confirmatio abbatis S.Ber.ar.ſ.de conſue.cum dilc. alii
ꝯ [Adiudicauimus] hæc ſententia iuſta fuit,quia cōſue
tudo talis erat,& præſcrip.ſ.de conſu.cum dile.& c.ult.
item fuit iuſta ꝑꝑ interpretationē Calixti ex certa ſciē
tia facta,& cum cauſæ cognitionē. ex priuil.autē Paſca
lis licet poſſit habere confirmationē, non tñ habuiſſet
hoc ius,ut de eo tm̄ aſſumeretur abbas,ut quidam dnt.
contra. [donec] ar.priui.perire pereunte monaſterio,
ar.16.q.7.hoc ſcripſimus.25.q.2.§.ul.in fi.hoc autem in
telligo,ſi pereat,& non reædificetur.reædificatio enim
priuil.habet,ar.ſupra de elec.quia dili. Item diſtinguo
inter priui.quidam enim dantur ordini,& ea durant,du
rante ordine,uel hic.quædam dantur ſuper aliis poſſeſ
ſionibus,quæ non ſunt ordinis,& illa durant etiam remoto ordine,argu. contra ſupra de re. do. quia monaſterium.

SVper quibuſdam [conſiſcantur] ſ.de hære.excōicamus [pedagia] quia à peditibus danē. [guidagia] qa
danē pro ducatu [ſalmaria]qa danē,ut permittat ſalem
uendere,uel emere,& eſt no.quia hoc nuſquam alibi in
uenies prohibitum.C.de euic.&con.l.iij.& l.uniuerſi.C
no.uec.im. non poſſ.l.j.& iij. [uel Later.con.] ſ.de cē.
innouamus [uiduis] no.ſ.de oſ.del.ſign. 88.di.c. 1.& 2.
[rñdere] no.uiduas,pu.or.& reliquas miſerabiles perſonas poſſe quoſlibet conuenire coram eccleſiaſtico iu
dice: ſed nunquam poteſt inuita cōueniri,ſi malit ſub ſe
culari iudice reſpondere.

SVMMARIVM.

1 *Quando ſit tradendus quis curiæ ſeculari.*
2 *Non ſimulate,ſed cum effectu ſupplicandum eſt pro tradito ſeculari poteſtati.*

1 NOuimus expedire [damnabile] ¶†Nota.ꝙ ꝑ
quolibet crimine,dummō ſit damnabile, & dānoſum,pōt aliquis tradi curiæ ſeculari.Item ꝙ
pro nullo crimine tradi dēt,niſi ſit dānabile,& dānoſū,
uel aliter ut dicimus ſ.de hære.excōicamus[proiectus]
ꝑ ſnīam,quā dicit prælatus,depo no talē,& oībus priui.
eccleſiæ priuo[celebranda] de facto:quia poſt ſnīam eſt
ſpoliādus ueſtibus clericalibus. 11.q.3.epo. [Seculari]
no.qualiter depoſitus ſit ptā ti ſeculari tradendus [pronunciandum] poſt ſententiā depoſitionis datam primo,
& poſt expoliationem factam ſecundo . tertiò dicendū
eſt iudici ſeculari,ꝙ depoſitum & expoliatum in ſuum
2 forum recipiat. ¶ † Efficaciter]no.non ſimulare,ſed efficaciter ꝓ tradito ſeculari ptāti ſupplicandum. 23. q.
5.c.1. licet.n.prælatus clericum tradat depoſitum in fo
rum laicale; tñ non ꝑꝑ hoc condēnat eum ad aliquam
pœnā corpalem [in perpetuum] grauiorē pęnā nō pōt
imponere clericis & eſt no.ꝙ etiam falſarius non ſemper traditur iudici ſeculari;quod intelligo,quando eſt
ſpes de correctione.

SVMMARIVM.

1 *Secundum decretum non eſt neceſſarium miſſo in reali poſſeſſione.*
2 *In realibus & mixtis actionibus ſit tantum miſ. in poſ. rei petitæ.*
3 *Venditio rarò niſi contra latitantem ſit.*
4 *Latitare dicitur, qui expreſſe iudicis uocationi non obedit.*

DIlecto filio [eidē]ſ.parti aduerſę.[Indulſimus]
qđ tñ de iure cōi eſt,ut præter nullā indulgentiā bñficio tñ reſtōnis ſibi ſubueniaē,ſi cōpleta
eſt ꝑſcriptio recuperādę poſ.eo abſēte,uel in modico tē
pore poſtea.ff.ex q.cau.ma.re.ſed & ſi.§. quoti. & l.ait
ꝑtor.§.deinde,& no.ſ.de præſcri.ex tráſmiſſa.poſſet tñ
dici in hoc ualere indulgētiā,ut ēt ꝑꝑ reſtōnē ipſo iure
1 currat tēpus.¶ Præterita] hinc plene apparet,ꝙ nō eſt
neceſſarium ſm decretum miſſo in poſſeſſione reali,ſed
ſufficit ſolus lapſus tpis ad hoc,ut irreuocabiliter poſſi
deat,& faciat fructus ſuos.ſed ſi ad maiorē ſui ſecuritatē uult hēre ſm decr.pōt illud ſibi dari.ſ.de eo, qui mit.
in poſ.c.j.ſ.de eo,qui mit.in poſ.c.1.ſ.ut li.non con. qřa
frequēter.§.in aliis.hāc aūt miſſionē ex primo decreto,
q ex ſcđo,& tā in perſonali,q in reali facit iudex dele.
non tm̄ principis.ſ.de dolo.c.2.& ſ.de eo,q mit.in poſ.
c ii.ſed cuiuslibet alterius dele.ſ.de eo,qui mit.in poſ.
cū ueniſſent.& iſte eſt caſus,ubi añ lit.cont.del.impedit
offm ſuum qđā tñ legiſtæ dnt ꝯ,auē.de exhi.re.§.ſi uero
¶ † Itē no.ꝙ in realibus & mixtis act.ſit tm̄ miſ. in poſ.
2 rei petitæ,niſi qñ latitat,uel qñ dolo deſiit poſſidere.ff
ex quibus cau.in poſ.Fulcinius §.itē uideamus,& §.ſeq.
& C.de præſcri. 30.ann.ſiquis.§.ſi. ¶ † Itē no.ꝙ ueditio
3 rarò ſit niſi ꝯ latitantem.ff.ex qui.cau ma.in inte.reſti.l.
item ait.§.hic,& ff.ex qui.cau. in poſ. Fulcinius. §. j. &
§.ſequen.raro,iō dixi:quia ꝯ puberem minorem,& ꝯ ſu
rioſū,& ēt ꝯ pupillū,ſi ex alieno facto ꝯueniāt,ſit uen
ditio,ſi eis expediat,uel ſi urget debitum eis,uel ſi dila
tio allatura eſt dānū creditoribus.ff.ex qui. cau. in poſ.
Fulcinius.§.adeo,& l.ſi minor,& l.apud Iul j.rñ. & l. in
poſ.j.rñ.ff.de bo.auē.iud.poſ.ſi non ex.j rñ.iſtæ eſm perſonæ latitare non poſſunt. imò plus uī ex prædictis.l.li
cet multi ꝯdicant,ſ.quia ubicunque ēt aliis ꝑſonis ꝑter
prædictas iuſta cā mouerit iudicē,faciet uēditionē ſi.n.
ꝯ has facit ut latitātes,q ſunt fauorabiliores, quare nō
multo magis faciet ꝯ alias?& ſi dicas, ꝙ ꝯtra prædictas
facit ex iuſta cā,ſ.quia ſingunē latitare ꝑꝑ tutores, uel
curatores eorū,q latitant,certè hoc non uī uerum:quia
ſi hoc eſſet,lex aliqua hanc rōnē inter alias aliqñ aſſignare debuiſſet.imò expreſſe dicit lex,quia et ſi nullus
latitet;tñ ꝯtra prædictas perſonas ſit ueditio, ut dicit
præal.l.ff.ex qui.ca.in poſ.Fulcinius.§.adeo. itē ſi miſ
ſio,& ueditio ſiunt in reali,ubi ſit in aliis miſſio,quam
quæ petita ſunt,quare,ut prædictū eſt,nō fierent in ꝑſo
nali?ſed oppones quō tam graue damnum infligetur ab
ſenti non cōtumaci ſine ordine iudiciario?Rñ.hoc fieri
ꝑꝑ malitiam latitantis & ēt ꝯ alios ꝑꝑ multa mala , q
poſſent euenire,niſi fieret,licet rariſſime fieri debeat,
niſi ꝯtra latitantem.& tunc ēt inuentum ēt bonū reme
dium,quia ſi fiat ueditio,cum non exiſteret debitum,
agitur ꝯtra ipſum præiudiciali in rem ad recuperatio-
nem

nem rei uendite.hoc aũt non uĩ bonum:quia poſt, quã
Interlocutoria poteſt ferri contra abſentem, & non per contumaciam ita no.Inn.in c.auditis,de procu.f. 104. nu.2.& per Iaco.de Are.in l.nec quicquam.§.ubi decretum de offi.proconſu.& lega.Secus in diffinitiua, ut l. furioſo & ibi no.ff.de re iudi.Bal.hoc uerum ꝙ interlocutoria poteſt ferri abſente parte ſi parum grauat,ut l. ille à quo ff. ad Trebel.& l.recuſare,in prin.eo.tit.Secus ſi nimis grauat uel abſorbet ius alterius,ut in auct. ut ſpon.larga.§.ad hæc col.9.& in aucten. de hære. & falci.§.ſi uero abſunt,col.1.& per ea quæ no.ff. de bono.poſſ.l.iij.§ pen.& per Inn.in d.c.auditis Bald. uide per Bal.ſuper hoc in l.eleganter.§.ſi quis poſt ad fi. ff. de cõndi.indebi.

Interlocutoria qñ poſſit reuocari uel emẽdari, uide per Inno.in c.cum ceſſante,de appel.fol.201.& de prætoriis ſtip.l.j.§.ulti.Bal.

Interlocutoria & man.iudicis factum ex officio periit perempta inſtantia,quia eſt de act.ſi mandatum ſit factũ cum cauſæ cognitione ita no.Inn.in c.cum ueniſſent,in glo.non conceſsit,de inſti.f.220.nu.5.uide j̃.in uer.Teſtis, in 32.

Interlocutoria an poſſit reuocari intra.x.dies a tempore latæ,uide per Innocen.in c.ſacro, circa fi.de ſenten.ex commu. folio 330.n. 13.

Interlocutoria fertur ſuper emergenti. ita no.Abb.in ca. licet cauſam,de prob.& uide s̃.in uer.appellatio,in 31 q.& ſupra in uer.Citatio,in 19.q.

Inſtrumentum qđ quis produxit,non põt reuocare ꝓductionem,licèt poſſet reuocare cõfeſſionem ſi fuerit erronea ita no.Inno.in c.cum olim,de cenſi.f.266.Primũ eſt uerum niſi aduerſarius opponat ꝙ ſit falſum quia tunc poteſt producens ei renunciare,ut l.iij.C.de fide inſtru.Bal.rõ eſt,quia omnis producens ſcripturam ur̃ fateri ꝙ ſit uera & omnia in ea contẽta,ſm eum hic. & in c.uenerabilis,de excep.Bal.

Inſtr̃m non probat ea quæ ibi dicunt incidenter,ſed ea ſolum de quibus notarius interfuit rogatus ita not Inn. in ca.cum in iure peritus,de offi.dele.fol. 86.num.5

Inſtr̃m procurationis non eſt de act.ſed productio eius ſic ita no.Inn.in d.c.cum in iure,de offi.delega.f.e.nu.6.uide s̃ in uer.Actio,in 6.q.

Inſtr̃m non dr̃ falſum licèt erratum ſit in uerbis narrationis,ſed tunc demũ cum reperiatur falſum in eo de quo notarius atteſtatur de uiſu & proprio auditu.ita no.Inno.in c.præalle.c.cum in iure,de offi.dele. f.e.nu.5.

Inſtr̃a ex quo ſunt in iudicio producta & in act. regiſtrata,originale ſeu exemplar non cogitur edi, niſi falſum allegetur. ita no.Inn.in c. qm̃ contra falſam,de prob. fol.153.nu.4.uide omnino.j̃.in uer.Teſtis,in 61.q.& s̃. in uer.Citatio,in 40.q.

Inſtr̃m non probat niſi illa tm̃ quæ tunc fuerunt geſta.ita not.Inn.in d.c.qm̃ ꝯ falſam,de proba.f.eo.nu.7.& uide e.tit.in c.1.in cle. nam notario debet mandari & man. non eſt de re geſta & hoc de principalibus,ſed de acceſoriis probant,ut l.optimam.C.de contrahen.& commit.ſtip.Itẽ qñ præſumitur ſolẽnitas omnia probat,ẽt ea quæ tunc non erant in fieri,ut no.in l.j.C.de, fide inſtru.& iure haſtæ fiſc.libro undecimo. Bal.

Inſtr̃m notarii qñ copiatur in actis ſufficit ẽt ſine ſubſcr. teſtium. & eſt ſpãle.ita no. Inno.in c.poſt ceſsionem, de prob.fo.150.nu.2.in ꝯctibus tñ licet ipſa inſtrumenta fiant apud acta requiruntur ibi teſtes: ut ſi cõſtituo procuratorem apud acta.item in actis uoluntariæ iuriſdi.ut in eman.manumiſſionib.& ſi.niſi fiant in publico parlamento uel archiuo,ut C.de fide inſtrumento. l.emancipatione. & ff.de adoptio.l.poſt mortem & C. de his qui in eccle.manumit.l.j.uel niſi fiant corã principe, ut C. de teſti. l. omnium. Adde quod not. ff. de teſti.l.curent.& C.de donatio.in l.in hac & ff.quemadmodum teſta.aperia.in l.ſi quis Bal.uide infra in uer. Litera,in 15.q.

Inſtr̃m dicit ꝙ abbas & conuentus facit procuratorẽ, dic ꝙ abbas intelligitur loqui ut mẽbrum collegii,non ut ſingularis perſona:& ideo ipſe abbas non repellitur a teſtimonio.ita no.Inn.in c.ad hæc,de teſt.& ibidem uide per ipſum qñ monachus & abbas poſsint eſſe teſtes in cauſa ſui monaſterii.

Inſtr̃o ſtatur,& præſumit̃ ꝯ ipſum, niſi figura ſeu forma præſumptionis defendatur ipſius inſtr̃i.ita no. Inno. in c.1.de fide inſtr. fo.165.nu.9.

Inſtr̃m qñ publicatur uel exẽplificatur, requiritur quod pars ſit citata uel ſit ibi præſens.ita no.Inn. & Hoſt. in c fi. de fide inſtr. Saluo ꝙ contra producentem ſtatur ſumpto,ut l.ad hæc.C.de fide inſtr.Item ꝯ eum q trãſ ſumi fecit,ut ff.de admi.tut.l.chirographis:& ideo contra tutorem probatur ex inuentario licèt non appareant inſtr̃a originalia debiti qđ bene no.Bal.& ſic no. ex prædictis qualiter inſtr̃m debeat publicari & exemplari.& eſt differentia inter public.& exẽplari.publicatur.n.quod prius exemplatũ erat,puta teſtimonia.Item teſtã.Exemplatur aũt quod publicum eſt & publici auctoritate nititur,ſecundum Inn.& Hoſt.ibidem.

Inſtrumentum qui produxit pro ſe tenetur ſtare ei contra ſe,niſi illud iudex non admiſerit tanquam falſum. Dicit tamen ipſe hic ꝙ ſi peto a te decem & tu excipis de pacto de non petendo,& producis ad hoc falſum inſtrumentum in quo debitum continetur,licèt ego aliter non probem, condemnaberis uigore inſtrumenti quod eſt dictum ſingulare,ſm do.Pe,Bal.Sed ſi fortè iudex non admiſit eum tanquam minus ſolenne, tamẽ productio hẽt uim cõfeſsionis eius ꝙ in eo continetur ita not.Inn.in c.uenerabilis,de exce.f.176.n.7.facit.ff. l.Publia,in fi.& C.de fide inſtru.auc.ad hæc.& qđ not. in

in l.j.§.editiones.ff.de eden.ſublato autem fundamento confeſſionis tollitur confeſſio ſecundum eundem. Si tñ producens cartam, uel allegans legem errat ſibi nõ præiudicat,ſecundum Inn.ibidem.uide s̃.in uer. Citatio,in 38.q.

Inſtrumentum & alię ſcripturæ notarij excommunicati uel ſententialiter condemnati nõ ualent. idem ſi teſtis eſt:quia teſtimonium ualebit ex quo ſententialiter nõ eſt condemnatus.ita nota.Innocent.in capitulo.pia, de excep. fo.177.nu.4

Inſtrumentum donationis in dubio interpretatur in largiorem partem quatenus tangit ius donantis.ita nota. Abbas in c.cum dilectus,de dona.Et in dicto.cap. nota clauſulam in fine contractus poſitam referri ad proxima non ad remota.ꝙ eſt ualde no.Et ſuper hoc not.ꝙ una intentio quanodque reſpicit plura copulata quando plures intentiones reſpiciunt plura copulata, quandoque dubitatur, quæ ſit mens ſeu quæ ſit intentio. & interdum plura copulãtur à lege,interdum ab homine,& interdum clauſula eſt ſpecialis,interdũ uniuerſalis,interdum indiffinita. Et quandoque oratio eſt copulatiua,quandoq; diſiunctiua, quandoque conditionalis,ut ff.de hæredibus inſtitu.l.ſub conditione, & de uer.ſig.l.hęc uerba. unde in d.c.ſunt plures donationes & plures donãdi formæ. Et iõ clauſula ultimo loco poſita non refertur ad omnia,tene menti.Bal.Item in diſpoſitione legali multum ponderamus rõnem an ſit eadem uel non.argum.C.de interdic.l.j. nam ubi eadem ratio ibi eadem mens eſt uel eſſe præſumitur, ut d.l. j. C.de interdictis.& not.in l.cum tale.§.pe.de condit.& dem. quæ ratio ſi ſcripta eſt perit auxilium directum. ut.ff.de uerb.ſign.l.nominis & rei.§.j. Si autem non eſt ſcripta perit utile remedium,ut in d.l.j.C. de interd. item ſi ſunt plures leges uel plura capitula dictum in uno ſtatuto:non uidetur in alio repetitum,ut l. prætor §.erit.ff.ui bono.rapto.item ſi eſt una lex habens plura capitula diuerſe naturæ natura unius non uidetur accommodata naturæ alterius,ſed quantum natura cõmunis ſit: & quatenus ratio eſt uniformis & capitula ſunt contigua,ſit repetitio, ut not.inſti. ad l.Aquili.§. hoc autem capite.& inſt.de re.di.§.item lapilli.item ꝙ iure eſt uidetur repeti non facti contingentiam eadem exigi in diſſeparatis.ſecundum Bar.Bal.

Inſtrumentum ſtatim debet edi ubi poſitionibus uel libello de eo ſit mentio.ita not.Abb.in c.j.de proba.

Inſtrumenta ſuſpecta non probant & quando inſtrumentum redarguitur de falſo,debet tunc edi totum,nec ſufficit partẽ.ita no.Abbas in c.contingit, de fide inſtrumento.Adde in priuilegio, quia ſolùm illa pars debet edi ab impetrante quæ facit ad cauſam,ut ibi dicit Abbas.idem in legatario, quia debet ſolum ſibi edi illa pars teſtamenti quæ facit pro eo circa legatum, ut C. de preci impera.offeren.l.ſi.per Iaco.de Are.& Cy. à ſimili illa ſola pars inuentarij debet edi quæ tangit factum petentis, iudici tamen integraliter debet edi q̃ tangit factum petentis, iudici tamen debet integraliter produci,ut ff.ad l.Falc.l.maritus,per Iaco.de Areti.Bald.uide ſupra in uer.Amiſſio,in 1.q.& s̃. in uerb. Appellatio,in 32.q.

Inſtrumentum locationis in quo dr̃,conduxit & precario rogauit,importat ꝙ intelligatur rogare ne poſſideat. ita no. Bar.in l.ſi quis ante.ff.de acq.poſ.

Impeditus in cauſa electionis tenetur procuratorem mittere.& eſt ſpeciale ꝓpter inſtans periculum.ita no. Inno.& Hoſt.in c.cum inter.de ele.

Intereſſe commune quis dicitur proſequi, & quis intereſſe ſingulare, uide Innocen. in cap. cum eccleſiaſticæ de exceptio.

¶Interrogatoria fiunt ſuper teſtibus examinandis,& non debet dari neceſſariò copia interrogatorij parti aduerſæ ne poſsit inſtruere teſtes ſi tamen iudex dat parti cop.ut opponat interrogatorio poterit facere:& nõ peccabit ſecundum Inn.nec uitiat inſtructio dictum teſtis,ut no.Roffre.in titu.de ſena.conſul.libo. Articulorum uero & capitulorum probandorum debet dari copia parti ad oppo.contra impertinentia, & ad deliberandum,& hoc uenit ex illa regula ꝙ omnia ſunt edenda quibus quis uſurus eſt,ut.ff.de edendo.l.j.§.edenda ſunt.utitur autem capitulis qui ea producit,ita Inn. in c.Albericus,de teſti.fo.160.nume.5. & facit ꝙ not. per eundem in c.j.de probationi.Tamen dicit Inn.in d. ca. Albericus, ꝙ licèt non fuerit data copia articulorum parti,nihilominus proceſſus ualebit:uide j̃.in uer.Teſtis,in 5.7.& 45.q.

¶Interdictũ quis poteſt ſuſpendere. & quæ differentia ſit interdicere locum,& interdicere perſonas,uide de his per Inn.in c.ut priuilegia,de priuilegiis. fo.318.nu.1.

Interdictum an extendatur ad familiares epiſcopi & capitali,uide per Inn.in c.ꝙ uerò.de priui.fo.318.nu.2.facit in ar.ff.de iudi.l.non al.§ j. Bal.

Interdictum quid uult dicere.Et an interdicti poſsint ſepeliri in cimiterio & ſi fuerint ſepulti, utrum ſublato interdicto ſint extumulandi. de omnibus his uide Inn. in c.tanta,de exceſ.præla. fo.312.nu.6

Interdictum dr̃ uiolare qui in ordine ſuo agit,quæ ordini ſuo non conueniunt ſolemniter per Inn.in d.c. tanta fo.eo.uide j̃.in uer.Suſpenſus,in 6.q.

Impetratio,uide,infra in uer.ius,in 11.q.& j̃.in uer. Taciturnitas, in 2.q.

Impetratio non ualet ubi eſt certus numerus canonicorũ niſi in bulla fiat mentio de illo numero.ita no.Abb. in c.dilecto,de app.ꝙ not.Bal.

Impeditus in cauſa electionis tenetur mittere procuratorum,ꝙ eſt propter inſtans periculum. ita no.Innoc. & Hoſt.in c.cum inter,de elec.

Imperator ante coronationem an habeat plenitudinem poteſtatis cum non dicatur Imperator, ſed Rex Romanorum.uide Inn.in c.uenerabilem.de elect.43. Sed qd ſi duo Imperatores eliguntur in diſcordia:dic. ꝙ uterque adminiſtrabit,ut Rex Romanorum, & uterque habebit eandem poteſtatem quam habet Imperator donec electio alterius approbata erit per Papam glo. eſt no.& ſingularis ĩ c.Romani, de iureiu.ꝙ no.& tene mẽti.Bal.& uide s̃.in uerbo annus.in 1.q.

Imperator & quicunque principes in quibus caſibus poſſint caſſari,uide ibidem Hoſt.& uide omnino j̃.in uerbo Papa,in 51.q.

Imperator in temporalibus præeſt uniuerſis eccleſiis & perſonis, niſi in rebus & in terris donatis eccleſiæ. ita no.Inno.de ſenten.excommu,c.nouerit.fo.331.num.2. ergo in terris donatis eccleſiæ nullam habet iuriſdict. ff.de off.præfec.urb.l.1.§.cum urbem in gl.Bal.uide infra in uer.Rex.in 5.q.

Imperio uacante iuriſdi.deuoluitur ad Papam. ita no.Inno. in c.licet, de foro compet. fo.121.nu.3

Imperium eccleſiaſticum unde habuit originem,de maioritate eius & de ſumma potentia,uide in d.c.licèt, per Innocen. fo.eodem

Imperium quomodo poteſt eſſe iuſtum cum habuerit originem à ui.uide per Inn.in c.q ſuper, de uoto & uoti redem-

redemptione fol.255.nu.10.Reſpondeo iure gentium ut l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu. Bal.

¶Infamis,uide ſ.in uer.Captus,in 1.q.ibi non eſt infamis &c.& uide.ſ.in uer.Electio,in 12.q.& ſ.in uer. Canonicus,in 8.q.circa fin.

Infamis quando repellatur ab accuſando & teſtimonio,& qñ non,uide per Inno.in c.cum te,de re iud.fo.189. in nu.1.& uide ſ.in uer.Crimen,in 4.q.

Infamia facti repellit à teſtimonio in criminali, ſecus in ciuili,ita no.Abb.in c.teſtimonium,de teſti.

¶Irregularis eſt ſcribens ſententiam mortis.ita no. Inn. in c.ſententiam,ne cleri.uel mona.fo.274.in nu.3.ſecũda manu.& uide infra in uerb. Suſpenſus,in 1.& 4 q.& ſupra in uer.Interdictum,in 5.q.& infra in uer. Suſpenſis,in 3.q.& 9.q.

Irregularis nõ eſt corpore uitiatus.ita no.Inn.in c.presbyterum,de clerico ægrotante. fo.220.

Irregularitas eſt de iure poſitiuo, & non habet locũ niſi in caſibus expreſſis.ita no. Inn.in c. ad audientiam, de homi. fo.303.in nu.9

¶Iuriſdi.ſi eſt commiſſa alicui ſpecialiter an derogetur ordinariæ generali,uide Inn.in c.recepimus, de priuilegiis.fo.415.in princip.qui allegat.l.pro & contra. uide.ſ.in uer.Abb.in 8.q.ubi habet epiſcopalem iuriſdi. uide ſ.in uerbo cauſa,in 6.q.ibi in reuocatione iuriſdi.&c.uide ſ.in uer.Cita.in 28.q.circa medium.ibi idẽ ſi iuriſdictioni &c.uide ſ.in uer. Imperio.in 1.q.& ſ. in uer.Excommunicatur,in 4.q.Bal uide Ang.de Peru.in l.teſtan.C.de teſta.

Iuriſdi.non poteſt. prorogari in foro pœnitentiali, quia potius eſt officium quã iuriſdi.ita no.Abb.in c. de cauſis,de offi.deleg.

Iuriſdi.qñ competat cum ſcribitur pluribus iudicibus, uide Inn.in c.prudentiam,de offi.deleg.fo.78.nu.9. uide infra in uer.Teſtis,in 70.q.& infra in uer.Sententia,in 33.q.poſt medium.

Iuriſdict.ſuſpenditur per appellationem, & quando hoc ſit uerum,uide per Inn.in c.ſuper eo,de appell.fo.192. Et ſic no. quando appellatio ſuſpendit proceſſum primi iudicis,& quando non.

Iuriſdictio tollitur contraria conſuetudine & præſcripta. ita dicit Inno.in c.ad noſtram,in fi.de appel.fo.190. & uide.infra in uer.Statutum,in 1.q.ibi non ante factum ſtatutum oritur iuriſdictio.

Iuriſdictio nuda transfertur ad iudicem appellationis,nõ poſſeſſio uel aliud ius.ita no.Inn.in c.Romana,de app. fo.205.nu.5.uide omnino.j̃.in uer.Reus,in 1.q.& ſ. in uer.Citatio,in 35.q.

Iuriſdictionis tres ſunt ſpecies principales.ſ.merum imperium,mixtum & iuriſdictio.Si quis utitur una ſpecie non porrigitur ad aliam ſpeciem. Sed per exercitium unius ſpeciei quẽlibet articulum illius ſpeciei uř exercere.ita no.Inn.& Abb.in c.dilectus,de capellis mona. & tene menti iſta. Bal.

Iuriſdictionis uenditione qualiter poſſeſſio acquiratur, uide Bar.in l.poſsideri,in prin.ff.de acq.poſ.& ibi ponit de uenditione caſtri &c.

¶Interdictũ non obſeruans debet ab of.remoueri & efficitur irregularis.ita no.Inno. in c.j.de poſtu.præl.fo.25. nu.7.uide infra in uer.teſt.in 25.q.

Interdictum differt a caſſatione à diuinis,quia primo caſu id eſt celebrans tempore interdicti; eſt irregularis, alio caſu non,ita no.Inn.in c.irrefragabili,de off. ordina. fo.94.nu.4.

Interdictum non ſuſpenditur propter appellationem. ita not.Abbas in c.ad hæc de app. de quo nulla ratio reddi poteſt,niſi quia ita ſtatuit canon,ne uileſcat auctoritas clauium. Bal.

Interruptio ciuilis quot modis fiat,uide Inn.in c.illud de præſcrip. fo.279.

¶Inquiſitio ſi eſt completa & probata,ſuperueniens accuſatio non facit ipſam ceſſare,ut l.ſi.de noxa.& de ædil. edic.l.ſi quæ.Item quia timetur colluſio.C.de aboli. l. 2.ff.de iureiu.l.eum qui §.in popularibus. & de, inoff. teſtam.l.ſi ſuſcepta. Item quia inquiſitio & accuſatio ſunt de iure communi,& ad idem tendunt.unde unum non excludit aliud, ut l.j.§. dixerit, de publica. & l. in ambiguis.ff.de regu.iur.& per Inno.in c.cum dilectus, de ele.fo.41.num.9.circa fi.uide Dy.in c.factum legitimè,de reg.iu.lib.6.& uide per Cy.& Bal. in l.j. §. quia Plautius de libe.agno.

Inquiſitio eſt proceſſus ordinarius id eſt legitimus. ita no Inn.in c.dilecti,de ſenten.excommu.fo.334.num.1. unum tamen no.q; qui imperat inquiſitionem,non dicitur accuſare.glo.eſt no.in l.j.C.ſi tutor non geſſerit. quod no.Bal.

Inquiſitio generalis quando fit, non ſeruatur forma iudiciorum.ita not.Hoſtien.in capitu. bonæ, de electio., & not.inſtitu.de pub.iudi.in prin.uide ſupra in uer. Accuſatio, in 3.q.

Inquiſitio quando committitur ad inſtantiam alicuius recipiuntur teſtes quos ille nominat.quando autem iudex inquirit ex ſuo officio, tunc recipit illos quos ſibi uidetur recipere.ita no.Hoſt.in præallegato.ca.bonæ, de electio.facit.ff.de conditio. ob tur. cauſam.l. ſi tibi Bald.uide infrà in uerbo libellus,in 2. q.& ſ. in uerbo alienata in 2.q.

Inquiſitio canonica poteſt fundari ſuper delicto in genere ſicut infamia & purgatio,nec coartandus eſt inquiſitor,qui facit ex officio & bono zelo,ſicut coartatur accuſator,qui procedit ex odio,& qui debet eſſe plene inſtructus non per famam.& ideo in inquiſitione non habet locum.l.libellorum. ff.de accuſa. quia poteſt fieri de homicidio,ſimonia & de adulterio in genere, licet non dicatur ubi & quando & cum quo, ſecundum Inn. & ſentit glo.ibidem inſti.de pub.iudi.in princi. Tamen ſecus eſt in inquiſitione quæ ſuccedit loco accuſationis & tendit ad eandem pœnam,ut no.Iaco. Bu. inſtit. de act.in princi.nã & in ea habet locum d.l.libellorum & ſi illa omittuntur eſt inquiſitio ſpecialis inepta.& d. glo.inſti.de pub.iud.debet intelligi in inquiſitione generali,non in ſpeciali,ſecundum doct.Et idem dicit in exceptione,quia in accuſatione ſi habet uim accuſationis,ut in exceptione lenonicij, uel ſit oppo.teſti. ut in cap.præſentium,fauore probationum credo illud fore introductum ut cum ſint certæ non elidantur p incertum,alias aũt ſufficit exceptio gñalis uide iſta q̃ tangũtur in c.ſi.de purga.cano.per Inn.fol.320. & in accuſa.ciuili ſi irrogat infamiam,idem q; in accuſatione,ſi non tunc nõ eſt neceſſe apponere talia, ut ff.de iniur. l.prætor. per Bart. Bald. uide ff.de dolo.l.item exigit per Guil. de accuſ. & do.Bald.

Inquiri non põt niſi ſemel de crimine vnius hominis.ita no.Inn.in c.in tantum, de colluſionibus. fol.308.nu.3

Inquiri debet de capite & de mẽbris qñ infamia præcedit. ita no.Inno.in c.cũ dilectus, de accuſa. fol.290

Inquiſitor datur ad petitionem vniuerſitatis.ita no.Inn. in c.cum dilectus,de purg.cano. fol.319.nu.5

Inquiſitio ab epiſcopo quando cõmittitur ad inſtantiam alicuius uidetur illegitimatus promotor. ita not. Innoc.



Inn.in c.ex parte,extra de accuſa. fol.288

Inquiſitor procedit ꝯ Seium,Seius opponit declaratoriã, dicit inquiſitor rñde primò inquiſitioni reſeruatis tibi exceptionibus: Quæritur,an Seius teneatur reſpõdere?uř q; ſic,quia inquiſitor non ligat̃ ad ordinem iudiciorum,ut not.inſti.de public.iudi.in prin.Cõtrariũ eſt uerum,quia imo ſeruare debet ordinem. ita notabiliter no.Inn.in c.exhibita,de iudi.fo.120.præpoſteratio.n.uiciat proceſſum inquiſitionis ſicut proceſſum accuſationis per præallegata no.Inn.Bal. Et pro hoc, qa in iudicio quantũcunque ſummario dẽt conſtare de iuriſdõne & de legitimatione perſonarum. uide in l. liber.C.de peti.hæredi.& in l.ſi quæramus.ff.de teſta. & in l.ij. C. de edic.diui.Adria.Tol.& per Barto. in extrauagan.ad reprimendam,ſuper uerbo ſummariè, & ſuper uer.Figura.

Inquiritur de criminibus illius qui dẽt promoueri abſq; ſpecificatione criminum,ſecus in iam promoto. ita no. Inno.& Hoſt.in c.1.de poſtu.præla.

Inquiſitor magis debet niti ueritati quã ſolẽnitati & circũſcriptioni delicti.ita not.Inn.in c.cum oporteat. de accu.fol.291.in nu.1.de hoc dic ut no. inſti. de act. in prin.& ibi per Iaco.But.in lectu.Bal.

Inquiſitionis ſpãlia circa inquiſitionem ſunt iſta. Primũ eſt,quia in ea non requiritur ſolennitas quæ in accuſ. ut no.inſti.de publi.iudi.in prin Secundum quia in inquiſi.teſtes poſſunt recipi lite non conte.ut per Inn.in c.1.ut lit.non conte.fo.126.nu.7.Tertium, quia teſtes poſſunt recipi poſt aperturam teſtiũ.ut p Inn.in c.cum clamor,de teſti. f.161.n.2. Rõ,quia in inquiſitione nõ eſt accuſator:& ideo ſubornatio non timet̃.Quartum, quia ſi ſuper inquiſitione gñali teſtes aliq̃d dicãt q; iudex per id põt ferre ſñiam,ut per Inn.in ca.dudum.de elect.fo.34.nu.4.Quintum,quia iudex poteſt formare inquiſitioné ſpecialem,ſi teſtes ſuper inquiſitione generali recepti aliquid dixerint,& poteſt ipſos iterato examinare & ſententiam ferre,ut no.Inn. in ca.qualiter,de accuſa.fo. 290,nume.2.Item non uř quod quis ex generali inquiſitione damnetur niſi ad ſpecialẽ deſcendatur ſecundum Inn.ibidem. uide in l.ſi uacantia. C.de bonis uacan,li.x.

¶Iudex põt informari de fama alicuius ſine ordine iudiciario & ſine teſtibus in forma iudicii recep. ita no.Inno.in ca.cum locum in tua,circa finem in uer. De plano,de ſpon. fo.276. ergo ſi iudex inquireret cum teſtibus inhabilibus,non poteſt ſibi opponi de teſtium inhabilitate:qa ſine eis actus ualeret,multomagis ergo ualere debet licet ſint inhabiles, per glo.not.in l.quidam in teſtamento.§.j.ff.de teſt.Bal.uide j̃.in uer.Teſtis, in 7.q. & ſupra in uer.Cauſa, in 11.q.

Iudex ſi dixit in commiſſione: Cõmittimus tibi uices noſtras,certe ex ui iſtorum uerborum non põt reuocare cõmiſſioné, nec ad ſe reſumere, ita no.Inn.in c.uenerabilis,de offi.delega.fol.88.nume.3.& uide in c.1. in ſi.e.ti.ubi uidetur tex.

Iudex appellationis nõ põt pronunciare ex primis actis, niſi producãtur,& ſi ex act.ipſis nõ uiſis iudicaret,peruerteret quodammõ ordinẽ iudicii & nõ recte faceret ita not.Inno.in cũ Bertol.de re iudi.f.186.nu.4 & uide Bal.in l.is apud quem,poſt prin.C.de eden.

Iudici non dñt eſſe clauſa dicta teſtium.ita no.Inno.in c. cum clamor,de teſti.& uide do.Bal.in d.l.is apud quẽ in iij.col.

Iudex ſi recuſatur ex eo quia opponitur ſibi q; eſt iudex fœmina uel infamis,non admittitur talis recuſatio.ita no.Inn.in c.ſuſcitatus,de reſcri.fo.9.nu. 2. & in c. cum ſuper,de offi.deleg.fo.82.nu.5.uide infra in uer.Scientia, in 1.q.

Iudex quis eſſe non põt in cã ſuæ familię quam habet in ſua poteſtate uel in ſuo obſequio. Sed pp modicam familiaritatem non repellit̃,& facilius reperitur iudex q̃ teſtis.ita no.Inno.in c.inſinuante,de offi.dele.fo.82. in nu.1.uide ſupra in uer.Cita.in 17.q.& uide quod not. gl.in q.5.conſanguinei.

Iudicibus ordinariis & aliis adminiſtratoribus rõne caſuũ emergentiũ licet leges tranſgredi.ita not.Inn.in c. 1.de conſti.f.3.in n.2.& uide in l.ſi quis filio.§.j. ff. de iniuſto rupto irritoque teſta.Bal.ibi. uide infra in uer. Sententia,in 1.q.

Iudex ſi reuocat iuriſdõné delegatã quæ in ſe tm̃ reſidet partes de cõi concordia nõ poſſunt procedere corã reuocato,quia iſta reuocatio nõ tãgit ius partis,ita not. in c.cũ contingat,de reſcri.f.15 in nu.5.Pro iudicibus diſcretis ſemper eſt præſumendũ prima facie.ita no.Inno.& Hoſt. in c.accedẽs,ut lit.non cont.uide ad hoc.l. Herennius.§ Gaya.ff.de mino.Bal.uide oĩno.j̃.in uer. Sententia in 33.qui.poſt prin.uide.ff.de offi.præfc.præto.l.j.& per Cy.in l.ea quidem C.de acc.

Iudici non creditur de proceſſu.ita no.Inn.in c.cum dilecti,de elec. f.41.nu.6

Iudex licet poſſit conueniri ex maleficio & quaſi, tñ qñ eius proceſſus petitur caſſari,non agitur ꝯ eum ſed ꝯ illos quos intereſt.& cũ illis dẽt fundari iudiciũ.ita no. Inn.in c.in noſtra,de procu.f.103.in nu.8.item ille dicitur pars qui citatur,& ꝯ quem fertur ſñia.& iudex qui tulit ſñiam inter partes nõ eſt citandus; ſecus in inquirente ex officio ſm Inn.in d.c.in noſtra unde cõcludit q; iudex q tulit ſñiam ſuper accuſatione nõ citatur in cã appe.uel nullitatis.Sed qñ ſentẽtiauit ex inquiſitione quam fecit ex ſuo offi.tunc debet citari ſm Inno.

Ad iudicem qui cognoſcit inter principales ſemper ſunt remittendi uenientes ex tranſuerſo.ita no.Inn.in c. humilis,de ma.& obe. fo.99.in nu.4. & dicuntur uenire ex tranſuerſo illi cõtra quos non agitur,ut l.uenditor. ff.de iudi.quam le.not.Bal.

Iudex qui ſe pronunciat,non reddit ſe ſuſpectum,quia eſt officium neceſſarium,non uoluntarium ita ut not. Inn. in c.paſtoralis,extra de reſcrip.in ſi. fol.9.nu.4.

Iudex poteſt ſuam ſententiam defendere, quia eſt ſuum intereſſe.ita no.Inn.in c.dilectus,in ſi. extra de reſcrip. fo.17.& ibi uide Hoſt.

Iudex no.q; merus executor non procedit, ut iudex, ita no.Inn.in c.cum inter,de elec.fo.31.ibi uide.

Iudex poteſt procedere ex ſuo officio ubi accuſator eſt illegitimus.ſ.inquirendo, non accuſationem proſequendo.ita no.Inn.in c.oporteat,de accu.

Per iudicem põt fieri cãæ ſummariæ cognitio ſine præſentia partium.ita no.Inn in c.ex parte,de accuſ. f.288 uide infra in uer.Sententia in 55.q. No.q; non dicit ſine cita.& ideo caue.uide in c.ſæpe,de uerb.ſigni.in clemen.ſuper uer.defenſiones.

Iudici eſt pœna ſi ei caſſetur ſentẽtia uel proceſſus, uide gl.no.in c.2.de prob.in cle.& uide j̃ in uer.Sentẽtia, in 97.q.uide in l.ſi iudex.ff.de uariis & extraordi. cogni.

Iudicis niſi de man.quis non tenetur reſpondere aduerſario ſuo,ſed ſi rñdet ſibi præiudicat,ita no.Inn.in c.pro ut,de do.& contu. f.144.n.1

Iude an poſſit condemnare de fructibus quando periit tres, uide ſignanter.l.utique, ff.de rei uendic. ſecundum Inno.

Iudi-

Iudicem unum in cā poſſeſſorij, alium in cā proprietatis nemo pōt impetrare,nec ualent literæ ad hoc impetratæ.ita not.Inn.in c.1.de cā poſſe.& proprie.f.134 n.1.uide infra in uer.Reconuentio,in 2.q.

Iudicem quem eſſe ſi fuit ſemel iudicatum,de cætero querela non ſui iudi.ſuper proceſſu ſuo audiri nō debet. ita no.Inno.in c.paſtoralis,de reſcrip.f.10.n.8.quod intellige qñ lex dat ſibi iuriſdi.rōne dubii,ſecus ſi caret funditus iuriſdōne, ut in c.ſuper literis,de reſcr. & eſt no.gl.in auc.habita.C.ne filius pro patre.Bal.

Iudex ſecularis tenetur ſeruare cōdēnā.ſententiā, bannū & excōicationem epi,& euitare ipſum excōicatum. Et econtrà eps tenetur ſeruare ſententiam iudicis ſecularis.tñ in hoc eſt differentia:quia eps poteſt compellere iudicem ſecularem per cenſuram eccleſiaſticam ad obſeruandum ſuam ſententiam,non econtra, quia nedū unus poteſtas,capitaneus uel uicarius uel balius eſt ſub epo,ſed etiam rex quò ad cenſuram eccleſiaſticam ſm Inn.facit quod no.in l.ex ea.ff.de poſtu.non tamen cogitur iudex ſecularis procedere & condemnare ad epi mandatum nec econtra, licet condemnatū ab uno alter debeat euitare:& ſic iuriſdōnes eccleſiaſticæ & laicales debent ſe cauere adinuicem,non opponere.ita no.Inn.in c.1.de offi.ordinarii & tene menti. fo.92

Iudex appellationis poteſt corrigere & emendare uel reformare ea quæ fiunt in fraudem iudicii. ita not Inn. in c.bonæ,de appel. fol1.67.nu.3

Iudex licet recipiat compromiſſum,non tñ pp hoc derogatur ſuæ iuriſdictioni.ita no.Inn.in c.innotuit,de arbit. f.116.in nu.

Iudex in quibus caſibus poteſt iudicare ſm æquitatem, uide Inn.in c.1.circa medium ſuper uerbo ſuo, de conſtitu. f.3.in n 2

Iudex an poſſit eſſe teſtis in cā ſi eam delegauerit,uide ꝭ. in uer.Teſtis,in 11.q.

Iudices ordinarij & delegati qñ poſſint in cā teſtificari, uide in c.dilecto,de teſti.per Inn.f.159.in n.3.uide ſ in uer.Condemnatio in 1.q.ubi habes quod ſi iudex condemnauit aliquem iniuſtè ꝙ condemnato tenet ad reſtitu.ſuarum expenſarum omnium.

Iudex pōt ſuā ſententiam temperare. ita no.Inn.Hoſt. & Compoſtel.in c.cognoſcentes,de conſti.f.3.& uide omnino,ſupra in uer.Appellatio,in 40.q.

Iudices duo ubi ſunt pares ſi unus præuenit alium in cognoſcendo factum ab altero in eodem met negocio ualet & tenet,niſi appelletur.ita no.Inno. in c.cū omnes, de cōſti. fo 3.n.3. & uide quod no.gl.in c.ad hæc. Sed contra hoc facit qđ no.in l.magiſtratus.ff.ad municip. & vř caſus in l.j.uer.ſanè,de offi.conſul.Tamen punitur actor in expen.primi iudicii ut no.glo.in c. ex tenore, de reſcrip.& in c.dilectus,de pur.cano. Secus ubi pars peteret ſe remitti ad primum iudicium,quia ibi finem recipere debet,ut ff.de iudi.l.ubi acceptum.Non ob.d. l.magiſtratus.quia ibi loquitur in collegiis ubi plures ſubſtinent uices unius.Item non ob.d.l. j.de offi. conſul.quia illud eſt uerum ſequendo eundem proceſſum ſed ex nouo libello ſi non opponatur proceſſus ualet. ſed ſi opponatur perſiſtere debet in ueteri, ut in auc. qui ſemel.C.quomodo & qñ iudex & in d.c.cum M. p Inn.Bald.Et ibidem uide per Compoſt.qui clarius loquitur quam Inno. Bal.

Iudex ex ſola comminatione recuſari non poteſt ſecundum Hoſt.in c.ſi quando,de reſcrip.quod no. Bal.

Iudex dubitans an reſcriptum ſibi præſentatum ſit uerū uel non,ſi de facto procedit,ualet proceſſus ſi re uera reſcriptum eſt uerum.ita no.Inn.in c.ſuper literis, de reſcrip.fol.12.nu.1. Sed quomodo poteſt procedere cum neſciat ſe eſſe iudicem?Reſpondeo,ſufficit ꝙ putet,& opinio cum ueritate concordet:alias ſufficit ueritas ſine opi.& ſcientia,ut ff.de iudi.l.ij.§.j. Sed illud eſt in extraordinaria iuriſdōne & uide Bar.in l.multū ff.de condi.inde.Bald.

Iudex in decidendo & puniendo ſequitur conſuetudinem loci delicti commiſſi,ſecundum Inno.in c.1.de conſue. fo.22.nu.8.Sed in cognoſcendo & procedendo ſequitur conſuetudinem ſuam & loci ipſius iudicis ſecundū Oldra. Primum eſt uerum ſi intentatur actio uel accuſatio:ſed ſi imploraretur offi.iudicis iudex ſequitur legem ſuam quæ dat ſibi iuriſdi.& officium, ut notatur. in l.ij.ff.de eo quod certo loco. præſertim ſi officium reſidet in iudice & in parte,ut officium inquirēdi,ideo quia ſ.n ſua ſtatuta inquirit de delicto commiſſo extra territorium,quia hoc merō officio exercet,& quia eſt magis procedendi uia quam pena uel deciſio. Alii dicunt ꝯ,quia nulla lege cauetur ꝙ de delicto ex territorium commiſſo poſſit inquiri,& quia cum extra delinquitur huiuſmodi iudicis maieſtas non contemnitur hoc tenet Guido de Suza.Sed Cy.& Bart. tenent primam opi.Bald.

Iudex poteſt parcere ut nō pronunciet cōtumacia.ſed nō in expēſis,cum ſit intereſſe partis.ita no.Inn.in c.cōſuluit,de offi.dele.f.82.n.5.Et adde ad id de expen.l.ſanccimus.C.de iudi.ibi,ſcituris iudicibus &c.

Iudex ſi iudicat ultra ſuam iuriſdōnem & nil ſibi opponitur,ualet ſententia,niſi error ſit expreſſus.ita no.in ca. cùm ſuper,de offi.delega. fol.81.

Iudex a quo non poteſt citare appellantem ita no. Inn.in c.paſtoralis extra de offi.dele. f.84.nu.7.

Iudex ad quem donec conſtet ſibi de uigore appel. ꝙ ſit iudex,non poteſt mittere inhibitoriam.ita not.Inn. in d.c paſtoralis,de offi.dele. fo.eo.

Iudex nullitatis pōt condemnare & abſoluere, & uide.l. uerum.§.ex facto.in fi.ff.de mino.

Iudex tuetur ſuam iuriſdōnem ut reus,ut actor & ut iudex.ut reus qñ eſt in poſſeſſione,& alius eum impedit: tunc enim pōt & armis & legibus & proceſſibus eā tueri ſicut quilibet poteſt omni modo quo melius poteſt ſe tueri ut actor debet enim agere coram ſuperiore qa fortè uult conſequi commoda iuriſdi.ut no.in l.de iure.ff.ad municip. Tñ iſte iudex fatuus eſt ſi poſſidet & eligit uiā agendi,niſi hoc faciat pp potentiam aduerſarii. ut iudex cognoſcit enim inter alios ut medius homo,non ut pars. Et qñ procedit ut pars uiſis iuribus & inſtrumentis alterius partis debet ſilere non iudicare, unde qñ iudex eſt pars tunc quæſtio principalis eſt de iuriſdōne principaliter per ſe mota qñ ut iudex tūc incidens eſt alteri no.principaliter per ſe quia eſt diuerſum factum de quo non eſt actum ut ff. ad exhiben. l. de eo.§.fin.ita nota. Innocen.in cap.ex parte,de uerbo. ſignifi. f.336.n.3

Iudex cui nihil eſt probatum nihil mandare poteſt, ita nota.Inno.in c.ſolet,in fi.de ſen.excom.f.332.n.13.uide quod dixi in l.qui accuſare.C. de eden. & uide qđ no.per gl.in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.bonæ fidei,in prin.gl.magnæ.C de reb.credi.& iureiur.

Iudex poteſt reuocare ſuum errorem , ita not. Innocen. in c.ſacro,de ſenten.excommu.fol.329.nume.13.idem dicit in ca.ſi.quod metus cauſa. quia ſi iudex malè cōdemnauit in expen pōt condemnatione expen.reuocare idem dicit in c.a n litis,de procu.

Iudex



Iudex quando poſſit cognoſcere de iniuria ſibi facta. uide Innocen.in c.j. & in ca. ex parte, de uerborum ſignificatio. fo.336.num.3.

Iudex appellationis debet ſequi conſuetudinem partiū item poteſt addere & ſupplere ſententiæ,ita no. Inno. in c.Raynutius,de teſta.fo.240.nu.5.& in c. paſtoralis. de offi.dele. fol.84. & idem tenet ibi Abb. facit.C. de appel.l.ampliorem & ff.cum eo.l.Ticianus.emendat.n. tam in dicto quàm in ratione,ut ibi Bal.& uide l.fi. C. quando prouo.non eſt neceſ.

Iudex poteſt petere auxilium moderatum.& quid de exēptio.uide Inn.in c.j.de ſta.mona. fo.256.nu.3.

Iudex ſi non admiſit exceptionem quia putabat non ueram eſſe,ualet proceſſus ipſo iure, nec propter hoc dicitur inordinatus. ita no.Inn. in c.poſt elect.de conceſ. præben. fo.224.nu.2.

Iudex etiam ſine aliquo libello poteſt decernere poſſeſſorem eſſe tenendum in ſua poſſeſſione,ſi ex narratione ſcilicet facti conſtat de poſſeſſione. ita not.Inno. in c.cum ueniſſent,de iuſt. fol.220.nu.1. adde.ff.de ſerui. ur.præd.l.inter te & me.ubi uide Bal.ſed an poſsit dare licentiam ꝙ quis ingrediatur poſſeſſionem propria autoritate Bar.ponit in l.iuſtè.ff.de acqui.poſ. aduertit, iſtud procedit iudiciaria cognitione præcedente. ꝙ dic ut l.cum qui.§.ſi epiſtola.ff.de fur.& facil.l.dot. C. ſolu.ma.à contrario ſenſu literę ſecundum Iac.de Areti.de quo per Cy.in l.momentaneæ.C. unde ui. Sed an iudex poſsit dare hanc licentiam non præcedente cognitione aliqua in caſu quo pars ſua auctoritate apprehendere ſeu intrare poſsit poſſeſsionem,uide per Bar. in l.creditores.C.de pigno.poſt Iac.Belui.& q. ibi ſcripſi ſecundum Albe.de Ro.poſt Old.& Iac.But.

Iudex licèt citetur ad defendendum ſuum proceſſum nō tñ pp hoc dicitur eſſe pars.uide plenè per Inn. in c. cū ſpeciali,de appel.fo.201.nu.8. uidetur enim cōparere ut iudicem appellationis inſtruat ut ibidem Inno.

Iudex appellationis poteſt ex ſuo mero offi.facta in fraudem iudicis corrigere & reformare.ita no.Inn.in c.bonæ,in fin.de appellat.fo. 198.num.4.& uide per Cy. C. de alie.iudi.l.j.& ff.de admini.tuto. in l. chirographis. §.fi.per Dy.Bal.

Iudex ſi uiderit uel conſtabit ſibi de teſtium ſubornatione uel de eius uilitate,non debet ſequi dicta eorum.ita no. Inn.in c. cauſam quæ de re iud. fo.184.nu.4.ět ſine excep.ſecundum eum ibidem.& uide ꝭ.in uer.Libellus in 12.q.propè fin.

Iudex poteſt abſoluere partes à termino eis aſsignato. ita no.Inno.in c.j.de re iudi.fo.182.& uide ꝭ.in uer.Iuriſdictio,in 3.q.

Iudex ordinarius uel delegatus ſiue elector qñ poſſit interim ſententiare uel eligere,& quando non, uide Inn. in d.c.j.de re iud. fo.eod.

Iudex qñ procedit ex præſumptionibus multum debet tēperare ſententiam in mitiorem partē.ita no.Inn. in.ca. quia,de præſump. fo.169.in nu.2.

Iudex appellationis ſequitur ſtatuta primi iudi.Ratio eſt quia eius loco ſuccedit,ut l.penul.ff.iudi.ſolu.Et ideo ſi in criminali appellatur & confirmatur ſententia,pœna uenit applicanda burſæ fiſci cuius iudex pronunciauit:quia hæc eſt lex illius iudicis.Item executio corporalis fit per illum:quia lex ſuæ iuriſdictionis hoc dicit, ergo ipſe debet reum detinere in ſuo carcere. Sed in eo quod applicari debet burſæ partis ei burſæ non derogatur ſimiliter quicunq; exequatur,& dic,ut in l. tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.ita not. Innocē. in c.j.de conſue. fol.22.nu.8.

Iudex à quo qui non detulit appellationi poteſt exequi ſuam ſententiam in certis caſibus. Primò ſi appellatio non fuit interpoſita intra tempus appellandi , ſed poſtea poſt præcluſam uiam lapſu temporis,& hoc cōſtat. Secundò ſi appellatio eſt inepta,puta quia appellatum ab interlocutoria ſine cauſa uel ſine ſcrip.Tertiò quando appellatio eſt prohibita à lege ut quando quis eſt confeſſus & conuictus de maleficio.hoc etiam caſu ſecundum canones prohibetur appellare.Quartò quando appellatio eſt remota pp clauſulam appellatione remota inſertam à iure,ut in præfecti prætorio, uel inſertam in reſcripto,& appellatur incoloratè & informiter. Quinto quando appellatio eſt remota propter ueram contumaciam,ut no.in c.j.de dolo in cle. Sextò quādo certum eſt appellationem eſſe iniuſtam. Et hæc ſunt uera niſi appelletur ad principem,quia tunc poſtquam princeps admiſit appellationem,nihil eſt attentandum. ſecus in alio inferiore qui non poteſt iuri derogare.ita no.Innocen. in c.paſtoralis. de offi. delega. fo.84.Tu clarius dic aut appellatio peccat per impoſsibilitatem , & iſta non trahit negocium ad ſuperiorem. aut peccat alias, & tunc aut in forma,& idem aut non in forma, & tunc debet iudex,à quo ſilere ut ff. de mino.l.intra utile.Quid in cauſa nullitatis?dic ſi euidenter peccat in materia non impeditur executio ut no.Innocen.in c.cum in iure,de offi.dele.fo.86.nu.2.& C.de ordi.cogni.l.fi.quia non derogat iuriſdi.primi iud.nec reſcindit cauſa nullitatis pronunciatum ut l.3.§.ſi ſeruus de acqui.poſ.per Dy. Inno.tamen ſi ſententia dicatur nulla ex defectu iuriſdi.interim non debet fieri executio, ut l.ſi qs filio.§.ſi quis.ff.de iniuſto teſt.uel ludibrio fiat proceſſus præiudicialis uel ipſa executio reuocetur.ar.l. diximus.ff.de execu.tu.Si autem per apertam calumniam dicatur nulla ſentētia interim fiat executio ut l.ſatis C.de fal.idem ſi per præſumptam calūniam præſumptione iuris. ar.in auten.quæ ſup. ſecus ſi præſumptione hominis quia ex ea nihil eſt innouandum, quia eſt probabilis non neceſſaria ff.de pœnis. l. abſentem.Et no.ꝙ licet lege caueatur ꝙ non poſsit opponi de nullitate ſententiæ tamen ſi dicatur nulla ex defectu iuriſdi.talis exceptio procedit & debet admitti ut no.glo.unica & ſingularis in c.j. de ſeque. poſſ.& fruct.in clemen.idem puto ſi contineat errorem expreſſum.Sed in errore uelato uel alia nullitate uelata non poteſt opponi ut l.3.C.de edic.diui Adria.tollen.Et ꝙ dixi in re dubia executionem fieri non debere, intelligo de executione iudiciali ſecus in execu. legali, quæ nititur ſoli ueritati.ar.ff.de condi.ob cauſam.l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum. nec fingi lites poſſunt in præiudiciū diſpoſitionis legalis,ut ff.de tranſact.l.cum hi.§. ſi cum lis,non dico in priuata tamen executione quamuis cū publica executio retardetur, priuata tamen pœnam non meretur.ut ſi quis occidat bannitum pendente cā nullitatis banni.ꝙ tamen re uera ualebit ſecundū Dy. ubi ſupra.Et ſic auffertur poteſtas bannito ulterius diſputandi de banno ar.ꝭ.ff.man.l.Quintus.& facit.ff.de mu.& ho.l.reus delatus,& de lib. cau.l.qui de libertate tene menti. Bal.

Iudex qui cognoſcit de cauſa reſti.in integ. ꝯ ſententiam ſi uidebit ipſam non ualere pronunciabit,ꝙ non ualet & non procedet ad alia,ſic iudex appellationis:ut in ſ. ex alia.Hoc non placet Inno. ꝙ iudex aditus ſuper reſtitutione uel nullitate intromittat ſe de eo quod non eſt actum.ita no.Inno.in c.coram,de offi.deleg.fo 87. nu.2

nu.2. uide Cy.in l. eos.C.de appel.& Bar.in l.ſi expreſ ſis.ff.eo.titu. Bal.in l.tale pactum.§. qui prouocauit.ff. de pactis,in 14.q.

Iudex appellationis non poteſt iudicare de eo quod non eſt petitum.ita no.Innocen.in c.cum contingat, de offi. delega. fo.87.nu.6.

Iudex poteſt ſuum proceſſum defendere.ita not.Hoſtien. in cap.de cætero, de tranſactio.item & ſententiã ſuam defendere poteſt,ita no. Innocen.& Hoſt.in c.dilectus in fi.de reſcrip. fo.17.

Iudex ſicut abſoluit propter contumaciam partis, ita & arbiter põt abſoluere ab obſeruatione arbitrij. ita no. Inn.in c.ex parte,de arbi. fo.115.nu.1.

Iudex eccleſiaſticus in quibus caſibus poteſt ſe immiſcere cauſis ſecularibus, uide Innocen.in cap.licèt , de foro compe. fo.121.nu.3.

Iudices extraordinarij ubi debeant ſedere & iudicare, & quis puniat eorum officiales,uide Inn.in c.cum contingat,de fo.compe. fo.121.nu.1.

Iudex poteſt ferre ſententiam etiam de re quæ non eſt de ſua iuriſdi.ita no.Inn.in c.poſtulaſti,de for.competen. fo.122. ſed contra uidetur ut no.C.de anna.excep.l.fi. in fi. Solutio dicit, ꝙ illa quæſtio intelligitur quando quis ſortitur forum ratione poſſeſſionis non ratione cõtractus uel domicilij.& ſic concordat cum Innocen. & dicit Inno.ꝙ ſi habeo bona Mediolani, non ideo dominus Mediolanen.poteſt ea confiſcare, ſi alias non ſum ſibi ſubditus:quia forte occidam Mediolanen.extra diſtrictum Mediolani uel aliud delictum committam:qa ſtatuto non ligor , ex quo in territorio ſuo non delinquo.Fallit ſi offenſus non inuenit de me iuſticiam , qa tunc poteſt bona mea occuparè:ut 23.q.2. c. Dominus noſter. Sed propter onerare alia bene poteſt confiſcare.& ſibi incorporare & ſi non ſoluantur , quia hic res non perſona conuenitur,& ſententia prædio datur, ut ff.de nego.geſt.l.qui in alienam in fin.ſecundum Inno. in d.ca.poſtulaſti,in c.a nobis de ſenten.excom.idem tenet Bar.in l.cunctos populos,in 8.q.C.de ſumma tri. & fid.catho. Bal.

Iudex non poteſt quem citare extra territorium ut ſit uerus contumax, licèt miſſionem patiatur. ita no Innoc. in c.licet,de foro competen. fol.121. & citare non poteſt realiter id eſt per capturam perſonæ , quia executio realis non poteſt fieri extra territorium & ſi edictũ extra territorium proponatur, ſolenniter uel ad domum citetur,citatio porrigit effectum ſuum contra citatum ubicunq; ſit & erit uerus contumax ſi ſciſſe ꝓbetur,ut l fi.de decre.ab ordi.faci.& poterit excommunicari & banniri & confiſcari,ut l.j.de requi.reis.ff. Si autem nuncius ad eum citandum mittatur extra territorium,nõ ualet citatio:quia extra fines temporis uel loci mandantis non poteſt nuncius citare.ar.ff.de arbi. l. ſi cum dies.§.ſi intra & non ualet citatio quæ peccat in fundamento & initio ſuo,ut in c.paſto.de re iud. in cle. Si autem citatio per nuncium uel literã fiet intra territorium,ſed in loco exempto ut puta eccleſia bene ualet,ut l.præſenti.C.de his qui ad eccle.confu.& no.per glo.in l.plerique.ff.in ius uoc.facit quod no.Cyn.in l. omnes.§.nihilominus.C.de epiſ.& cle. Citatio ergo q̃ intra territorium ſumit initium,effectum ſuum porrigit ubicunque.ſecus ſi peccat in fundamento ſui principij;quia ubi fundamentum non eſt firmum,non bene de fine perpẽditur,ut no.in ſimili.ff.de arb.l.ſi unus.§.principaliter, & ꝙ no.in ſimili.ff. de poſtu. in l. ex ea quod tene menti Bal.

Iudex quando pronunciat ſe iudicem ꝯ uerũ cõtumacẽ non poteſt appellari,licet non eſſet iudex.ita no.Inno. in c.præterea.de dila. fo.129.nu.3.

Iudex poteſt quædam ex ſuo arbitrio facere in fauorem litigatoris, quæ tamen ſi non facit,non poteſt appellari.ita no.Inno.in c.fi.de feriis. fo.131. ſic & ſupplere poteſt,tamen ſi non ſupplet non poteſt appellari: quia hoc non conſiſtit in iure partium.& uide Spec.in tit.de offi.iudi.& poteſt delegare & non delegare. & ſi delegat non poteſt appellari,quia non tangit ius partis ſecundum Ioan.An.ibi.& poteſt facere gratiam ſpectationis contumacibus.nec inde poteſt apdellare: qa iſta potius pertinent ad iudicis auctoritatem & animi ſui motum q̃ ad neceſſitatem.& no.bene iſta.Bal.uide omnino.ſ.in uer.Conclu.in 2.q.

Iudex quilibet debet obſeruare ferias ſui fori,non ferias litigantium.& ita obſeruat etiam curia Romana.feriæ em̃ ſapiunt ordinem proceſſus:tempus.n.eſt de ordine. ita no.Inno.in c.fi.de feriis. fo.141.

Iudex poteſt mutare interlocutoriam latam ſuper exceptione, unde quando ponitur exceptio per aliquã partium alteri.ſententia interlocutoria iudicis requiritur,ut uideatur an bene uel malè fuerit exceptum ut not.Abbas in cap.duobus,de appella. de primo nota. Innoc.in c.j.de ordi.cogni. fo.131. & uide ꝙ no.ff. de re iud.l.qđ iuſſit.

Iudex laicus non poteſt cognoſcere de aliquo ſpirituali actu , nec principaliter nec incidenter: ſed remittitur cauſa ad epm̃.ita no.Innoc.in ca.tuam, de ordi. cogni. fo.132. Non ob.l.quotiens.C.de iudi.quia illud intelligitur de incidenti quod non eſt alterius fori principalis.ſed forum ſpirituale eſt diuerſi fori principale à foro temporali,ut ipſe Inn.no.in c.licèt, de foro competen. fo.121. in nu.1. Non ob.ꝙ iudex uxorem p̃gnantem mittit in poſſeſsionem nomine uentris, & puerum ex carboniano, ut l.j.§. ſi ea.ff.de uen.in poſ.mit. ubi etiam no.ꝙ licet in ſummariis ſufficiant præſumptiones ad probandum filiationem,tamen ad probandum matrimonium exigitur plena probatio,quia & ibi dico ꝙ iure canonum debet fieri remiſsio ad epiſcopum. Nec ob. ꝙ iudex ſecularis interponit decretum in emancipa.quia eſt iſte actus uoluntariæ iuriſdictionis.Nec ob.ꝙ decernit alimenta,quia uerum eſt, ſi aduerſarius fatetur eum eſſe filium:nam confeſsionem bene poteſt audire:ſed ſi aduerſarius negat, remittuntur ad epiſcopum.Ratio eſt,ut dicit Spec.in titu.de reconuentione.hoc capitulum habet locum ubi de matrimonio incidit quæſtio contentioſa & contradic. ſecus ſi non in modum diſceptationis quæritur ſed de plano , ꝙ eſt no. Sed quid erit ſi coram arbitro incidit qõ filiationis an remittet illam ad epiſcopum.dico ꝙ non: quia non poteſt eam arbiter remittere,ut ff.de arbitris l.non diſtinguemus.§.de officio.item non procedit arbiter ut iudex:& ſic non fiet contra hanc decretalem, tamen iſtæ probationes non ualebunt iſto caſu in uero iudicio. Quid ſi fiant ſta.contra hanc decretalem, tamen iſtæ probationes non ualebunt iſto caſu in uero iudicio.quid ſi fiat ſta. contra hanc decretalem? Reſpondeo ualent teſtimonia tanquam extraiudicialia. Et ſi ſtatutum uult facta extra iudicium ualere inter ſibi ſubditos,bene ualebit ſtatutum, non tamen erit uera probatio,ſed ficta:quia ſtatuta non poſſunt iuriſdictionem ſpiritualem conferre.Quid in arbitratore?dic ꝙ non ſunt iudicialia teſtimonia,quæ fiunt coram eo. & ſic eſt duplex genus teſtimonij,ut C.de hæret.l.quoniam.



niam.Et quod dicit hæc decretalis habet locum ẽt in excep.clericatus excõica.& periurij, quæ ſunt cãæ ſpirituales,ſecundum Hoſt.& tene menti.Bal.

Iudex ſi non vult audire aduocatos & eorum allegationes, non propterea dicitur grauare partem:quia præſumitur iudex ſapiens in iure : nec apparet ꝙ propter hoc grauet partem,quia multi ſunt qui non egent allegationibus iuris ſeu legum:.ita not.Inn.in c.paſtoralis , de cauſa poſſ.& proprie. fol.136

Iudex ſi condẽnauit de principali , & non de fructibus & intereſſe,qđ pertinet ad conſequentiam petitionis,nõ poterit de fructibus & intereſſe agi nouo iudicio : qa ſopitum uidetur una cum principali. ita not.Inn.in c. grauis , de reſt.ſpol. Bal. fol.140

Iudex duobus æquè probantibus non poteſt inter eos diuidere poſſeſſionem:quia non eſt ad hoc actum.ita no. Inn.in c.licèt , de proba. fol.151.nu.5

Iudex debet laborare ut intercipiat teſtẽ , ſi vr̃ ei ſuſpectus.ita no.Inn.in c.cum cauſam,ad fi.de teſti.fol.159 in nu.6.idem tenet Azo.C.eo.ti.in ſumma.

Iudex ex offi.ſuo debet inquirere de conditione teſtis , licèt non excipiatur ab alio contra quem producitur. ita not.Inno.in d.c.cum cauſam , de teſti.fol.eo.& no. ff.de magi.conue.l.j.§.ſi præſes. Bal.

Iudex licet deleget cauſam non propterea in illa poterit teſtificari:quia delegatus iure delegantis fungitur. ita no.Inno.in c.dilectus,de teſti. fol.160.nu.3

Iudex debet quærere à teſtibus de cauſa ſcientiæ ſine interrogatorio,& ſi interrogauit, & teſtis nihil uel non bene rñdit,tunc non debet repeti interrogatio ſecundum Inn.in c.cum clamor,de teſti.fo.161.in nu.3. Si uerò iudex non quæſiuit, malitia & doloſitas præſumitur,quia omittit ea quæ officio ſuo incumbunt:debet.n.ſuo officio interrogare de cauſis ſcientiæ. ſi autem iudex omiſit interrogare de circũſtantiis non de ſubſtantialibus , ut de loco, tempore & conteſtibus & ſi.non ſunt conteſtes iterum interrogandi. ſi autem iudex omiſit interrogare de principali re uel facto ut de libello in præſcriptione,tunc debent repeti teſtes: quia fuit culpa iudicis non partis. ita no. Inn.in c.per tuas , de teſtibus. fol.161.nu.4

Iudex in teſtibus interrogandis põt ex ſuo officio ſupplere.ita no.Inn.in d.c.per tuas,extra de teſti. fol.eod.

Iudex qui non pronunciat ſuper prin.nõ poteſt parti reſeruare petitionem expenſarum:quia nũquam habuit petitionem ſeorſum à principali. ita no.Inn.in c.finẽ , de do.& contu. fol.144.nu.2

Iudici ſoli licèt non credatur niſi quatenus conſtat ex actis,Tñ creditur iudici & notario ſimul. ita not.Inn. in cap.quoniam cõtra falſam,de proba. fol.152.nu.8

Iudex poteſt committere notario examinationem teſtiũ fiendã & in abſentia. ita no.Inn.in d.c.quoniam ꝯ falſam , de proba.fol.eod.& in c.cum Bertoldus, de re iud.fol.186.& no.etiam in c.2.de iurciu.lib.6.& in c.j. de off.dele.in cle.& in c.cum cauſam , de teſti.& ipſemet notarius inſtrumentum de commiſſione facta ſibi poteſt facere,ita tenet Bal.in l.ex ſñia.ff.de teſta.tute. tamen magis cautum eſt,ut alius notarius rogetur de confectione iſtius inſtrumenti commiſſionis. Hoſt.& Io.An.in d.c.quoniam contra, de proba.quod eſt no. ſine commiſſione notarius non poteſt examinare,quia hoc ſpectat ad officium iudicis non notarij. ut not.C. de teſta.l.hac conſultima.§.pen facit.ff.de excu.tu.l. ſcire oportet.§.oportet & ibi per Dy.Bal.ſed pone teſtes qui ſunt de eodem domicilio iudicis non poſſunt uenire ad iudicem propter infirmitatem,numquid iudex debet ire ad teſtes percipiendo teſtimonium? dic ꝙ in criminali ſic. ſed in ciuili non tenetur ire , ſed poterit committere exami. notario. & uide Bar .in d.l.ex ſententia , de teſta.tu.Bal.uide in c.conſtitutus de fideiuſſ.

Iudex ſi uiderit uacillare teſtem debet iubere notario ꝙ ſcribat in actis qualiter ipſi iudici uidetur teſtem uacillare, titubare, & pallere &c. & debet ſcribi modus uacillationis.ita no.Inn.in d.c.quoniam cõtra falſam, de proba.fol.153.nu.5. Et ibi ẽt uide qualiter notarius,debet ſcribere uacillationem teſtium. quando iudex ſibi dicit Inn.ibidem.& no.bene iſta.Bal.& not.ꝙ eo tunc,i.tempore uacillationis debet iudex hoc notario committere non ex interuallo , & maximè non debet committere finito iudicio. uide Inno.in d.c.qm̃ contra fal.fo.eo.& Ang.in l.Lucius.ff.de his q no.infa.

Iudex ſi citat aliquem per ſuam cedulam ſuo ſigillo ſigillatam, licet non ſit ſcripta manu notarij ualet tamẽ : ita no.Inn.in c.2.de fid.inſtr.fol.164.nu.3.facit in ar.l. ſi publicanus.§ de rebus , de publi.

Libellus ineptus non ſolum reiicitur, ſed ēt ueritati ꝯrius notoriè. ita no.Inn.& Hoſt.in c.1.de offi.vica.nec debet poni in actis,quia iudex uerbo & facto pōt eum lacerare, ut l.j. & ibi gl.ff.de offi.aſſeſſo.& in l.ſi.C.de ord.cogn.& no.in l.qui cum maior.§.ſi patris.ff.de bo. lib. Sed quæro,libellus ineptus fuit oblatus in iudicio contra aliquem, uel fuit generalis , uel obſcurus: ille contra quem fuit oblatus,fuit litem conteſtatus ſuper illo libello inepto generali uel obſcuro nihil opponens.Poſtea iſte uidet q̃ libellus eſt ineptus ſeu obſcurus, opponit contra libellum : dicitur ab actore q̃ illa exceptio non erat admittenda, quia erat exceptio dilatoria,& ſic debuit ante litem cont.opponi , ut l.ij. & l.exceptionem.C.de proba. Certum eſt enim q̃ eſt licitum arguere de ciuilibus ad criminalia,ut l.abſentem.ff.de pœnis.Sed nos uidemus q̃ ſi libellus ineptus generalis uel obſcurus offertur , debet excipi ante litem conteſtatam, & tunc debet nomen rei in libello aboleri, ut l.libellorum , uer.item quid ſi accuſator.ff.de accuſa.item iſta uidetur excep.facti, non iuris : quia obiicere ; quòd libellus ſeu eius intentio non ualet , ut dicit l.j.ff.ſi menſor.fal.mo.dixerit, ibi, nec intentionem &c. unde cum infra tempus non fuerit opppoſita,ſilentio perdidit cauſam, ut extra de excep.cap.paſtoralis.C.qui accuſa.non poſſ.l.ſi ea. nec reperio iure cautum q̃ exceptio non oppoſiti libelli ſit peremptoria , quia peremptoria habet ſe circa negocium principale , & hoc ſonant uerba, quia perimit. Dilatoria differt iudicium cum à capite libellus poſſit reſtaurari. facit q̃ no.in c.Raynaldus , de teſta.

Dic



Dic plenè per Ioā.And.in c.examinata, de iudi.in nouella. De incertitudine libelli, dico, q̃ non uitiat ipſum ſi non opponitur, ut C.de annali except.l.ſin. nam acta ordinaria lit.non uitiantur propter incertitudinem ſecus in probatoriis & deciſoriis,ut ff.depoſiti.l j. §.ſi quis argentum in gl.no.de rei uendi.l.idem Pompo.ſcribit ſi frumentum,§.ſin. uera autem ineptitudo poteſt ſemper opponi ante ſententiam, ut in d.c.examinata. Hoc uerum ſi peccat in iure,ſecus ſi peccat in facto, ut d.l.ſi.de annali excep. Item ubi libellus non continet cauſam poteſt quādocũque emendari ꝑ modum probationis. Si autem continet cauſam inſufficientem, non poteſt emendari niſi ante litem ꝯte. ut l. edita, C.de edendo, & l.ij.§.circa de excep.doli. Sed ar.ꝯ.ff.de appell.l.ſcio. Sed illud in cauſa appellationis , ubi uera cā apparet ex actis primis. Sed quid ſi reus eſt litem conteſtatus ſuper libel.ambiguo,& fecit hoc,ideò ut ſententia eſſet generalis, ſed actor cũ ſibi deficiant ꝓbōnes vult reſtringere libellum,declarando ſuam intentionem ad hoc ut ſn̄ia ſibi nō officiat in aliis, ſed reus ꝯdicit, per autē:qui ſemel, C.quō & qñ iudex,& quia in fauorem rei eſt inductum q̃ poſſit, procedi ſuper ambiguo libello ſi reus vult: quid iuris hoc caſu. glo.in alle.l.ſi.de annali excep. arguit pro & contrà. Sed ꝯ actorem multum facit,ff.de arb.l.de rebus. Sed pro eo actore facit,ff.de rei uendi.l.idē Pompo.ſcribit,§. ſi. & ar.ff.de uerb.obl.l.inter ſtipu.§.j. qđ uidetur uerius.Ad hoc.ff.de uerb.obl.l.quicqd aſtringendæ. Sed quid erit ſi iudex vult incertum libellum repellere, reus contradicit? uidetur q̃ reus non admittatur : quia libellus incertus præſertim ubi cā non eſt,non concludit,quia concluſio nō ſequitur ex præmiſſis. Contrarium dicas,quia iniuriam facit iudex tā actori q̃ reo, ut no.in d.l.ſin.de annali except. Ex his colligitur illa propoſitio famoſa, quam dicit Iac.But. in d.l.edita, C.de edendo,ſ.q̃ libellus generalis concludit iudici,non parti opponenti. Aliud autem in libello inepto præciſè, ut qñ ius non conuenit facto, ut C.ne quis uella regia.l.j. & de formulis le.ij. Puta ſi laicus petat eccleſiam in proprietatem licet ſit patronus, quia in laicis ius proprietatis non cadit, ut in c. examinata,de iudi. Sicut nec Iudęus mancipium Chriſtianum &c. ut l.vir bonus.iudi.ſol. nam iſte libellus eſt contra ius conſtitutionis. Sed libellus incertus eſt potius contra ius partis. & hoc uerum ubi actio proponitur, ſecus ſi officium iudicis, quia tunc etiam partibus inuitis iudex ex officio poteſt repellere petitionem indiſcretam, ut C.de prædiis curialib. l.j.lib.10. & ff.de tranſactio. l.cum hi,§.in cauſa. Tene iſta menti perpetuò. Bald.

Libellus non eſt neceſſarius in cauſa appellationis, quia ſine libello poteſt iudicari ex præmiſſis actis. ita not. Inn.in c.coram, de offi.deleg. fol 87

Libellus generalis includit ea quæ ſunt iuris cōmunis, non ea quæ ſunt conſuetudinis. vel dic, q̃ libellus non indiget ſpecificatione in his quæ includuntur de iure cōmuni,ſed in his q̃ non includuntur de iure communi eget ſpecifica expreſſione. ita no.Inno.in c. conquerente, de offi.ordin. fol.95. nu.3

Libellus quomodo formetur quando petitur caſſari electum uel electio, uide Inn.in c.cum ueniſſet, de in integ.reſti. fol.208. nu.2

Libellus ſupplicatorius debet offerri referendariis ſacri Palacij. ita no.Inno. in c.ex literis, de in integrum reſtitu. fol.110. nu.1

Libellus iſte,dico q̃ tali tempore & loco me ſpoliaſti tali re:vnde iuſtitiam mihi fieri peto. bene ualet de generali iuſtitia,ita no.1.q.4.quia præſulatus. ita not.Inn. & Hoſtien.in c.ij.de ordin.cogn. nec coarctat iudex uigorem,quinetiam iniuſta ſententia ualeat, niſi appellatur : ſed iuſtificat libellum contra ineptitudinem petitionis,i.concluſionis,& concludit iſte libellus generalis iudici : item parti niſi petat declarari:ut ff.de rei uindic.l.ſi in rem, in fine.ſ.quando narrata poſſunt recipere diuerſas concluſiones : ſed quando habent vnicam tantum & vniformem concluſionem, tunc concluſio eſt ſpecialis & certa. Reo quoque ſic petere ſufficit,ut no.ff.de in ius uocan.l.libertus à patrono. quod uidetur reus facere eo ipſo q̃ excipit uel negat, ut l. amplius,ff.rem ra.habe. & ff.de procura.l.non ſolùm, §.ſi ſtatus. & ideò qñ contradictio rei ſapit uim turbationis actoris,non eſt neceſſe aliter probare de turbatione, arg.ff.de acquir.re.do.l.Pompo.in ſi. Item poteſt quis eandem petitionem ex pluribus cauſis iuſtificare,ut ff.de admin.tut.l.Aemilius,& de excu.tu.l.qui teſtamento. & de contrah.emp.l.ſi mater tua. & l.ſicut exceptionem,§.ſi plures de excu.tut.tene menti Bald. Idem dicit Inn. q̃ ſi libellus generalis recipitur, proceſſus ualebit. Sed ſi in eo plures includantur condēnationes ẜm illam quæ minorem condemnationem requirit,fiet condemnatio niſi ex qualitate probationũ, uel ex proſecutione actorum aliud inducatur. ita no. ipſe in cap.dilecti,de ordin.cognitio.quod not.Ex hoc no.q̃ procedit iſte libellus, peto talem condēnari ſecundum formam iuris,& ſtatutorum, ſcilicet ſi non petatur declarari alia lege, ut ff.de accuſatio.l.ſenatus. in quo libello, dic q̃ aut per ſtatutum derogatur iuri ciuili,ut quia dicit ſtatutum q̃ nō poſſit niſi pœna ſtatuti imponi. & tunc ſolum ſta uidetur eſſe acceptatū, quia ea uia uidetur electa quæ poſſibilis eſt, ut l.iij.ff. de teſta.mili. Aut non derogatur, & tunc, aut ſtatutū cumulat pœnā, & tunc utraq; uia uidetur eſſe electa, ut l.qui ſepul.de ſepul.uiola. Aut non,& tunc uia ſimplicior & leuior per iudicem eſt tenenda, ſi acta patiuntur,ut ff.de pœnis.l.ſi præſes. Actor non poteſt adhere cui vult dūmodò probet, & tunc iudex ſequi debet uiam probationum, ſecundum Innocen. & hoc in pœna imponenda:ſed in ordine iudicij debet ꝓcedere tantum ẜm ſtatutum ſuum. quod bene no.Bald.

Libellus non continens originem petitionis dicitur generalis & in formis:tñ tenet ſuper eo informis ſententia, & pariet exceptionem rei iud. in omnibus.ita no.Inn. & Hoſti.in c.ſuper,de ordine cog. Sed iſte libellus nō debuit recipi,ut C.de eden.l.ſi.& l.ſin.C.de annali excep. & arg.ff.de uerb.obl.l.triticum. libellus informis nulla probatione ualet,ut no.ff.depoſiti.l.j.§.ſi quis argentum. fallit in probatione confeſſionis, ut ff.de iureiuran.l.ſi duo,§.ſi quis. Et no.q̃ libellus indefinitus equipollet generali ẜm Inno. Poteſt tamen indiſcreta petitio poſita in libello declarari in proceſſu, & tunc medium arctat extrema niſi malignè factum ſit, ut ff. de arbi.l.de rebus. q̃ no.Bald.

Libellus incertus procedit ſuper pertinentiis, quia petitur acceſſoriè & nomine pertinentiarum caſtri, intelligitur territorium eius. ita no.Inn.in c.cùm ad ſedē, de reſti.ſpol. fol.142. nu.2. & 4. & petito caſtro tacitè intelligitur petitum eius territorium,ut ff.de offi.præfec.urb.l.j.§.cum urbem. Bald.

Libellus an ſit dirigendus contra eum quem dico uaſallum meum eſſe uel diſtrictualem, an contra eum qui

poſſidet

poſſidet obedientiam in eo, An ꝯ utrunque? Dic ꝙ contra utrunque, ut utrique præiudicet, quia uterque eſt æquè principalis, nam poſſidentis intereſt non perdere, & poſſeſſi intereſt dñium non mutare. ita no. Inn. in c. ad audientiam. de reſcrip. fo. 8. nu. 2. & no. in l. inuictus. ff. de fideicommiſ. liberta. & ff. de rei uendi. l. j. §. per hanc quod no. Bal.

De libello diſiunctiuo, uide per Inn. in cap. Abb. de re iudica. f. 189. nu. 1.

Libellus ſi recipiatur, & in eo non apparet de intereſſe actorũ, ꝙ ſententia dẽt reſtringi ad intereſſe actorum, ſi põt fieri, alias dẽt ferri ſm probata. ita not. Inn. in c. inter monaſterium, de re iudica. f. 187. nu. 2.

Libellus ſubiectionis formatur ꝯ clericos rebellãtes. ita no. Inn. in c. cum inter, de re iudi. f. 183. nu. 2.

Libellus eſt neceſſarius ſuper his quæ añ lit. cõt. contingunt, ita not. Inn. in c. ſignificante, de ap. f. 203. n. 1

Libellus qualiter debet formari in cã appellationis, uide per Inn. in c. dilectus, de app. f. 199. & vr̃ caſus notabilis in l. Atheius, in fi. cum l. ſeq. ff. de aqua plu. arcen.

Libellus re perempta procedit et ſi res petatur in actione ex teſtamento, ut per Bal. in l. filiofami. res. ff. de donatio. cauſa mortis.

Libello eodem poteſt peti res & pœna, licet tempore petitionis nondum ſit commiſſa, ut extra de teſt. c. Raynaldus, in prin. per doc. & do. Pet.

¶ Liberatio, tãquã qd fauorabile põt fieri ẽt abſente parte aduerſa. ita no. Inn. in c. ueniẽs, de renun. f. 61. & per eundem in c. fidem, de pac. per gl. in l. j. C. de pact. & in l. non ſolum. §. ſi libertatis. ff. de libera. lega. Confeſſio uerò ad obligãdum & pactum requirit præſentiam aduerſarii, ut ff. de pac. l. idem in duobus. ff. de confeſſis. l. certũ. §. ſi quis uerò & ff. de act. & obli. l. cõſenſu. & C. de do. l. non ambigitur & C. de ſac. ſan. eccl. l. illud & de ꝯh. emp. l. j. in fi. Nam ubicunque requiritur, ibi oportet ꝙ conſenſu amborũ actus producat facit qđ no. ff. de neg. ge. l. ſi. in fi. & qui renunciat liti, vr̃ renũciare iuri ſecus ſi dicat renuncio inſtantiæ, ut C. de præſcrip. lon. temporis. l. j. & no. C. de pac. l. poſtquam liti. Et uide Inno. in c. ex tenore, de renun. Bal. uide Barto. in l. athletæ. §. dat remiſſionem. ff. de excu. tut. & in d. §. ſi liberationis.

Liberato principali per remiſſionem ſibi factam, uř ẽt liberatus conſiliarius, & quilibet accuſatorius ſibi in iudicio animæ: ita no. Inn. in c. ſicut, de homicidio. f. 302 nu. 2. quod no. ad paces quæ fiunt quotidie, quia facta pace cum principali & cum ſuis auxiliatoribus facta uidetur. quod no. Bal.

Licitum & illicitum aliter iudicat in foro cõſcientiæ quã cauſarum, de quo uide plene per Inno. in c. quia plerique, de immunitate eccle. fo. 273

Licitũ eſt facere reprobationẽ reprobationis nõ ulterius ita no. Abbas in c. licet cauſam, de proba.

Ligare nemo põt non ſubditos, & ſi conſuetudo erat in ꝯrium, non ualet. ita no. Inn. in c. quæſiuit, de his quæ fiunt a maio. parte capituli. fo. 230. n. 2

¶ Limes quid ſit, & in cuius iuriſdõne ſit, & ſic quis iudicat de eo ꝙ fiet in confinio territoriorum, uide per Inno. in c. penulti. de parochi. f. 246. nu. 2

Limites & ea quæ ſunt circa limites qñ poſſunt præſcribi & qñ non, uide Inn. in c. ſuper eo. de parochiis. fo. eod.

Limes & limitis adhærẽtia nõ præſcribunt, & q̃ dicant adhærẽtia limitis, dic ꝙ relinquitur arbitrio iudicis. ita no. Inn. & Abb. in c. 1. de parochiis.

Limites probantur per libros antiquos, teſtes & famam & adminicula, ita no. Abb. in c. cum cauſam, de proba. qđ no. quia ſæpe eſt de facto.

¶ Liber rõnum an faciat fidem & qñ, & quid de libris mercatorum, uide per Bar. in l. nuda. ff. de dona.

¶ Litera, uacante ſede miſſa, uidetur potius miſſa eccleſiæ quam perſonę ita no. Hoſt. in c. eam te, de reſcr. & uide ſupra in uer. Credulitas, in 5. q.

Litera impetrata ꝯ vicarium non arctat dñm ita no. Inn. & Hoſt. ibidem.

Literę ad inſtãtiã impetratę quod modis tollãtur ſeu euaneſcunt, uide per Hoſt. in c. cæterum, de reſcrip.

Literæ impetratæ ſuper cõfirmatione ſñiæ licèt non adiiciant ſi ueniat cõfirmanda, tñ tacitè intelligitur ꝙ ſũt literæ iuſticiæ. ita no. Inn. in c. ex parte, de reſcr. fo. 6. n. 3. item ſub intelligitur hæc clauſula partibus cõuocatis, ꝙ iuſtum fuerit decernas, ſm Hoſt. & uide ſ. in uer. Factum, in 1. q. & ȷ̃ in uer. Reuocatio, in 3. q. &c.

In literis de iuſticia nõ eſt neceſſe facere mẽtionẽ de principali iure aduerſarij, quia nõ lędit illud ius partis. ſecus in gratia, quæ uenit ad elidẽdũ ius alterius ita no. Inn. in c. cum ordinem, de reſcrip. f. 7. n. 3

Literas principis uitiat mala grãmatica, ſed mala grãmatica in narratione nõ uitiat: quia eſt mala grammatica partis nõ principis. ita no. Inn. in c. ad audientiã, & in c. ex parte, el. ij. de reſcriptis. f. 8. uel dic ꝙ qlibet uitiat, ſed falſa ortographia nõ uitiat, quia non eſt ſcientia, ut in c. ex parte, de fide inſtru. uide infra in uer. Reſcriptum, in 4. q. & ſupra in uerbo gratia, in 1. q. & ſupra in uer. Factum, in 2. q.

Literæ iuſtæ poſſunt ẽt eſſe obrepticiæ. i. præter conſcientiam impetratæ. ita no. Inn. in c. cum dilecta, de reſcr. f. 14. nu. 4. ar. l. ſi. in fi. ff. quod me. ca. Bal.

Literæ quę ſint clam impetratæ ab aduerſario. i. eo inſcio nõ propterea dicentur obrepticiæ ſm Inn. Contrariũ ipſe no. in c. cum olim, de re. iudi. f. 183. ubi dicit ꝙ qñ quis impetrat literas aduerſario ſuo ignorãte, ꝙ iſtæ literę ſunt ſubrepticiæ. Exponit ipſe ibi ignorãte. i. nõ citato citãdo. & dicit ipſe ibidem in d. c. cum olim, ſed argumentum contra. ff. de acq. poſſ. l. clam poſſidere, quæ nihil facit. Bald.

Literæ impetratæ a falſo procuratore cenſentur falſæ, & ideo non poſſunt ratificari confirmatione. ita no. Inno. in c. ex parte decani, de reſcriptis. f. 18. n. 2. Nec debet eſſe in pendenti pp ſummam auctoritatem earum. ar. ff. de hæredi. inſtitu. l. illa inſtitutio.

Litera non ualet ex quo ſtylus curiæ non ſeruatur, ita nota. Hoſt. in ca. man. de reſcrip.

Literæ a non clerico ſup bñficio impetratæ nõ ualẽt. ita no. Inn. in c. ex literis. de tranſ. f. 102. n. 2. ergo ſi qs nõ habet tonſuram, non poteſt impetrare beneficium.

Literæ impetratæ ſunt impetrantis tñ ante pſentationẽ, ſed poſt præſentationem ſunt cões. ita no. Inn. & Ho. in c. ex conqõne, de reſt. ſpol. ergo nõ conferunt iuriſdõnẽ añquam pſententur, qa iuriſdõ cõis eſt hoc uerum actu, ſed habitu ſtatim iudex eſt ꝙ ſupior delegat, ut ff. de iudi. l. cũ furioſus. ergo illud ꝙ facit iudex delegatus añ pſentationẽ eſt ipſo iure nullũ, quia actum. i. exercitiũ nõ hẽt. Non obſt. ff. de iud. l. ij. §. ij. ubi ſufficit ſcĩa litigatorũ: quia illud in ꝓrogatione, nã & ſine expreſſa ꝓrogatione tacite fit ꝓrogatio litigando. Vñ ſi iudex uidet eos corã ſe litigare, nõ ꝓcedit temere, & ſic non obſt. Quid in mãdato ꝓcuratoris, q aliqd facit añ receptas literas mandari? Dic ut nõ. Archi. in c. iſ q de ꝓcur. li. 6. ubi tenet ꝙ nõ ualet. qđ nõ credo uerũ, qa ex quo dñs mãdat ratũ hẽre tenetur, ut ff. de ꝓcu. l. ſi procurator abſentis, aliàs nulla ratihabitio ualeret quia mandatum præſentatum non fuit ꝙ nec erat in rerum natura, qđ eſt contra iuris ciuilis regulas, facit. ff. qui ſatiſ. cog. l. iul. Sed an eo ipſo ꝙ dominus tranſmittit alicui inſtrumenta cauſæ uidetur eum facere procuratorem? Dic ut no. Guil. de Cu. in l. Labeo. ff. de pac. & tangitur in l. ſi. C. de pactis conuentis. Sed ibi non eſt mera traditio inſtrumentorum, ſed conuentio perſonarum, & ex multis concurrentib. augetur effectus Bal.

Litera commiſſionis citandi non eſt neceſſariò ponenda in actis. ita no. Innoc. in c. quoniam contra falſum, de proba. fo. 152. in nu. 3. quia iſta commiſſio citandi non eſt de actis ſecundum eum. Sed Cy. in l. neminem. C. de requi. reis, tenet ꝙ debet poni in act. Bal.

Literæ ſigillatæ prælatorum uel aliorum officialium q̃ ſidem faciant. Vide Inn. in c. j. & plenius in c. 2. de fide inſtrumen. fo. 164. in nu. 2

Litera noua ſcripta in charta raſa ſeu uetuſta inducit ꝑſumptionem contra inſtrumentum, non repulſionem. ita no. Inno. in c. cum Ioannes, eremita, de fide inſtrument. fo. 167. nu. 8.

Literæ quando impetrantur non eſt neceſſe ibi fieri mẽtionem de appe. ita no. Inno. in c. oblatæ, de ap. fo. 200. nu. 1. ꝙ eſt no.

Literæ monitoriæ quid operentur, & quid datio executorum, uide per Innocen. in capitu. dilectus, de præbendis. fo. 217. nu. 5.

Literæ impetratæ non dicuntur obrepticiæ licet impetrans ſit peccator, ita no. Inn. in c. propoſuit, de conce. præbendę. fo. 221. nu. 4.

Literæ iudicis ſine teſtibus faciunt fidem. ita no. Abb. in c. cum à nobis, de teſti. & ibi dicit ꝙ duo teſtes derogant literis ſigillatis. ratio eſt, quia una uox eſt ꝓbatio plena & uera, ſigillum uerò plena & præſumpta. ſed uera derogat præſumptæ ſecundum Paul. de Liazar. quod nota. bene.

¶ Litis conteſtatio uel quaſi debet fieri ſuper exceptione ita no. Inn. in c. exhibita. fol. 120. & uide ȷ̃. in uer. Teſtis, in 84. q.

Litem conteſtari non uidetur qui reſpõdet poſitioni, qa nec poſitio dicitur libellus uel petitio, nec continetur concluſio in poſitionibus, unde poſitiones non fiunt ad litis inchoationem, ſed ad ueritatis indaginem: in præparatoriis autem cauſarum fiunt poſitiones. ita no. Inno. in ca. j. de lit. conteſta. fol. 125. nu. 1. Et ſuccedunt loco probationis, non loco lit. conte. ſecundum Spec. in titu. de lit. conte. §. j. Bald. & uide ſupra in uer. Citatio, in xxiiij. q.

Lit. conte. poteſt fieri per negationem facti & per negationem iuris: unde ſufficit dicere reo, nego me contraxiſſe, uel nego me teneri. ita no. Inno. in d. c. j. de li. conte. fo. eo. nu. 3. De hoc in Specu. in ti. de lit. conte. in ſecũda parte. §. j. uerſi. ſed nunquid per reſponſionem cum ſequenti ubi omninò uide & l. age. C. de tranſactio. & l. edicta. C. de edendo in opi. hu. Bald. uide. ſ. in uerbo exceptiõ in 7. q.

Litem conteſtandi præſumitur animus fuiſſe ubi uerba ſunt apta ad litem conteſtandum, ſecundum Inn. in d. c. j. de lit. conte. fo. eo. nu. 3. uide ſ. in uer. Citatio, in 24. q. ibi licet non requiratur lit. conte. &c.

Litis conteſtatio non fit per exceptionem oppoſitam, dicit Inn. in c. prout, de dolo & contu. fo. 144. nu. 1. Nec eſt neceſſe ꝙ iudex interroget ut ibi, uide omnino. ȷ̃. in uer. Teſtis, in 42. q.

Litis conteſtatio. An requiratur in inquiſitione ſi partes non ſunt contumaces, uide Inn. in c. cum olim, de teſtibus. fo. 157. nu. 3

Lis conteſtari poteſt in cauſa appellationis, licet non ſit neceſſariũ. ita no. Inn. in c. Raynaldus, de teſta. fol. 241. nu. 4. & ibi uide per Abbatem. & intellige altera parte præſente, ſed utraque parte præſente, exordio lit. lis eſt conteſtanda, ut C. ne liceat in una eademq; cã. l. 1. per Iac. & Cy. facit ꝙ no. per gl. no. in c. per uenerabilẽ qui filij ſint legi. ꝙ eſt no. Bal.

Lite conteſtata poteſt opponi contra accuſantem quod ſua non interſit. ita nota. Inno. in ca. ſuper his de accuſa. fo. 289. nu. 7. &c.

Lis mota non impedit executionem ſententiæ à qua nõ eſt appellatum. ita no. Inn. in c. cum in iure, de offi. de leg. fo. 86. In contrarium facit capitulum ut calumniis, eo. ti. in cle. Pro prima opinione facit. l. ſi. C. de ordi. cogni. niſi ſit præiudicialis & habens paratam probationem, ut C. quando prouo. non eſt neceſ. l. j. in uerſicu. ſi promptas. & hæc uera ubi conſtat de iuriſdictione ꝓnunciantis. Sed ubi non conſtat nunquam fit executio ſecundum Inno. & ideo exceptio iudicis incompetentis ſemper impedit execut. ſententiæ, ut eſt gl. ſing. in c. j. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. in clem. item hæc uera ſunt ſi conſtat de proceſſu cauſæ uerè uel pręſumptiuè, ſecus ſi non conſtat de proceſſu. Quando autem præſumatur factus proceſſus & quando non, uide per Inn. in d. c. cum in iure ſuperius allegato. ex prædictis patet ꝙ laudum non meretur executionem niſi producatur cõpromiſſum, & uideatur iuriſdictio. Bal.

Lite pendent non debet quis priuari poſſeſſione. ita not. Innoc. in capi. cum ueniſſent, de in integrum reſtitutione. fo. 108. nu. 2.

Lis non eſt conteſtata ſuper plus petitione qñ petit plus tempore, & hoc liqueat iudici per exceptionem oppoſitam & probatam de partium conſenſu, uel confeſsione uel inſtrumento, abſoluitur reus ab obſeruatione iudicij duplicatis induciis: & actore condemnato in expẽſis clauditur actori iudiciorum copia niſi reficiat expẽ. ita not. Inno. & Hoſtien. in capitu. j. de plus peti. Sic ergo dilatoria ſolutionis non eſt cauſa abſolutionis, ſed dilationis uel duplicationis induciarum. ſ. quæ, reſtabant tpe lit. motæ. ar. ff. de pœnis. l. aut facta. §. quiſquis & uide ꝙ dixi in l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. pe. &c. Bald.

Lite pendente ſiue quæſtione iuris patronatus an poſſeſſor poſſit præſentare. uide per Abbatem in c. ex literis, de iur. pat.

Locatio uide omnino. ȷ̃. in uer. Sacerdos, in 3. q.

Loca quæ dicantur uicina, uide plene per d. Petrum in c. ſuper ſpecula, ad finem de priuilegiis.

M

Maleficium ſiue crimen punitur etiam inuito accuſatore quando de maleficio ſiue crimine conſtat. ita no. Inno. in c. quia, de iudi. fol. 118. Sed quid de interfecto qui dixit, ſciant omnes ꝙ Titius qui infamatur ꝙ me interfecit, non eſt in hoc culpabilis, an nihilo minus poſſit accuſari, an uerò ipſum teſtimoniũ interfecti eum excuſabit? ꝙ uidetur, ut no. ff. ad Syll. l. diuus Sed illa lex intelligitur in delicto in committendo, qa tũc ſola ueritas probationum inſpici debet, & punitur maleficium etiam inuito offenſo, ut l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & no. bene Bal.

Maleficium non dicitur eſſe notorium per confeſſionem quando quis confitetur factum, ſed negat illud maleficium, immo dicit iure feciſſe. ideo conſeruator q habet magis punire q̃ cognoſcere intromittet ſe de hoc.

Alij

Alij dicunt ꝙ immo,in c.ſtat,de offi. delega.unde ſi reus producit teſtes,actor poteſt ſimiliter id, & ſi alias non poſſet,ꝙ eſt no.Bal.

Maleficium non debet neque pōt alicui obiici in genere, ſed debet ſpecificate opponi. per Inn. in capit. ad hæc de teſtibus.

¶Malitia procuratoris nō nocet domino,niſi dominus dolum uel culpam participet.ita no.Inn.in c.ſignificante, de pigno. fo.236. uide ſ̃.in uerb.Arbiter,in 7.q. & ſ̃. in uer.Conducens,in j.q.ibi ſecus in mandatore &c.Vide ſ̃.in uer.Citatio,in 48.q.ubi habes,quod quotienſcunque mandatur aliquid fieri qđ fiat tempore apto & congruo &c.

¶Mandans percuti clericum,& interim mandantem pœnituerit & deceſſerit,non incidit in canonem.ita not.Inn. in c.mulieres,de ſen.excom. fo.324.

Mandatum uicini habetur pro mādato etiam in cauſis criminalibus.ita no.Inn.in c.cum in.de purg.cano.fo.319 & l.3.§.in hac.ff.iudi.ſol. Bal.

Mandatum Papæ eſt intelligendum ſecundum ius.ita no. Inn. in c.quia cunctis,de conceſ.præb.fol.226. nume.8. idem dicit in c.dudum,de ele.

Mandatum Papæ adimplens qualiter & de quo conueniatur,uide in no.in c.dilectus,el 3.de præb.

Mandatum ꝙ capitulū aliquid faciat,intelligit̄ directum ad membra,quæ faciunt capitulum.ita no. Innocen. in c. Romana,de ſen.excom. fol.334.nu.3.

Mandans indirectè uel conſulens in morte alterius, niſi pro fide morte ſecuta efficitur irregularis.Si autē mādat indirectè,Aut man.eſt honeſtum & caſus improuiſus non facit quem irregularem. Si inhoneſtum, tunc ſic,niſi man.uel conſilium reuocatum fuerit expreſsè prius & ſagaciter aduerſario intimatum, ꝙ ſibi caueat uel tacitè uel per parentelam.ff.de adimen.lega.l.iij.in fi.ergo,conſilium & mandatum datum in criminib. reuocari poteſt ante factum.ita not.Inn.in c. ad audientiam,de homicidio fol.303. per totum.ꝙ tene menti. Bal.uide j̃. in uer.Procu.in 4.q.

Mandata plura ubi inuicē ſe compatiuntur utrique mandato tenetur quis obedire,ita no.Inn.in c.expoſuit, de dilatio. fo.130.nu.3

Mandatum ſpeciale derogat generali.ita no.Inn.in c. Abbate,de reſcrip. fol.20.

Mandatum apoſtolicum referendum eſt ad ius, ita nota. Inn.in c.dudum,de ele.fo.34. nu.3.uide.ſ̃. hoc eodem uerbo in 3.q.

Mandatum iuriſdictionis pōt fieri ad futura conditionaliter,ita no.Inn.in c.cum olim.de of.dele. fo.87.nu.2.

Mandata quæ fiunt in iudiciis ex abrupto non ualent, nec oportet ꝙ appelletur, quia mandata iudicum ſemper debent fieri cum cauſæ cognitione. alias nunquā tranſeunt in rem iudicatam.ita no.Inn.in c.cum ueniſſent, de integrum reſti.fo.108.nu.9.Et hoc in mandatis quæ ſunt de ſpecie contentioſæ iuriſdictionis: Sed mandata q́ non pertinēt ad lites uel cauſas,ſed ad aliud officium præcipientis bene ualent,ut ibidem Inn.ꝙ no.Bal.

Mandatum iudicis de rebus occupandis bene excuſat occupantem à pœna conſtitutionis ſiue.l.ſi quis in tantā. C.unde ui.ita no.Inn.in c.ad noſtram,el j.de iureiurā. fo.170.Hoc uerum,ſi tale man.emanauit rite,ſed ſi nō emanauit rite,tunc habet locum.l.meminerint.C.eod. titu.in ui expulſiua,in ui turbatiua habet locum l. fin. C.ſi per uim alio modo ſecundum Bar. & quantum ad hoc dr̄ rectè emanaſſe eo ipſo ꝙ pars fuit citata,ut d.l. fi.C.ſi per u m uel alio modo.Vel dic ꝙ præceptum excuſat non indiſcreta permiſſio. Bal.

Mandatum factum nuncio ꝙ citet omnes qui ſe opponſit, intelligitur qui ſe opponunt tunc uel poſtea, quia præſens confuſum præſentis non tenet uſum, ita no. Inno. in c.dilecti,de excep. fo.177.nu.1.

Mandatum Papæ non debet deludi, ſed debet realiter adimpleri.ita not.Inno.in d.c.inter cętera,de præbendis. fol.213.nu.3.

Mandatum ſuperioris tranſit in rem iudicatam ſi non appellatur.ita not.Inno. in d.c.inter cætera, de præbend. fo.eo.nec reuocatur ſi cauſa cognita factum fuit,ut no. in l.fi.ff.de of.procu.Cæſaris.Bal.

Mandatum Papæ illi qui implerunt & poſtea moleſtant ſeu contraueniunt, an illi poſſint excommunicari auctoritate earundem literarum. Dicit Inno.ꝙ non,nec extranei qui de iure impediunt, ſecus ſi contra ius. ita not. Inno.in c.pro illorum,de præb.fo. 215.nu. 3. uide ſ̃.in uer.Citatio. in 26.q.

Mandatum an finiatur morte,uide per Bart.in l. cum filium.§.ſi quis.ff.de dona.

Maritus tenetur alimentare uxorem etiam ſi nullam dotem habuit imputetur ſibi ſi duxit eam ſine dote. ita not.Inno.in cap.per ueſtras,de donatio. inter uirum & uxorem. fo.288.nu.3

Maritus de ſuis propriis,non de bonis mulieris tenet̄ alere uxorem.ita nota. Innocen.in c.peruenit,de empt.& uen.fo.234. Hoc uerum, ſi uxor ſibi dotem ſoluerit, ut.ff.mandati.l.creditor.§.inter,de excep.doli.l.pater. Et uiro operetur,ut l.ſicut,de operis liberorū & idem in uidua,quia niſi operetur hæredibus mariti, non debet alimentari ab eis:niſi eſſet prægnans,tunc enim donec pariat,aliter propter partum,& forte etiam poſt partum per xl.dies poſt,ut ff.de pœnis.l.prægnantis, in glo.Sed an uidua debeat habere ab hæredibus mariti ueſtes uiduales?Credo ꝙ ſic,ſunt enim appendicia luctus & quaſi expenſæ funeris,& quia in ſeruitio uiri eſſe uidetur ar.ff.ſoluto ma.l.in his.§.j. item ſi adhuc debet alimentari,cum adhuc de eadem familia ſit, ſic ergo & ueſtiri; maximè ſi eſt grauida.Alij dicunt ꝙ non niſi amore deſcendentium relinquerit,ut C.de infir.peni.celibatus.l.fi.in fi. tene menti iſta perpetuò.Bal.

Maritus an habeat modicam cohertionem in uxorem. Gandinus tenet ꝙ ſic in materia ſeu tractatu de pœnis ad fi.Quod eſt uerum cum cā,alias non licet imò plus puniatur tunc quam ſi in aliam deliquiſſet,ut ff. de pœnis.l.capitalium.§.omnia. Bal.

¶Mater in ætate filij non eſt legitima teſtis, ubi tangitur commodum filij,ſed facit indicium.ita not.Inn. in ca. cum dilectus,de accu. fo.290. Et indicium eſt minus quàm ſemiplena probatio:unde duo indicia nō faciunt plenam probationem,ut no.ff.de proba.l. cum probatio.& de excu.tutò.l.iij.§.ętas.præſertim in cauſa criminali,ut ibi per Dy.facit.c.fi.de ſucce.ab inteſta.Bal. in aliis uerò caſibus mater non eſt legitima teſtis pro filio,quia nimis diligit eum naturaliter,dicit Abbas in c.ſuper eo, de teſti. Sed in cauſa ætatis ſicut ſcriptura patris admittitur,ut inſti.de ingenuis in fi.ff. de excu. tuto.l.2.§.ætas,ſic teſtimonium matris,ut ff.de proba. l.etiam.ſ.ad indicium non ad ſemiplenam probationē. unde oportet ꝙ mater alio teſte coadiuuet̄.argu.ff.de eden.l.ſi quis ex argentariis.§.j.& facit.ff.de condit.& dem l.Lucius. Bal.

Matris appellatio extenditur ad omnes aſcendentes, & filij ad omnes deſcendentes,ſed nō ad tranſuerſales.ita no.Inno.in c.ſi uerò,de ſent.excommu. fol. 334. uide infra



infra in uer.Pater,in ij.q.ibi, & mater &c.

Matrimonium non ꝓbatur per inſtr̄m dotis directè, præſertim in præiudicium alterius matrimonii.ita no.Inno.in ca.illud,de præſum. f.169.n.2

Matrimonium nō probatur ēt ꝙ quis aſſerat aliquem longo tp̄e poſſediſſe,quia longa poſſeſſio nec ēt fama probat matrimonium.ita not.Inn.in d.c.illud.de præſum. fo.eo.idem in beneficio,quia licèt quis longo tempore tenuerit ſeu poſſederit eccleſiam,non pp̄ hoc probatur ꝙ beneficium ſeu eccleſia ſit poſſidentis: ergo dominium non probatur per aſſertionem longæ poſſeſſionis,nec per famam,niſi in poſſeſſorio ſecundum Inno. ibidem nec quaſi dn̄ium intentatum,ut no.C. de proba.l.cum res,& ff.de publiciana.l.eum qui.§. in publico tene menti. Bal.uide per gl.Cy.& Bal.in l. proprietatis.C.de prob. & in auctē.quas actiones.C.de ſacroſ. eccl.ad fi.per Bal.

Matrimonium quod nō tenuit à principio, an poſſit poſtea cōfirmari,uide Inn.in c.1.de eo qui duxit in uxo. quam per adul.po.f.280.Et ibi poteſt ēt confirmari,tn̄ filii ante nati uel concepti non legitimantur per ſubſequens matrimonium,ut l.Paulus.ff.de ſtat.homi.& ibi per Guil.de accu.Sed illi qui ſunt nati ex legitimo concubinatu bene legitimantur per ſubſequens matrimonium tene menti.Bal.

¶Maior quot modis quis dicatur,uide per Inn.in c.ſedes de reſcrip.f.11.n.2.& ibi ēt uide quæ perſonæ dicantur maiores, & quæ minores.

Maior pars capituli uel uniuerſitatis an poſſit ordinare de rebus ſingulorum,uide per Inno.in c.fi. de his quæ fiunt a maio.parte.capituli. f.229

¶Medicus qualiter teneatur de morte infirmi,& ſi infirmus nolit ſeruare præcepta medici an dicat̄ mortuus ex ſuo defectu,an ex uulnere? Dic ꝙ ictus eſt contemplandus.de quo uide per Inn.in c.tua,de homi.fo.304. in nu.2.& 3.Sed quid ſi infirmus obediuit medico, ſed deceſsit culpa medici, collige ex ſuis dictis ibi & facit. ff.loc.l.maritus,& l.illicitas.§.tuas.ff.de offi.pręſidis.tene menti Bal.

Medicina an debeatur famulo infirmo,uide per Bart.in l. cum dotem.§.ſin autem.ff.ſo.ma.

¶Merum imperium,uide ſ̃ in uer.Ciuitas,in 2.q.ubi habes ꝙ confiſcatio bonorum eſt meri imperii,& uide ibi in 6.q.poſt prin.

¶Metus ſicut debet cadere in conſtantem uirum,ſic dolus in prudentem,alias non uiciat iuramentum.ita no.Inno.in c.cum dilectus,quod me cā.fo.107.nu.1.Adde ꝙ nimia reuerentia æquiparatur timori, ut no. in l.j.§. quæ honorandæ.ff.qua.rerum actio non datur.in glo. quæ non eſt alibi.Bal.

¶Minor non reſtituitur ad opponendum exceptionē declinatoriam,maximè odioſam,idē in eccleſia. ita not. Inn.in c.coram felicis,de in inte.reſt.fo.112.nu.2.Sed dilatoriam ſolutionis uel peremptoriam reſti. ut ff.de in integ.reſti.mi.l.minor.xxv.annis omiſſam, & ibi nota.Bald.

Minor ſi omittit coram arbitro excipere uel probare, non poteſt coram eo petere reſt.in inte.ita not.Inn. in c.cauſam,de in inte.reſt.f.113.nu.8.uide infra in uerbo Statutum,in fi.q.

Minor eo ipſo quod confitetur tempore incongruo dicitur lædi.ita no.Inn.in c.ex literis, de in integrum reſtitutione. f.110.n.4

Minor nō habēs curatorē non pōt compromittere ſicut nec ꝯhere.Sic non poteſt procedere ad actus iudiciales coram arbitro:quia compromiſſum tenet inſtar iudicii:in dubio tn̄ qui compromiſit,præſumitur legitimæ ætatis,ut ff.de arbit.l.iij.in prin.quia quilibet præſumitur idoneus.ff.de proba.l.cum de ætate & l.ab ea parte,& in Spec.in tit.de arbitr.§.fi.& §.conſtat uer.ſed quid de minore.& in c.dudum,de præſump.& in c.1.ut eccleſia beneficia.& uide ff.de minorib.l.minor.§.minores,in tex.& gl.Bal.Spec.in locis ſupra alleg.

¶Miſſio ex primo decreto poteſt fieri nullo præcedente libello idem de executione ſententię.ita no. Inn.in c.1. de libelli obla.f.123.n.4.& uide j̃.in uer,Teſtator,in 2 q.& infra in uer.Libellus,in 8.q.

Miſſus in poſſeſsionē qn̄ lucretur fructus & quando non, uide Inn.in c.quoniam frequenter,in fi.ut lite non conteſtata. f.125. n.9

Miſſus in poſſeſsionē pro mēſura debiti petiti non ualet ubi obſtat exceptio.l.j.§.hæc uerba .ff.ne uis fiat ei niſi fiat ex diffinitiua,ut l.eo tp̄e.ff.de peculio.Sed aliæ pęnæ quæ ſunt merè pœnæ bene poſſunt infligi contumaci,ut excōicatio & mulcta,& bannum:quia citatus non rite,non tenetur comparere,ſed citatus non rectè bn̄ tenet̄ coparere,licet iudex ſciat ſe iniuſtè facere ſi hoc non exprimat,ſecus ſi exprimat aliquid quod uideatur illicitum uel iniuſtum,ut ff.ne quis eum qui in ius uoca.l.j.§ Offilius & l.ſed eximendi,& no. in l. uir bonus. ff.iudi.ſolui,ſm̄ Oldr.& Inn.in c.1. de dila.f.129.& uide ſupra in uer.Actor,in 10.q.

Miſsio in poſſeſsionem quædam eſt reuocabilis,quædam irreuocabilis,etiam ex primo decre.ita not.Inno.in c. quærenti,de offi.deleg.

Miſsio in poſſeſsionē ſicut fit in tertio loco in cā iudicati in omnibus,ſic & in aliis corporalibus,ſm̄ Inno.in c.ij. de eo qui mit.in poſſeſ cauſa rei ſeruandæ. f.147

Miſsio non fit in bn̄ficio debitorum uel in iure patro. ꝓ tpalibus,quia non poſſunt ad inuicem permutari, nec unum alteri commenſurari,ſed pro ſpūalibus bene poteſt fieri miſsio in aliis ſpūalib.ita no.Inn.in c. 1.de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſeruandæ. f.147.n.3

Miſsio qn̄ reuocatur pp̄ rōnabilem excuſa. abſentis uel pp̄ ætatem quia pupillus non uenit refectio expenſarum.ita not.Inno.in c.ſi aduerſarius,de eo qui mit. in poſ.cā rei ſer.f.148.nu.2.& eſt gl.in l.minor.ff. de euictio.ergo ſi pupillus citatur,quia citatio non eſt legitima,non tenetur ad expenſas.

Miſsio utrum fiat in repetita & cōuicta ſeu euicta, an uerò fiat in alia re loco pignorū,differt: quia primo caſu qn̄ fit in re petita & cōuicta ſeu euicta,tertius ꝯdictor impedit execu.qa tūc dēt fieri executio de facto ſine ulla cauſæ cognitione,ut dicit Inn.in c.ex rōne, de appe. f.191.in prin.ff.de peti.hære.l.Pomp.de rei uindi.l. is a quo.ff.depoſit.l.j.§.apud Iul.ff.de uſufruc.l.cuiuſcunque.§.ſi fundus.Secundo caſu qn̄ fit in alia re loco pignorum,tunc impedit illa miſsio execu.ff.de re iudi.l. a diuo Pio.§ ſi ſuper reb.C.ne uxor pro marito. l. ob maritorum.& l.j.C.de priuilegiis fiſci.tunc.n.exigitur ſummaria cognitio.ita no.Inno.in c.ueniens,de teſtib.

¶Moderatio dilationū habet uim interlocutoriæ & pōt ferri interlocutoria abſēte p̄te ſicut ꝓcedi, nā interlocutoria ē de ꝓceſſu ita no.Inn.in c.ad peti.de acc.292.

Monitio nuda vr̄ qn̄ per reſcriptum nihil additur iuriſdi.ordinariæ.ita no.Inn.in c.licèt,de offi,ordi.f.94.uide ſ̃.in uer.Citatio in 46.q.

Monitio iudicis.i.iuſſus dandi uel faciendi non hr̄ pro citatione.ita no.Inn.in c.tua,alias in c.ſicut,in gl.ij.uer. item monitio,de coha.cler. & mulie. f.208

Monitio

Monitio neceſſaria eſt ẽt in notorio.ita no.Inn.in c.ſacro
de ſen.excõi.f.329.nu.1.Adde ꝙ ipſe idem no.in c. ad
noſtram,el.iij.de iureiur.fo.172.& plenius in c.tua,dę
coha.clerico.& mulie.per eundem.f.208.Sed cõtrariũ
vr̃ idem tenere in c.quanto,de trãſ.ſ.ꝙ in notorio poſ
ſit ferri ſententia,etiam non citata parte.

Monitus ad faciendum reſidentiam,cenſetur ẽt monitus
ad audiendum ſen:ẽtiam admonitionis: nec eſt neceſſe
ꝙ ſuper hoc ſpecificè citetur.ita not Abbas in c.de cæ
tero,de cleri.non reſiden.quod not.Bal,

¶Modus agendi uel excipiendi eſt diligenter attendẽdus
ita no.Inn.in c.dudum extra.de elec. f.51.nu.3

Modus põt opponi in delegatione & ſubdelegatione,uer
bigratia,põt delegatus Papæ ſubdelegare cãm hoc ad
dito,ꝙ ſine eius ꝯſilio pronunciare non poſſit:nã cum
poſſit ſibi reſeruare iuriſdõnem,ergo & conſilium, im
mo plus:quia põt adijcere de conſilio cuiuslibet,uer-
bigratia:quia dicit ita tñ ꝙ non pronuncietur ſine con
ſilio talis doctoris:uel ut non pronuncietur niſi ſ̃m te
norem conſilij talis doctoris uel perſonæ.Sed in arbi-
tro non põt iſte modus adiici.ſ.de ſequela conſilij, ſed
de tranſitione conſilii ſic:quia eſt ꝯ ſubſtantiam cõpro
miſſi.ita no.Inn.& Hoſt.in c.ſi pro debilitate,de offi.de
leg.& hoc ſi uerba neceſſitatiua dirigũtur in ipſum ar
bitrum,ſecus ſi in ipſas partes, quia uolunt & conſen-
tiunt ꝙ arbiter ſic iudicet,& dant ſibi capitula in qui-
bus conſentiunt,ſicut fit quotidie:& hoc non eſt de for
ma compromiſſi,ſed eſt quædam obligatio quæ fit in-
ter partes:& iſte modus in iudice delegato eſt de for-
ma,ita ꝙ non ualet ipſo iure ſi non ſeruetur.Nam cui-
libet non licet delegare, licet liceat modum appone-
re,ar.ff de in litem iurando.l.uideamus.§.pen.& ſicut
modus dr̃ de forma.ſñiæ ut.C.de ſen. & interlocu. om.
iudi.l.cum eorũ.ita & de forma cõmiſſionis,formaque
iſta eſt forma iuris:quia a iure approbata eſt. Alii dñt
ꝙ arbitro ẽt põt apponi iſta clauſula, ut ſequat̃ conſi-
lium de dando ſibi de iure,non de facto,ut ff.de hære-
di.inſti.l.illa inſtitutio,ſ̃m Ray.Tertij dicunt,ſed hæc
opi.mihi non placet,ꝙ aut aſſumitur arbiter in cuius
mero ponitur arbitrio,Et tunc clauſulą iſta quaſi con
tradictoria uiciat. Aut in bono uiro & non mero, Et
tunc ualet,quia conſiliarius iſte non reprobatur,ꝙ ar-
bitrium ſit captatorium & ſub alio.Conſiliarius. n.nõ
diffinit nec ex conſilio oritur actio nec ius,ſic in clem.
exiui de paradiſo,& ꝑ hoc dico ꝙ qui reſeruat ſibi cõ-
ſilium,non reſeruat ſibi iuriſdi.item ſi iſte conſiliarius
eligatur apud prætorem uel ſeorſum a compromiſſo,
ſtandum eſt,ut l.item ſi unus.§.principaliter.ff.de arb.
in arbitratore hoc põt adijci ſicut executori ultimæ
uoluntatis & procuratori,ut l.itaque.§.ſi quis.ff.man-
dati:& quod dixi eſſe de forma, eſt uerum ubi per hoc
ſuam conſcientiam oneraret ſ̃m Hoſt. item eſt uerum
cum adiicitur certa perſona. Si uerò incerta monitio
eſt,quia tacite intelligitur,ut C.de ſen.ex pericu.reci-
tan.l.ij.item qñ adiicitur ita tñ ut iuſtè iudices: qa eſt
quædam monitio,non modus uel forma,ſ̃m Inn. in d.
c.prudentiam,de offi.deleg.f.78.& tene menti iſta.Bal.

Modum dr̃ excedere omnis ille qui grauat ſiue excedit fi
nes mandati ſiue iuris,itą no.Inn.in c.ſuper qõnum,de
offi.dele. f.83.nu.2

Modi agendi poſt confirma.qui ſunt,uide per Inno.in ca.
conſtitutus,de appel. fol.195.n.7

Modus pronunciandi in cã appellationis,& de libello for
mando,uide per Inn. in c.dilectus, extra de appel. fo-
lio.199.nu.4.

¶Monachus caſtaldus monaſterii non agit ꝑ conuentu ni
ſi ſit ſindicus.Sed præbẽdarius ẽt ſuo nomine agit, ita
no.Inn.& Hoſt.in c.edoceri,de reſcrip.

Monachi & hæremitæ egent modica literatura.ita no.In
no.in c.cum in cunctis,de elec.f.28.n.1.& uide omnino
j.in uer.Natus,in 1.q.

Monachus qui efficitur ſub ſpe abbatiæ quæ adhuc nõ ua
cat,non peccat,quia eſt licita ſpes.ita not. Hoſ.in c.cũ
ad hoc,de electione,uide j.in uer.Monaſteriũ,in 2.q.

Monachus põt eligi ad ep̃atum.ita no.Inn.in c. poſt trãs-
lationem,de renuncia. fo.61.nu.3

Monachus nõ põt eſſe ante 14.annũ.ita no.Inn.in ca.cum
in diſtrib.de temporibus ordi. fo.64

Monachus licentiatus abſolutus eſt a primo monaſterio.
ita no.Inn.in c.ſicut,el j.de iureiur. f.171

Monachus in quibus caſibus & pro quibus perſonis de li-
centia iuris communis uel abbatis poſſit eſſe procur.
& in iudicio:uide per Inn.in c.cum I.& A.de re iudi. f.
188.nu.2.Et ibi habes ꝙ ubicunque permittitur mona
cho agere in eo caſu põt procuratorem conſtituere qđ
no.Bal.uide.ff.qui pe.tuto.in l.ij.

Monachus non põt condẽnari ad refectionẽ expen. quia
non habet proprium.ita not.Inn.in c.reprehenſibilis,
de ap.f.193.uide j in uer.Sepultura,in 1.q.

Monachus poteſt admitti ad accuſandum ꝯ abbatem peti
ta uenia,in qua non requiritur citatio partis.ita no. In
no.in c.ex parte,de accu. f.288

Monachi ſpoliati poſſunt reſt.petere.ita no.Inn.in c.olim
de accuſa. fo.294.nu.1.

Monachus expulſus de monaſterio non acquirit monaſte
rio,quia eſt abſolutus ab ipſo.ita not.Inn.in c. olim el.
ij.de priuilegii..fo.316.nu.3.idem eſt ergo in aliis qui
ſunt abſoluti & licentiati.qđ eſt ualde no.Bal. De hoc
uide in c.unico,in gl.fi.infan.langui.

Monachus non poteſt eſſe arbiter.ita no.Inn.in c.cum ad
monaſterium,de ſta.mona f.257.nu.4.& eſt gl. ordina
ria in l.Pedius.§.j.ff.de arbi.

Monachi extrinſeci & prouiſionati an ſint uocandi in
elec.& factis monaſterii,uide per Abbatem in c.fi. de
religio.domi.Si eorum beneficia ſunt manualia,uiden
tur uocãdi alias nõ ſ̃m eum ibidẽ tanquam emancipa-
ti ſecundum aliumabbatem de S. Vito.Bal.

¶Monaſterium tenetur debitoribus ingreſſi,non ſolũ de
bonis acquiſitis tempore ingreſſus,ſed ẽt de-poſtea ac
quiſi.nec habet ſepara.bonorum ita no.Inn.in c. 1. de
obli.ad ratiocinia. f.70

Monaſterium adit hæreditates monacho delatas libere
& liberius quam monachus ſi eſſet ſui iuris,unde ſi mo
nachus haberet feudum aliquod,poſſeſſionem, ꝓprie-
tatem uel uſumfructum,omnia iſta ad monaſteriũ trã
ſeunt,cui monaſterio de iſtis proprium habere poteſt
in uita monachi ingreſsi.Sed eo mortuo feudũ ad do-
minum reuertitur. & monachus non oportet ꝙ adeat
iuſſu monaſterii,quia principalem aditionem hẽt mo
naſteriũ,& ad ipſum ſpectat. Monacho aũt mortuo &
profeſsione facta monaſteriũ adit,& omnia in eũ trãſ-
fert pleno iure qualiacunque ſunt bona,& hoc ex uir
tute profeſsionis.ita no.Inn.in c.in pręſentia,extra de
proba.fo.151.nu.4.Bal.Item monaſterio ex perſona ip
ſius monachi competit rei uen.& publicatio,& poſſeſ-
ſio in ipſum monaſterium trãſibit ipſo iure, ut ff. de
precario.l.ſi adoptauero,qa cũ capite bona transfert.
ff.de ſec.ta.l.qui ex liberis.Itẽ intellige ꝙ feuda ingre
ſi trãſeunt ad monaſterium ſi ipſis feudis poſsit deſer
uiri per ſubſtitutum,& omnia iſta tranſeunt cum uni-
uerſitate:



uerſitate:quia per ſe alienari nõ poſſent in eccl'iam fa
cit ꝙ no.ff.de uer.ob.l.ſi ita quis.§.ea lege & l. quædã.
de acq.re.domi.&C.ne rei dominicæ uel templorum.
l.ij.cum ſim.ſecundum Inn.in d.c.in pręſentia.tene mẽ
ti iſta.Bald Adde ꝙ dona.facta eccleſiæ per ingreſſum
monaſterij reuocatur per licitum egreſſum ante pro-
feſſionem:quia donatio iſta fundatur ſuper eo ꝙ tolli-
tur.ſ.egreſſus: ſecus eſt in mera & pura donatione facta
per ſe ipſam,ut no.ipſe idem in c.ꝙ à te,de clericis con
iuga.ꝙ not,Bal.

Monaſterium an teneatur ex contractu uel delicto abba-
tis uel monachi. uide Inn.in c.cum olim, el 2. de pri-
uilegiis. fol.316.num.4. & per glo.in c. dilectus, de
ordi. cogni.

Monaſteria an ſit exempta à lege diœceſi uel iuriſd. uide
plenè per Inn.in c.j.de ſta.mona. fo.256.nu.4.

Monaſterio perempto an pereant eius priuilegia,uide ꝑ
Inn.in c.abbate,de uer.ſig. fo.337.nu.2.

¶Monopolium.de materia monopolij uide per Inn. in c.
ſignificaſti,de app.fo.197. & ibi habes ꝙ illi ti. per pri
uilegium & conſuetudinem poteſt derogari.

¶Moneta quando fit requiritur ibi intrinſeca materiæ
bonitas,cudentis auctoritas,commenſurata expenden
di quantitate. Et quando fit moneta ex adulterina ma
teria uel forma,tunc moneta dicit̃ falſa:ſed quando fit
ex exceſſu pretij tunc dicitur iniuſta & non falſa : ita
no.Innocen.in c.quanto,de iureiuran. fo.171. uide ad
materiam de moneta Bar.in l.ſi prius, de aqua plu.ar.
& Bal.In l.eleganter.§.qui reprobo. de pig.act.

Mora qualiter contrahatur per lapſum termini & quid
operetur mora circa fructus. uide plenè per Inn. in c.
propter,de loca. fo.234.nu.7.

¶Mortuus prælato mortuo uacat poſſeſſio prælaturæ,
ſed non poſſeſſio bonorum eccleſiæ.ita no. Innoc.in c.
ex parte, de arbit. fo.115.nu.3. Sed quid in prælato
eccleſiæ collegiatæ,dic idem quia poſſeſſio prælaturę
eſt uacans,ſed nõ poſſeſſio rerũ eccleſiæ : quia eſt apud
collegium:& ſi non eſt collegium,ut quia omnes deceſ
ſerunt, adhuc non uacat poſſeſſio. Et idem eſt ſi dece-
dat rector eccleſiæ nõ collegiatæ,quia non uacat poſ
ſeſsio. Et ſi quis eam interim occupat, Iconomus eccle
ſiæ uel ſucceſſor poteſt agere nomine eccleſię interdi-
cto unde ui,non criminæ expilatæ hęredi.uel interdi-
cto adipiſcendæ poſſeſsionis, ſecundum Inno.in c.cum
ſuper,de cauſa poſſeſsionis:& proprie. & ratio eſt quia
eccleſia eſt in animam uiuentem quæ nunquam mori-
tur.ar.in autentico quomodo op.epiſcopos in fi.col.P.
& no.in l.& quia.ff.de iuriſdi.om. iudi. Diſsimiliſq; eſt
eccleſia hæreditati iacenti:quia hæreditas non eſt, in
animam uiuentem,ut ff.de fideiu.l.mortuo.& de ſtipu.
ſeruorum l.uſufruc.& l.j.§.Scæuola, ſi quis te.liber eſ
ſe iuſ.fu.& de minori.l.etiam ei q modum. Quæro er
go quis interim poſsidet bona eccleſiaſtica.dicit Moy-
ſes ꝙ muri eccleſiæ,ꝙ eſt ridiculum dicere,quia in ſen
ſata non poſsident,ut not.in l.ſicut.ff.quod cuiuſ. uni-
uer.nomine.Dic ergo ꝙ poſsidet eccleſia.ſ. uniuerſalis
ſiue congregatio fidelium.uel Chriſtus ſecundum In-
no.uel eccleſia Romana tanquam eccleſiarum domi-
na & caput.Sicut enim gallina ſub alis congregat pul-
los ſuos,ut no.in l.j.ff.de in integ.reſti.mino. ſic eccle-
ſia Romana ſub alis ſuis omnes alias eccleſias continet
& tenet.poſſeſsio ergo poteſt dici eſſe penes eccleſiam
quæ eſt caput. & membra ſimul ut penès eccleſiam uni
uerſalem.i.congregationem fidelium , penès eccleſiam
quæ eſt membrum & non caput,ut penès eccleſiam Pe
ruſinam,quæ ex eo ꝙ nõ habet collegium actu ſufficit
habitu ut poſsideat.ꝙ ẽ no. Et ſic eccl'ia trib modis dr̃
pro capite, pro membris,& pro utroque ſimili. Sic &
Chriſtus in diuina ſcriptura quandoque ponitur ut ca
put, quandoque ut membra,quandoque ut utrunq; ut
reperitur in pſalmis in diuerſis locis.& eſt ar. ꝙ ualeat
relictum factum eccleſiæ minorum.ſ.ut capiat Deus.i.
eccleſia Romana,quia domini capacitas conſideratur
in cuius perſona fundatur:ut ff.de leg.2.l.debitor. §.
ſeruo.& ad le.fal. l.cum dotem non enim media perſo
na. ſed finalis inſpicitur in qua acquiſitio ſumit ef-
fectum ut ff. ad Trebellia. l. cogi. §. hi qui tene iſta
menti. Bal.

Mortuo prælato cuſtodia rerum pertinet ad capitulum
ita no.Inn.in c.j.ut eccleſiaſtica beneficia.fo.230.nu.5.

¶Mulier & religioſa poteſt eſſe executrix teſtamenti. ita
not.Abbas in cap.uos quidem,extra de teſta.

Mulier ſi iurat non habet beneficium Velleiani. uide per
Abbatem in ca.ex reſcripto,de iureiur.& in autentica
matri & auiæ.C.quando muli.tu.offi.fun.poteſt.ibi re-
nunciabit ex conſcientia legis & legis auctoritate, &
ideo non eſt neceſſe ibi ꝙ certioretur de beneficio uel
leiani:quia eo caſu non læditur renunciando, ſed lex
exequit̃.Sed ubi renunciat nõ de conſcientialegis non
ualet iuramentum niſi fuerit certiorata,nec præſumi-
tur certiorata,ut ff.de uer.ob.l.ſciendum per gl.& Dy.
ſecundum Ray.Bal.

¶Mutuans eccleſiæ debet eſſe diligens ut illud mutuum
in rem eccleſiæ conuertatur: ſed in aliis contractibus
ſufficit utiliter eſſe cęptum.ita no. Innocen.in ca.gra-
uis,de depoſito. fo.233.nu.3. in priuatis autem per-
ſonis,dic ut in l.fi.de exercitoria,& de noua.in l. doli,
tene menti iſta.Bal.Et no.ꝙ pro eodem reputamus ſol
uere tutori uel eccleſiæ ſecundum Inn.ibidem ad hoc.
ff.de pigno.l.ſi quis in prin.& l.ciuitas.ff.ſi cer.pe. ff. de
neg.ge.l ſi pupilli.§.j.in gl.C.ſi aduerſus credi.l.p. & ꝑ
Cy.in auth.hoc ius porrectũ.C.de ſac.ſan.ecc. Aut er-
go quis mutuat,uel aliter contrahit,aut negocia gerit
eccleſiæ,aut ſoluit.ut ibidem Inn.no.Bal.

¶Mutilati membris,aut monſtruoſi ſunt irregulares. ita
no.Inn.in c.porro,de cle.pugnan.in du. fo.304. & uide
ff.de ſta homi l.non ſunt liberi.Bal.

Mutilati membris, & corpore uiciati, non poſſunt teſti
ficari contra clericos in cauſa criminali.ita not.Abbas
in c.j.de excep.

Multitudo quæ appellatur, uide per Innocen. in cap.
latores,de cle.excom.fo.309. & quæ gens,uide l. pen.
ff.de proba.Bal.

Multiplicatio,uide ſ̃.in uer.Crimen,in 6.q.

N

NAtus illegitimè.poteſt eſſe monachus, non ꝑlatus,
ita no.Inn.in c.j.de filiis presbyterorum. fo.68.

¶Narratio facti non debet fieri per aduocatum,ita no.In
no.in c.paſtoralis,de iudi. fo.119.nu.2.

Narratio ſola non dr̃ nec eſt petitio:quia ſi hæc eſſet po-
ſitio,eſſet petitio cum narret factum,ꝙ eſt falſum ſecũ-
dum Inn.in c.j.de li.conte. fo.125.nu.3

Negatio improbabilis non facit rem dubiam, ita no.Inn.
in.c.ex parte,de uerb.ſig.fo.336.nu.3.& per doc.in.l.j.
C.de procurato. Bald.& uide. infra. in uerbo Tan-
tum, in 1.q.

¶Negatiua iſta, ꝙ inſtrumentum non habet *uitium*, an
poſsit probari per teſtes,qui illud inſpexerunt, *non tñ*
facto interfuerunt?Dic ꝙ de uitio *uiſibili ſic, ſi* teſtes
ſunt periti,non autem de *uitio falſitatis*.ita no.Inno.in
cap.

c.cum olim,de priuilegiis.fo.316. nu.2.uide j̃.in uer. Scriptura,in 3.q.& s̃.in uer.Appellatio in 32.q.

Negans ſoluere cenſum licet appellet,poteſt excommunicari. ita no.Inno.in c.ſignificauit,de cenſibus fol.265. nu.3.uide s̃. in uerb. Feudum in 1.q. & s̃. in uerbo lite conteſt.in 3.q.

